IVS
REGNANDI APOSTOLICVM
PER
MISSIONES ECCLESIASTICAS
RELIGIOSORVM
TOTIVS ORDINIS HIERARCHICI
AB INITIO ECCLESIÆ.



RATIONARIVM CHRONOGRAPHICVM MISSIONIS EVANGELICÆ

A B

Apoſtolicis Operarijs, præſertim Capuccinis pro Eccleſiaſtico Catholico Regno propagando in quatuor Mundi partibus, ſignanter in Gallia Ciſalpina exercitæ, cuius

PRIMA PARS

Monaſticorum, & Mendicantium Ordinum varias Miſsiones compendiosè enumerat. Eccleſiaſtica Miſsionis doctrinam epitomaticè ſignat, Capuccinorumque Pedemontana Prouincia à Spirituali, & Saculari Principatu præſtitas prouiſiones communes hiſtoricè calculat.

RATIOCINANTE

FR. MATHIA FERRERIO

A Caballario Maiore, eiuſdem Inſtituti Theologo, & Prouinciæ Alumno.

AVGVSTÆ TAVRINORVM,

Apud Carolum Ianellum.

M. DC. LIX.

ALEXANDRO SEPTIMO P. O. M. F. P.

QVID illo stabilius, quid firmius Verbo, SANCTISSIME PATER, cuius in confirmatione veteris, & noui Testamenti canonicum concinit testimonium, & cum Euangelica iustitia antiquarum quoque sanctionum Instituta concurrunt? Adstipulantur enim sibi non vtriusq; dumtaxat fœderis pagina; sed & vtriusq; humani scilicèt, & Iuris Diuini leges, atque quem exempla Scripturarum olim testantur præstitum cunctarum gentium perpetuò debitum protestantur iura, Calculatum nempe alienarum tum priuatarum, tum publicarum rerum gestarum RATIONVM RELATIVVM CODICEM Primiceriæ in Dominio Præsidenti Potestati oblatum. Quod ergo authenticum præstandum RATIONARIVM vniuersa iura conclamant, illud Vobis B. P. nos Pedemontanæ Prouinciæ Minores Sancti Francisci Capuccini Fratres, Clementis VIII. Romani Antistitis (cuius memoria in benedictione est) prouisione, & electione in Cisalpina Gallia ad Apostolandum electi simul, & destinati, sexdecim administratarum Ecclesiasticarum Missionum historialibus numeris fideliter supputatum offerimus, deferimus, dicamus, dedicamus, sacramus pariter, & consecramus, sed CHRONOGRAPHICVM: Quoniam præclara emissorum Apostolicorum Ope-

Iob. 38.

Luc. c. 9.

Marc. 16.

Galat. 3.

Act. c. 14 c. 22

rariorum in propugnando, ac propagando Ecclesiastico Regno hespericas has ad oras per opportuna tempora, vrgentiaq; discrimina quatuordecim Olympiadum perenni decursu faliciter gesta, per annuales Stationes, menstruas Apostolationes, necnon quotidianas exercitationes fidelissime digesta supputamus: Computando simul, & semel tàm spiritualia praesidia, quàm temporalia subsidia ab ipsis Ecclesiastica Militia magnis Magistris Religiosis militantibus pugilibus pro exigentia praestita. Suppliciter igitur deprecamur B. V. vt CHRONOGRAPHICO HOC IN RATIONARIO numerata, & calculata religiosa facinora clementer aspicere, atque gratanter excipere, fideles quoque operosos, non otiosos Ecclesiastici Regni infatigabiles propugnatores humaniter respicere, & benigne fauere dignetur. Quò sub magnæ Aquilæ grandium alarum tutelari vmbra Apostolica tum protectionis, ac tutelæ, tum benignitatis, & munificentiæ Sacris inuigilantibus excubitoribus, excubantibusque Euangelicis vigilibus requiem, & quietem à molestis saltem indigenis aduersarijs adinuenire pariter, & perfrui tandem aliquando contingat. Ità precamur, atque obsecramus ad humillima pedum vestrorum Sacra oscula procumbentes.

S. V.

Inter minimos Minores humillimi famuli:

Prouincialis Minister ac Praefectus, simul & vniuersi Apostolici Missionarij Capuccini Pedemontana Prouincia Alumni.

PRÆLIBATIO AC PRAEMONITIO *AD LECTORES BENEVOLOS.*

FINIS in executione quidem nouissimum, in intentione autem principem sibi vindicat locum. Primario igitur prælibandus est haustu, quo describendi libri occasio, ac ratio innotescant, & causa: mihi quidem vnica, nempè regularium meorum Superiorum obedientia: Capuccinæ verò meæ Religioni, signanterq; Pedemontanæ nostræ Prouinciæ plurima mox enucleanda.

Euangelicis D. Mathæi tabulis protestatur Dominus se & à seruis talentorum negotiatoribus rationes petiturum: *Venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis.* D.Math.c.25. Et ab agricolis Vineæ cultoribus Dominicam prouentium portionem repetiturum, atq; exacturum: *Misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius.* Idem c. 21. Cum igitur nos Fratres Minores Capuccini S. Francisci pluribus titulis, Apostolatusq; in Cisalpina Gallia præcipuè & Talentorum negotium, & Dominicæ Vineæ cultum exercendum ex parte nobis concreditum agnoscamus; cognoscimus pariter tum rationum, tum prouentuum nos ipsos debitores existere: quamobrem volumen istud veluti RATIONVM CODICEM calculandum, conficiendumq; curauimus, vt & Supremo Christianæ Reipublicæ Hierarchæ, & Hierarchici regiminis Cardinibus non desidiosos, sed laboriosos constet Operarios fuisse delectos. Prima Ratio describendi Rationarij.

Iterum Euangelico eiusdem D. Mathæi testimonio Pater ipse luminum contestatur, supra montem ædificatam Ciuitatem haud quaquam posse latere: *Non potest Ciuitas abscondi supra Montem posita.* Idem c. 5. Proinde quia Fratres Minores Capuccini nostri Theologi, & Concionatores quando ad Apostolandum vocantur, tùm sicuti limitaneæ Ecclesiastici Regni Vrbes, & arces intra, ac suprà aspertimos montes eleuantur, & statuuntur; historicarum ergo memoriarum monumentis reuoluendi, ac recolendi, non silentij, & obliuionis obscuritatibus obuoluendi iuremerito æstimantur: tàm in legentium posterum exemplarem ædificationem, quàm in succedentium operariorum magistralem directionem; vt conuersatione plusquam humana, religiosa scilicèt compositione pet Secunda Ratio.

eos & cęlestem Patrem glorificari, & fideles proximos ædificari liquidò cunctis appareat.

Tertiò tandem Euangelicis ijsdem iuribus veluti indecorum, quinimmò criminosum proscribitur, vel in sudatio talentum, vel sub lecto accensam lucernam defodere: *Tollite itaq; ab eo talentum, & inutilem seruum proycite in tenebras exteriores. Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit.* Hinc ab institutionum regularium, vitæq; actiuæ, atq; contemplatiuæ institutorum munium inexpertis prærecensita proscripta otiositatis crimina, indecoraq; desidiæ facinora Capuccinis poterunt inuri, quippè qui quibusdam ab Ecclesiasticis muneribus, simul & oneribus, cereris omnibus ferè tum religiosis, tum religionibus communibus, quasi sibi solis operosi, reliquis autem otiosi, immò onerosi abstineant. Quapropter quò vniuersæ, vniuersaliq; fidelium Reipublicæ manifestè innotescat & intra regulares ptiuatos parietes contemplatiuæ, & in publicis Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus, seu exigentijs Capuccinorum congregationem omnibus neruis actiuæ, licèt perdificilioribus actibus insudare; proximorum salutioni, quinimmò perditorum reductioni quàm operosè incubuerint, hactenusq; laboriosè incumbant ambidexteri Pugliæ Capuccini, computandum statuimus. Sicuti discipuli Antiochenæ Ecclesiæ: *Statuerunt* (vti in Apostolicis gestis refertur) *vt ascenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apostolos, & Presbyteros in Ierusalem super hac quæstione. Cum autem venissent Ierosolymam: suscepti sunt ab Ecclesia, & ab Apostolis, & Senioribus annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis.* Ex quibus Apostolici ratiocinij notis D. Ioannes Chrisostomus nostro proposito plurimum fauentia sequentia verba deducit: *Ante hoc, qui obiurgabatur, rationem reddebat, & ad defensionem omnia loquebatur: id, quod sermonem magis gratum reddebat.* Gratam quoque nos sermocinationem reddere arbitramur, dum ad defensionem nostræ Capuccinæ congregationis religiosi instituti ratiocinamur.

Quando tamen beneuolos Lectores prænouerimus concinnato hoc in Rationum Codice nonnulla dumtaxat cum Parochorum, tum Episcoporum, Ecclesiarumque Sacerdotum singularia gesta nos enumerasse, quamplurima verò Capuccinorum Operariorum egregia facinora calculasse, eò quod nostri propositi, tac institutd est de mandatis nobis Ecclesiasticis Officijs simul, ac cõmendatis Missionum Ministerijs rationes fideles reddere, non pro Rectoribus, Præsulibusq; collatis beneficijs relationes texere.

Nisi iterum liuerit superaddere, quod & Episcopi, vt in plurimum, semotis ab interalpinis Missionibus valdè distant, & Sacerdotes ferè vniuersi pauperrimis illis Parœcijs præsunt, vnde abundantiores prouentus pro alendis domesticorum familijs nequaquam supersunt: Capuccini autem Missionarij tum de alimoniario sibi præstito commeatu nõ exiguam portionem subtrahunt, tum abopulentioribus Dynastis, & Præsulibus opportuna eleemosynaria subsidia quæritant, vt sic remotis illis Ecclesijs subleuandis de propinquo, & ex proposito instent, & adstent. Ideo haud

D. Matth. c. 5. D. Luc. c. 8.

3. Rat.

Actor. c. 15.

D. Chrisost. lib. 32. in Act.

1. Præmonitio.

2. Præmonitio.

mirum, si plura isti, illi autem pauciora in Ecclesiastici regni præsidium calculanda præstant.

Maleficorum quorumdam, hoc est criminosorum hominum turpitudines, seu indecori actus necessario recensendi pro historiæ integra veritate se se nobis offerunt: quos quiuimus, prudenti silentio, ac taciturnitate contexuimus: quos autem nequiuimus, confusa narratione, communi, siue vagi indiuidui indistincta indicatione obumbrauimus potius, quàm indicauimus; ne honestis personis, conditioni, statui, aut familiæ, signanter religiosæ turpitudinis notas inuramus. 3. Prænonitio.

Animaduertendum insuper nostra hac in supputata chronographia, idest temporum computata serie, siue successione numerata, calculatoq; ordine, quod si vnus, idemq; met Missionarius vnico anno binis in Missionibus, aut bini Missionarij eodem met anno vnica sola in Missione aliquando adnotati conspiciantur; non ex incuria, vel minus veridica relatione procedere, sed ex eò quod apud nos Capuccinos nostris pro domesticis regularibus gestis, vt in plurimum Annus non ab æquinoctio Martiali, vti apud astrologos, neq; à Kalendis Ianuarij, sicuti apud Romanos, sed à celebratione anniuersaria nostrorum Capitulorum Generalium, siue Prouincialium, quando nouæ fiunt regulares prouisiones, recentesq; peraguntur regularium muniorum, officiorum, & collocationum mutationes, siue cõfirmationes, sua sumat exordia. 4. Præmonitio.

Quod fuit ab initio (canonicè scribebat D. Ioannes Apostolus) *quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ* (subscribimus nos) à nostris explicato, ac prædicato referimus, quod est dicere: ratiocinando non casu, aut ad libitum calculauimus, quin à probis, probatisque relatoribus, oculatis testibus, nec non in Ecclesiastica militia diu exercitis veteranis Pugilibus, simul & Capuccinæ familiæ seniotibus Patribus, Pedemontanæ autem Prouinciæ Capùularibus annualibus Tabulis, regularibusq; nostratum monumentis, nempè ab ipsis gestarum rerum, & digestorum facinorum actoribus, atque auctoribus, à Fr. Fr. scilicet Valeriani Pinerolensis, Mauritij Murrensis, signanter verò Philippi Pancalerensis relictis manuscriptis Autographis historicos hos calculatos numeros collegimus. A quibus attamen nequaquam vniuersa indiscriminata recollegimus, vt collectorum grandem manipulum, hoc est ingens volumen conficeremus; sed necessaria solummodo pro ratiocinijs iustè, ac ritè supputandis numerando calculauimus ab initio nostræ vocationis, simul & electionis ad Apostolicum munus in Gallia Subalpina, antè completum decimum sextum obeundum ad vsq; plusquam dimidiatum sæculum decimum septimum. D. Ioann. Ep. Can. 5. 6. 1. 5. Præmonitio.

Verùm enimuerò ne arctioribus neotericorum temporum, hoc est vnius dumtaxat ætatis angustijs premeretur, & coarctaretur historica nostra RATIOCINATIO, vnde legenti tibi, Amice Lector, non satis saperet RATIONARIVM NOSTRVM; Cronographicè illud computauimus: ab ipsis scilicet Ecclesiastici Regni, idest Mundi primordijs adhibitum IVS REGNANDI APOSTOLICVM, quod est dicere: Vniuersi Hierarchici Ordinis virorum religiosorum Missiones 6. Ecclesiasticus.

Spi-

Spirituales, vti apud Eccleſiaſticos Annaliſtas Salianum, Baronium, Bzouium, Spondanum, Vuadingum, Bouerium, Boſium, Minoricum deniq; chronicon temporum ordine digeruntur, calculauimus pariter, & ratiocinati ſumus.

Chronicè igitur arithmeticando Rethoricari nequaquam libuit, aut licuit, quoniam dies quidem, ac noctes laboriosas enumeraui mihi, ſed menſes vacuos haud quaquam ego habui, gemina iam per luſtra ratiocinans: intra domeſticos namq; Capuccinos lares multiplicia gubernandi, concionandi, ſtudendi, & ſcribendi regularia munera, & onera ſimul, & ſemel ſubire coactus, plurimis his grauioribus, importuniſque curis impenſus, neceſſariò minor, exilior quoq; adfuit ad ſingula corporalis, pariter & intellectualis ſenſus, eòq; magis, quia per conſenſum regularis, auſterioriſq; vitæ afflictiuis exercitijs, quotidianis, imò perpetuis ieiunijs, vigilijs, pœnalitatibus, mortificationibus, rigore tandem diſciplinę rigidioris eneruatus, nec non ſtatutorum temporum horarijs precationibus, atq; Canonicis pſalmodijs chori occupatus, & applicitus, verborum lenocinijs, aut oratorijs nequaquam incumbere valuit, ſed currenti calamo haud fucatam veritatis faciem, quaſi ſimplici penicillo naturalibus lineamentis deſcribere, atq; compingere voluit.

Placuit inſuper magnatum, ideſt vtriuſq; Dominationis temporalis, ac ſpiritualis Principum litteras, edicta, & diplomata eodem, quo ſcripta fuere, idiomate vernaculo Italico, vel Gallico referre; ne vtriuſq; Gentis peculiaris elocutionis ſapor retundatur, ſicque tenoris ſenſus alteretur, imò fidelius, & plenius Legislatoris mens intelligatur. Poſtremo Lectoros vniuerſos in primis monitos, ac prœmonitos deſideramus: nos omni ſtudio, & ſolertia à cunctis Sanctitatem probatam, ſiue authentica mitaeula redolentibus notis abſtinuiſſe: prœcauiſſe iterum, ne vel numerandis geſtis, aut gerentium laudibus calculandis vel vnicum eximiam excellentiam perſonans verbum adhiberemus: quippe qui ſingula, & omnia noſtra ratiocinia, calculos, & numeros iuxta Sanctę Romanę vniuerſalis Inquiſitionis ſanctiones, & regulas, ſignanter Vrbani VIII. Decretum deſcripta, & intellecta eſſe volumus. Cuncta igitur, quę hiſtoricè ratiocinati tibi legenda proponimus, per modum calculi ſupputata, non per modum abſoluti canonis computata accipias: nam numerata, calculata, & vniuerſa deducta, ideſt integrũ noſtrum RATIONARIVM iudicio rurſum, ac cenſurę, nec non S.R.E. correctioni ſubiectum eſſe profitemur, ac proteſtamur.

PROLOQVIVM
Pro Explicatione Titulorum Inscriptionis Primæ.

Vltiplex integrale operis subiectum multiplicem quoq; libro titulum apponit, & inscribit: singulæ igitur inscriptorum Titulorum notæ explicandæ se offerunt.

IVS REGNANDI APOSTOLICVM. Vniuersa regna peculiari suo regnandi, hoc est administrandi iure peruruntur. Ecclesia vniuersalis spiritualc Dei regnum in terris compuratur. Quo igitur regnandi, idest propugnandi, & propagandi iure vtatur, indicat verbum Apostolicum, nempe per pacificos Ministros, idoneosq; Prædicatores perenniter missos.

PER MISSIONES ECCLESIASTICAS. Missio nomen genericum continens sub se disparatas species Missionum Ciuilium, Politicarum, Bellicarum, per differentiam specificam declaratur, dum contrahitur ad Ecclesiasticas emissiones pro Ecclesiastico regno operantium.

RELIGIOSORVM TOTIVS ORDINIS HIERARCHICI. Hierarchia, quę sacer est principatus Optimatum Regnum Dei Ecclesiam militantem spiritualiter gubernantium, siuè administrantium multiplici ordine conflatur, nempe supremo, medio, & infimo, siue Pontificum, Doctorum, & Sacerdotum, ex quibus omnibus Ordinibus electos, vocatos, ac ordinatos missos ministros religiosos demonstrat.

AB EXORDIO ECCLESIÆ. Quod est dicere: Ante legem, sub lege, sed præcipuè tempore promulgationis Euangelij ab Incarnatione Verbi Ecclesiæ Capitis, legitimi Diuini Regis filij.

INSCRIPTIONIS SECVNDÆ.

RATIONARIVM rationum liber communiter computatur, à nobis verò regularium numerorum, calculorum, ac ratiocinionum historicus codex supputatur.

CHRONOGRAPHICVM. Quoniam & instituę, & constituę, & exercitæ Missionis discreta continuata tempora signat.

MISSIONIS EVANGELICÆ. Ecclesiastica missio generica (vt dixi) Missionis species subalternans, siue subalternatum genus existit, subalternatas sub se specialissimas complectens species Missionis Pontificiæ, Magistralis, Legationis, Parochialis, Euangelicæq; singanter Euangelizantium Verbum Dei, quam nos pertractandam suscepimus.

AB APOSTOLICIS OPERARIIS. Apostolus, siue Apostolatus Euangelici termini licet apud Diuinarum, & humanarum litterarum professores diuersimodè explicari gaudeant; nos tamen hic diuersorum religiosorum legitimam Missionem, & missos religiosos intendimus explicare: quos attamen (exceptis à Sacris paginis nuncupatis) ob reuerentiam non Apostolos, sed Apostolicos Operarios inuitulamus.

CAPVCCINISQVE PRÆSERTIM. Perennitas durationis, nec non Ecclesiastici Apostolatus successionis continuatio in Minorica religione, pariter & Capuccinorum Congregatione comprobatur.

PRO ECCLESIASTICO CATHOLICO REGNO PROPVGNANDO IN QVATVOR MVNDI PARTIBVS: Idest non propriam commodum, sed spirituali Christi regni, nempè Ecclesiæ emolumenta, incrementaq; captantes, grauioribus licèt propriis incommodis ac detrimentis in agone deceriant quauis in orbis regione, licèt remota, & barbara.

SIGNANTER IN GALLIA CISALPINA: Custodialis Ecclesię, plageq; in Ipsis Italicæ, atq; Ecclesiasticæ Regię foribus opportunitatem designat.

Per FR. MATHIAM. Ex Hebreo in Latinum Donum Dei, siue donatus à Deo Mathias interpretatur, qui in actis Apostolicis ad Apostolatus apicem solus ab Apostolis electus designatur; vt & mihi ad Apostolicos actus describendos delecto soli donatum à Deo per legitimorum meorum Superiorum obedientialem electionem, vocationem, atq; repetitam ordinationem recognoscatur.

Subie.

Subiecti Diuiſio, & Operis Diſtributio.

Ntegrale, totale, ac præcipuum proprium noſtri hiſtorici Rationarij ſubiectum, ſiue materia Miſſio Eccleſiaſtica aſſignatur. Miſſio igitur non abſolutus, ſed reſpectiuus terminus cum exiſtat; plures vnico in ſuo conceptu formali continet, & implicat actus: nempè actiuos mittentium, mixtos miſſorum, miſſionis terminos à quo, & ad quem, Apoſtolandi formam, ſiue modum, effectus, ac neceſſitatem, ſiue vtilitatem.

Iuxta igitur multiplicem ſubiecti partitionem multiplex diſtributio quoq; erit CHRONICI NOSTRI RATIONARII: Quod duas in partes primò cum diuidamus; binis itidem illis portionibus gemina proemialia Ratiocinia, ideſt ſingulę ſingulum proponimus.

Primum ergo Priori parte propoſitum Ratiocinium Ius regnandi Apoſtollicum in regno Dei, quod eſt Eccleſia perpetuò adhibitum explicat: Chronographicè enumerando Eccleſiaſticos mittentes, miſſos, atq; Miſſiones ab initio Mundi, & Eccleſiæ vſq; modo, calculando ſimul Miſſionum naturam, identitatem, diuerſitatem, vtilitatem, modum, & terminos ad quatuor Mundi partes à totius Ordinis Hierarchici religioſis viris exercitarum vniuerſaliter in vniuerſo, à Capuccinisque peculiariter.

Secundum autem Parti Secundæ præmiſſum Ratiocinium Eccleſiaſticum Dei regnum a Noemitico cathacliſmo in Gallia Ciſalpina tum quibus Miſsionibus fundatum, & propugnatum, tum quorum antimiſsionibus expugnatum ad hæc vſq; noſtra tempora fuerit, ratiocinatur.

Poſtpoſuimus rurſus geminis recenſitis libri portionibus gemina quoq; neceſſatia extranumeraria Ratiocinia: Intermedium vnum Parçneticum Primæ Parti de neceſſitate inſtituendarum, conſeruandarum, & continuandarum Miſsionum Eccleſiaſticarũ virorum religioſorum, in Gallia præcipuè Ciſalpina. Vltimatum alterum Secundæ parti vtilitates, & prouentus, ideſt proficuos effectus ſexdecim Apoſtolatuum in Subalpina Gallia, atque Interalpina à Capuccinis adminiſtratorum recolligens, & ſuppntans per Indiciales numeros.

Antepoſuimus iterum vnicuiq; ſingulari Ratiocinio peculiares ſuos præambulos numeros ad pleniorem Intelligentiam calculandorum neceſſariosin prima quidem parte plures, vel pauciores pro quantitate plurium, vel pauciorum explicandorum terminorum in titulo Ratiocinij conſtitutorum: in ſecunda vero Parte ſingulo ratiocinio quinos proprios præambulos numeros præſignauimus indicantes cuiuſq; Apoſtolatus, ſiue Miſsionis quinq; peculiaria, nempè loci 1. Topographicam, 2. Politicam, 3. Hierarchicam notitiam, 4. Erroris, ideſt hęreſis, 5. Miſsionis Originem. Poſt modum tandem per calculos, & numeros abundantiores, vel anguſtiores procedimus, temporum, ideſt annorum ordinem inſequendo.

Primum Ratiocinium Proemiale computat.	Cal. 13.	Append. 4.	
Secundum Ratiocinium Proemiale.	Cal. 43.	Append. 4.	
Ratiocinium Parçneticum Intermedium.	Cal. 3.		
Ratiocinatio vltimata cõputat Gñles præamb.	Cal. 5.	diſcretas calculat. 16.	

Prima Pars Rationarij Numerat ratiocinia nouem calculantia prouiſiones communes, & ſingulares omnibus, & ſingulis Miſſionibus conceſſas A.

Summ. Rom. Pontificibus	Rat. I.	Snpputans	Cal. 6.	
S. R. E. Cardinalibus	Rat. II.		Cal. 11.	Append. 1.
Apoſtolicis Nuncijs	Rat. III.		Cal. 10.	Append. 1.
Archiepiſcopis, & Epiſcopis	Rat. IV.		Cal. 13.	Append. 1.
Abbatibus, Inquiſitorib. & Vic Gen.	Rat. V.		Cal. 9.	

P.P. Gen. Procur.& Prōlib.Capuc.	Rat. VI.	Cal.	5.	Append.2.
P.P.Præfectis Missionum	Rat. VII.	Cal.	10.	
Christianissimis Galliæ Regibus	Rat. VIII.	Cal.	2.	Append.2.
Regalibus Sabaudiæ Ducibus	Rat. IX.	Cal.	6.	Append.1.

Secunda Pars Rationarij Connumerat Ratiocinia Sexdecim singulares actus Apostolicos singulorum Operariorum calculantia in singularibus sexdenis Missionibus.

Perrerij	Rat. I.	Cal.	29.	
Petruxiæ	Rat. II.	Cal.	24.	Append.1.
Draconerij	Rat. III.	Cal.	31.	Append.3.
Accelij	Rat. IV.	Cal.	19.	
S. Damiani	Rat. V.	Cal.	8.	
Segusiæ	Rat. VI.	Cal.	1.	
Verzolij	Rat. VII.	Cal.	25.	Append.3.
Castridelphini Supputans	Rat. VIII.	Cal.	22.	
Cadralij	Rat. IX.	Cal.	26.	Append.1.
Paduſanæ	Rat. X.	Cal.	22.	
Pancalerij	Rat. XI.	Cal.	14.	Append.4.
Demontij	Rat. XII.	Cal.	3.	
Prati-Iallati	Rat. XIII.	Cal.	11.	Append.4.
Vallis Soanæ	Rat. XIV.	Cal.	7.	Append.1.
Vallis Vari	Rat. XV.	Cal.	4.	
Portarum	Rat. XVI.	Cal.	1.	
Oroppæ	Appendix	Cal.	3.	

Directorium necessarium quia nequiuimus, præposuimus saltem secundæ Parti huius Rationarij per modum commonefactorię epistolæ ad Ecclesiasticę militiæ Capuccinos Tyrones compendiosam methodum Apostolicam.

PROLOGIVM BENEVOLVM.

Ad non maleuolos Religionarios Lecturos.

AMICE ad quid veniſti rationatum hunc noſtrum Codicem perlecturi? Amici ſi velis, iniinici ſi nolis: religioſi Scriptoris ſcrutamini ſcripturas ſi fortaſſe putatis vos in ipſis calumnias habere, aut Iniuriam ſuſtinere, & illæ erunt, quæ teſtimonium perhibebunt de me, quia non odij, vel inuidiæ liuore, multò minus iracundiæ feruore, ſeu maledicentiæ libidine Hæreticos homines Pſeudopredicantes, Sectarum Archimandritas, Hæreſumque Inuentores, Hereſiarchas, ac fautores aculeatis quidem verbis, ſiue acutioribus notis pungimus, quaſique acuminatis cuſpidibus ferimus, non vt ad imaginem Dei ac ſimilitudinem ſicut nos à Diuino Opifice plaſmatas creaturas, nec vt homines à Chriſto per Eccleſiam in Baptiſmatis Lauacro regeneratos, ne ve vt occiduos Gallos, Germanos, Gebennenſes populos vulneratiuis aculeis vellicemus; Quinimmò quò crimineſos legitimæ Eccleſiæ deſertores, non ſimpliciter facinoroſos, ſed veluti vtriuſq; Diuinæ ac humanæ Læſe Maieſtatis, deformatæ Catholicæ Religionis, diſcerptæ, ac perturbatæ fidelium pacis, ac filiorum Dei vnitatis, deprauatæ Orthodoxæ Fidei, Chriſtianiq; tandem myſtici corporis per ſchiſmata lanciati, ac dilaceratæ manifeſtè reos ad ſanam mentem, & legitimam matrem reuocemus, & prouocemus, vt expunctis huiuſcemodi turpioribus notis, atq; expulſis hæreticalibus, ſimul & ſchiſmaticis maculis, vtinam vnicum nos, & vos tamquàm germanos in Chriſto Fratres ſalutari vnda emundatos Dei legitimos filios ſub vno viſibili capite vnica in Catholica Eccleſia charitatis ſpirituale viuendum colligat, atq; indiſſolubiliter colliget. Ad hoc enim minus decoris nomenclaturis eos notamus; vt indecora nimiſq; fœda acceptata impia ſpuria Hereſiarcharum placita agnoſcentes, cognita deteſtentur, deteſtata anathematizent, hinc q; ad ſe reuerſi legitima, fideliaq; Orthodoxorum Patrum, Conciliorum, ac Pontificum, imò ipſius Spiritus Dei dogmata Catholica recipiant, amplexentur ac ſincerè profiteantur, ad fidelium vnionem, ac communionem regredientes. Faxit Deus. Eia ergo reminiſcimini, quod per ablutionem ſanguinis IESV CHRISTI INVISIBILIS ECCLESIÆ CAPITIS myſtica membra effecti fueratis, ſed per ſchiſmata, & ſectas ab integritate ſeiuncti iuſto cenſurarum ſpiritali mucrone reſecati, tamquam exanimatum cadauer iacentes, in ſordibuſq; putreſcentes maleolentiam veſtrorum errorum, ac delictorum quotidie magis ac magis eorum Deo, Angelis, & hominibus hactenus fœtete feciſtis. Reſipiſcite ergo, atq; ad ſaniorem frugem conuertimini, vos ipſos ipſis vobis, veſtræque ſempiternæ ſaluationi reſtituite: nolite plus ſapere, quam oporteat ſapere, hoc eſt, nolite cum ſemel, & iterum Apoſtatis à religione, & ab Eccleſia exeuellatis deſertoribus vltra deſipere, quinimmò cum Apoſtolis, Martyribus, Pontificibus, ſanctioribuſq; legitimæ Hierarchiæ Patribus, Paſtoribus, necnon Doctoribus ſapite ad ſobrietatem de Fidei arcanis: ſapite ad veritatem de Verbo Dei, Chriſtianaque religione: ſapite ad vtilitatem de Eccleſiaſticis traditionibus, doctrinis & canonicis Sanctionibus: ſapite ad honeſtatem de operibus bonis, & obſeruantia mandatorum Dei. *Nolite iugum ducere cum infidelibus: cuiã carnis ne feceritis, ſi enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini* (Apoſtolicis Verbis vos prouoco) *Si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*. Placita, commenta, figmenta antimagiſtrorum veſtrorum carnalia ſunt, brutalia extant: dogmata autẽ catholicorum Præceptorum Spiritualia ſunt, rationalia exiſtunt, ſed monet Apoſtolus *Qui ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptionem, qui autem ſeminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam*. Quam vobis dignoſcere concedat Pater luminum, ſimul cum gratioſa illuminatione, & conuerſione Fideli. Amen.

Valete & reddite ad cor.

INDEX

DECRETVM
S. CONGREGATIONIS
GENERALIS
DE PROPAGANDA FIDE
Habitæ die Lunæ 12. Iunij 1656.

AD relationem Eminentissimi D. Cardinalis Capponij, Sacra Cong. petitioni Fr. Mathiæ Ferrerij à Caballario Maiore Ordinis Capuccinorum Missionarij Apostolici benignè annuens, eidem licentiã concessit typis mandandi, & publicandi, Seruatis Seruãdis, opus abipso compositum in duas partes diuisum, cuius Inscriptio est *Rationarium Chronographicum Missionis Euangelicæ à Capuccinis exercitæ in Gallia Cisalpina* A R. P. MATHIA FERRERIO A CABALLARIO MAIORE *Seraphici Ordinis Capuccinorum Theologo, & Concionatore compactum, &c.* A R. R. P. P. Abbate Clemente Tosio prælibati Eminentissimi D. Cardinalis Capponij Theologo, & S. C. de Indice Consultore, & Fr. Hieronymo Ari Carmelita S. Officij in Vrbe Qualificatore de mandato Eiusdem S. Cong. prius examinatum, laudatum, & approbatum.

Locus † Sigilli.

Dionisius Massarius S. C. Secretarius.

Censura, & approbatio.

VIdi, ac perlegi opus inscriptum, *Rationarium Chronographicum Missionis Euangelicæ à Capuccinis exercitæ in Gallia Cisalpina in duas partes distributum*, &c. concinnatum ab ADM. REV. PAT. FR. MATHIA CAPVCCINO. Quod cum non solum ea, quæ ad Missionis materiam spectant à sua origine, & multa cum eruditione elucidet: verum etiam quæ à Missionarijs agenda erunt ad Dei gloriam augendam, & profectum spiritualem animarum promouendum proponat; plurimam vtilitatem allaturum fore existimo; nihilque contineat, quod pias fidelium aures lædere queat; ac proinde dignum censeo, quod non in latebris delitescat, sed in publicum commodum prodeat in lucem, typisque mandetur. In quorum fidem &c. Romæ anno Domini 1656. die verò 16. Mensis Iunij.

D. Clemens Tosius Eminentiss. Cardinalis Capponij Theologus, & S. Congregationis de Indice Consultor.

Licentia.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capisucus S. A. P. Magister.

Censura, & Approbatio.

DE mandato Reuerendissimi Patris Magistri Raymundi Capisuci Sac. Apostolici Palatij Magistri, Volumen duas continens partes, quod inscribitur. *Rationarium Chronographicum Missionis Euangelicæ à Cupuccinis exercitæ in Gallia Cisalpina Auctore* ADM. REV. P MATHIA FERRERIO *Seraphici Ordinis Cupuccinorum Theologo, & Concionatore.* Vidi, & accuratè perlegi. Opus Sacra eruditione refertum, & omnibus numeris in concepta materia absolutum reperi, Catholicæ Fidei, bonisque moribus omnino consonum. Ac vt conijcere potui Euangelicæ veritatis promouendæ, & propagandæ valde aptum: ex eius enim lectura, qui ad Apostolicum munus eliguntur, & à Maioribus ad Verbum Dei ministrandum diriguntur qualiter tàm in profligandis hæresibus, quàm in custodiendis Orthodoxæ Fidei Dogmaribus se gerere debeant, satis superque sibi prospectum habebunt. Quare vt pluribus proficiat prælo committendum censeo. Romæ ex Carmelo Sanctæ Mariæ Transpontinæ. Die 15. Iunij. Anni 1656.

Fr. Hieronymus Ari Ex-Procurator Generalis Carmelitarum, & Sancti Officij in Vrbe Qualificator.

Licentia.

Imprimatur.

Fr. Raimundus Capisuetus S. A. P. Magister.

Facultates & Approbationes

Approbationes P. P. Deputatorum ab Adm. R. P. Generali.

OPus Inſcriptum *Rationarium Chronographicum Apoſtolatus Euangelici pro Eccleſiaſtico Spirituali Regno in Gallia Ciſalpina propugnando* calculante, & ratiocinante R. P. MATHIA A CABALLARIO MAIORE Sacræ Theologiæ Ex-Lectore Capuccino eiuſdem Prouincię, ex commiſſione Ad. Reu. P Fortunati à Cadoro noſtri Generalis, Ego Infraſcriptus attentiſſimè perlegi: Auctor enim, vt diligens ac optimus Ratiocinator non tàm numerum Annorum Apoſtolatus Seraphici Ordinis expeditiſſimè ſupputat, quàm cunctos claros viros, qui Spirituale Regnũ hoc Eccleſiaſticum ornarunt, atq; in eius militia Seraphicis ardoribus ad illud propugnandum, & augendum laborarunt, diligentiſſimè per numeros colligit. Dum enim tot res ab illis geſtas, tot ve numero ardua certamina, atq; acerborum tormentorum perpeſſiones, tot virtutum exempla cum ad exterminandas hæreſes, tum ad virtutes inſerendas reducit ad calculos; his ſubductis, expeditiſq; rationibus in addendo, deducendoq; exantlatos labores, tot Apoſtolici Viri in hoc exactiſſimo Rationario fulgentes in conſpectu hominum prodeunt; vt primum Spiritualis Regni commodo, ac Seraphicæ Religionis honori conſulat: deinde agit; vt alij nundum in numero eorum poſiti propenſiori caritatis Dei, & proximi cupidine impulſi, his viſis imaginibus, ad ſectanda illorum ſtudia, ad ſuccurrendam Eccleſiam tot erroribus his temporibus agitatam tandem & ipſi in numerum veniant. Quapropter quia omnia, quæ hic recenſentur conſona ſunt Catholicæ Religioni, & moribus haud aduerſa, vt opus in lucem prodeat non atrum, ſed album calculum libentiſſimè adijcio.

Dat. Taurini die nona Iunij Anni 1655.

Ego Fr. Ioannes Thomas Braydenſis Capuccinus
Philoſophiæ ac Thelogiæ Secundolector.

IVſſis vt obtemperarem Adm. Reu. Patris Fortunati à Cadoro noſtri Capuccinorum Ordinis Generalis Miniſtri, ſingulari attentione, diligentia ſimul, & oblectatione opus perlegi, cui titulus eſt *Rationarium Chronographicum Apoſtolatus Euangelici pro Eccleſiaſtico Spirituali Regno Galliæ Ciſalpinæ propagando*. A REV. P. MATHIA A CABALLARIO MAIORE Capuccino Theologo compoſitum. In quo non modò aliquid contra Fidem reperire non eſt, verum pro Fide certat, cuius ad incrementa ſemper adſpirat, & viriliter contrà perfidos pugnat, quorum extirpationem adanhelat: Nec contra bonos mores, cum mores optimos zelotes, ac Seraphicos Miſſionariorum noſtrorum exantlatos labores, & perpeſſas pro Fide eruces pandat. Opus eleganti ſtylo exaratum, bona methodo ordinatum, & omnibus numeris completum. Opus cuius opera opus habent Apoſtolici noſtri Miſſionarij Ciſalpini, vt ex eo quid agere ipſi debeant, quibus incedere veſtigijs, quàm ſancte, & exemplariter viuere, quo zelo, quibuſq; medijs Hæreticis occurrere, eorum conuerſionem procurare, Catholicos foucre, pro quibus ad Eccleſiaſtica, ſiue politica Tribunalia confugere & in benè cęptis progredi, ex præteritis prægonizantibus Apoſtolicis, vti in fulgenti ſpeculo, vt boni æmulatores perſpicere valeant. Quapropter vt in lucem prodeat digniſſimum, vtile valdè, quin nobis neceſſarium iudico. In quorum Fidem meum nomen libenter appono. Datum Taurini die nona Iunij Anno 1655.

Fr. Paulus Taurinenſis Concionator Capuccinus
& Vallis Petruxiæ Miſſionarius.

Nos Fr. Fortunatus à Cadoro Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum Miniſter Gen. (licet Im.)

TEnore præſentium facultatem concedimus, vt opus Inſcriptum *Rationarium Chronographicum Apoſtolatus Euangelici, &c.* à R P. MATHIA FERRERIO à CABALLARIO MAIORE Sacræ Theologiæ Prælectore Capuecino, Prouineiæ Pedemontanæ Diffinitore, & Conuentus Montis Tautini Guardiano elaborarum, ac iuſſu noſtro à duobus noſtri Ordinis Theologis reuiſum, & approbatum, ſeruatis alias ſeruandis, Typis mandati valeat, in quorum fidem &c.

Dat. in Con. noſtro Romano Immaculatæ Conceptionis die 10. Octobris 1655.

Fr. Fortunatus Miniſter Generalis.

Iam conceſſam facultatem confirmamus. Romæ die 18. Innij 1656.

Fr. Simplicianus Miniſter Generalis.

INDEX PRONONIMVS

Auctorum in Rationario signatorum.

A

Acta Apostolorum D. Lucæ.
Acta Ecclesiæ Astensis.
Alexander ab Alexandris.
D. Ambrosius Episcopus Mediolanensis.
Annales Capuccinorum P. Zaccariæ Bouerij Capuccini.
Annales Carmelitarum.
Annales Cistercienſium.
Annales Ecclesiastici Cardinalis Baronij.
Annales Ecclesiastici Saliani.
Annales Minorum P. Lucæ Vuadingi.
Annianus.
Ambrosius Monachus Cassinensis.
D. Augustinus Episcopus.
Augustinus Barbosa.

B

Beda Presbyter.
Bellarminus Cardinalis Chronologia.
Berosius.
D. Bonauentura Episcopus.
Bosius de signis Ecclesiæ.
Bzouius.

C

Ciacconius de Vitis Pontificum.
Concilia Generalia.
Chronicon Fratrum Minorum.

D

Decretales.
Directorium Inquisitorum.

F

Franciscus Augustinus Episcopus Salutiensis
Franciscus Coriolanus Capuccinus.

G

Genebrardus Episcopus.
Gennadius Episcopus.
Glosa Interlinearis.

D. Gregorius Papa.
Gulielmus Baldessanus M. S. Historia Ecclesiastica Pedemontij.

H

Historia Ecclesiastica.

I

Iacobus Bolduccus Capuccinus.
Ioseph Hebræus.

L

Lyranus.

M

Marcus Aurelius Prior Lucernensis.
Mauritius Murrensis Capuccinus M. S.
D Maximus Epis. Taurin.

P

Paulus Diaconus.
Paulus Britius Episcopus Albensis.
Philippus Pancalericnsis Capuccinus M. S.
Philibertus Pingonius.
Platina de Vitis Pontificum.

R

Regesta Sacræ Congregationis de P F. M. S.
Regesta Sacræ Inquisitionis Salutiensis. M. S.
Regesta Religionis Capuccinæ. M. S.

S

Sondanus Episcopus.

T

Tabulæ Capitulares Prouinciarum Ianuensis & Pedemontanæ M. S.
D. Thomas Doctor Angelicus.
Thomas Vualdensis Carmelita.

V

Valerianus Berna Pinerolicnsis Capuccinus M. S.

INDEX LOCORVM

Sacræ Scripturæ,

Qui in hoc opere citantur

IN PARTE PRIMA.

EX GENESI.

2. 2. Et inspiravit In faciem eius spiraculum vitæ,& factus est homo,&c.f. 22.
4. 25. Cognouit quoq; Adam vxorem suam,&pepetit filium,vocauitq;&c f.25.
4. 9. Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. f. 26
11. 16. Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel,quos tu nosti,&c.f.112.

EX EXODO.

3. 9. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me,vidiq; afflictionem, &c. f.12.
4. 16. Aarō Frater tuus erit os tuū,& ego ero in ore tuo,& in ore illius.f. 112.
4. 27. Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi, &c.f.12.

EX DEVTERONOMIO.

30. 4. Si ad cardines Cęli fueris dissipatus, inde retrahet te Dominus,&c.f.111.

EX LIBRIS REGVM.

2. 8. Domini enim sunt cardines terræ,& posuit super eos orbem. f.111.

EX SECVNDO LIBRO PARALIPOMENON.

17. 7. Tertio autem anno regni sui misit de Principibus suis,&cum eis,&c.f.32.
30. 1. Misit quoq; Ezechias ad omnem Israel, & Iuda, scripsitq;&c. f. 32.

EX LIBRO IOB.

11. 14. Circa cardines Cęli perambulat, nec nostra considerat. f.109.

EX PSALMIS.

13. 3. Quorum os amaritudine plenum est,&c. f. 109.
18. 5. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ,&c. f. 23.
23. 1. Domini est terra,& plenitudo eius orbis terrarum,&c.f.5.
44. 5. Deducet nos mirabiliter dextera tua f.193.
104. 17. Misit ante eos virum, In seruum venundatus est Ioseph. f. 32.
26 Mittit Moysen seruum suum, Aaron, quem elegit ipsum,&c.f. 13.
140. 4. Declinant cor suum in verba malitiæ, ad excusandas, &c.f.53.

EX LIBRO PROVERBIORVM.

7. 10. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata, &c.f.60.
8. 18. 13. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis: adhuc terram non,&c.f.109.
9. 1. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, &c.f.32.
1. Misit ancillas suas,& vocauit ad arcem,& mœnia Ciuitatis,&c.f.33.
13. Mulier stulta, & clamosa,plenaq; illecebris,sedit in foribus,&c.f.60.

EX LIBRO SAPIENTIÆ.

1. 7. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum,& hoc,quod continet,&c.f.23.

EX LIBRO ECCLESIASTICI.

17 1. Deus creauit de terra hominem secundum imaginem suam,&c. f.9.

33. 15. Contra malum bonum est,& contra mortē vita,sic contra virū,&c. f 51.
45. 1. Dilectus Deo,& hominibus Moyses,cuius memoria,&c. 12. item f 195.
49. 19. Seth,& Sem apud homines gloriam adepti sunt,& super omnem,&c. f. 9.

EX ISAIA.

6. 1. In anno quo mortuus est Rex Ozias,vidi Dominum sedentem,&c.f.25.
9. Ecce ego, mitte me: Vade, & dices populo huic: Audite, &c.
11. 6. Habitabit lupus cum agno,& pardus cum hædo accubabit,&c.f.322.
21. 11. Custos quid de nocte? Custos qnid de nocte? f.99.
61. 1. Spiritus Domini super me.propter quod vnxit me,euangelizare,&c. f.23.

EX EZECHIELE.

1. 12. Vbi erat impetus spiritus,illuc gradiebantur. f. 24.

EX MICHÆA.

5. 5. Et suscitabimus super eum septem Pastores,& octo primates,&c.f.81.

EX D. MATTHÆO.

3. 16. Baptizatus autem Iesus confestim ascēdit de aqua,& ecce aperti,&c.f.22.
4. 17. Exinde cepit Iesus prædicare,& dicere: Penitentiam agite,&c. f.18.
18. 1. Et conuocatis duodecim Discipulis suis dedit eis potestatem,&c.f. 18.
4. 5. Hos duodecim misit Iesus, præcipiens eis, & dicens: Euntes, &c. f.62.
12. 38. Magister volumus à te signum videre.f.21.
13. 30. Colligite primum zizania, & alligate in fasciculos ad cōburēdum.f.189.
16. 17. Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus dixit ei,&c. f. 10.
10. 1. Simile est regnum Cælorū homini Patrifamilias,qui exijt primo,&c.f. 8.
22. Potestis bibere calicem,quem ego bibiturus sum? &c. f 62.
21. 33. Homo erat pater familias, qui plantauit vineam,&c. f.16.
43. Ideo dico vobis: auferetur à vobis regnum Dei,& dabitur genti,&c. f.17.
22. 2. Simile factum est regnū Cælorum homini regi,qui fecit nuptias,&cf..45.
5. Illi autem neglexerunt,& abierunt alius in villam suam,&c.f.46.
23. 2. Super cathedram Moysi sederunt Scribę, & Pharisæi.f. 7.
3. Omnia ergo,quæcumq; dixerint vobis, seruate, & facite,&c. f. 32.
28. 18. Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra.f.5.
19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos,&c.f.19.
20 Et ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsūmationē,&c f.113.

EX D. MARCO.

3. 13. Et ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse,&c.f.18.
6. 6. Circuibat per vicos, & castella,& ciuitates, &c. 320.
16. 15. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni,&c.f.58.

EX D. LVCA.

1. 5. Fuit in diebus Herodis regis Iudęæ Sacerdos quidam nomine,&c. f. 15.
76. Et tu puer propheta Altissimi vocaberis, præibis enim,&c.f. 15.
3. 1. Anno autem quintodecimo Imperij Tiberij Cęsaris,procurante,&c f.15.
9. 1. Cōuocatis autem Iesus duodecim Apostolis,dedit illis virtutem,&c.f.18.
10. 1. Post hæc autē designauit Dominus & alios septuaginta duos,&c. f. 109.
11. 16. Et alij tentantes signum de Cælo qnærebant ab eo.f.21.
12. Interrogatus autem à Pharisæis: quando venit regnum Dei,&c.f. 19.
14. 16. Homo quidam fecit cęnam magnam, & vocauit multos,& misit,&c.f.52.
19. 12. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere, &c.f.86.
24. 44. Quoniā necesse est impleri omnia, quæ scripta sūt in lege Moysi,&c.f.21.
49. Vos autem sedete in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto.f.23.

EX D. IOANNE

1. 6. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes,&c.f.15.
32. Et testimonium perhibuit Ioannes dicens: Quia vidi spiritum,&c. f.22.
2. 19 Quod signum ostendis nobis,quia hæc facis? f. 21.

7. 37. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, &c. f. 61.
13. 16. Non est seruus maior domino suo, nec Apostolus maior eo, qui, &c. f. 6.
21. 15. Simon Ioannis diligis me plus his? &c. f. 20.

EX ACTIBVS APOSTOLORVM.

1. 1. Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ, &c. f. 22.
4. Et conuiuens præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, &c. f. 3.
15. In diebus illis exurgens Petrus in medio Fratrum dixit: Viri, &c. f. 21.
2. 1. Cum complerētur dies Pentecostes, erāt omnes pariter in eodem. &c. f. 21.
2. 3. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquā ignis, seditq; supra, &c. f. 23.
6. 3. Considerate ergo Fratres viros ex vobis boni testimonij septem, &c. f. 113.
8. 1. Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat. &c. f. 14.
13. 1. Erant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ & Propheтæ, &c. f. 24.
20. 28. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus, &c.

EX EPISTOLIS D. PAVLI.

Rom. 10. 13. Omnis enim, quicumq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit, &c. f. 7.
1. Cor. 13. 3. Non sunt timori boni operis, sed mali: Vis autem non timere, &c f. 157.
Ephes. 11. 3. Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est, &c. f. 17.
Gal. 5. 23. Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ. f. 16.
1. Tim. 4. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factū, &c. f. 17.
2. Tim. 3. 1. Fidelis sermo: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, &c. f. 165.
Tit. 4. 1. Testificor coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est, &c. f. 165.
1. 7. Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, &c. f. 165.
1. 1. Multifariam, multisq; modis olim Deus loquens Patribus, &c. f. 16.
Hebr. 1. 14. Administratorij Spiritus in ministerium missi propter eos, &c. f. 7.
3. 1. Vnde Fratres Sancti, vocationis cœlestis participes, cōsiderate, &c. f. 17. 18
2. Petr. 2. 5. Octauum Noe iustitiæ prœconem custodiuit. f. 29.
Iud. Ap. 19. Prophetauit de his septimus ab Adam Enoch. f. 29.

EX LIBRO APOCALYPSIS.

17. 3. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, habētem, &c. f. 318.
4. Mulier habens poculum aureum plenum abominatione, &c. f. 61.
19. 11. Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super, &c. f. 54.
19. Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos, &c. f. 54.

IN PARTE SECVNDA.

EX GENESI.

3. 24. Collocauit Deus ante Paradisum voluptatis Cherubim, &c. f. 247.
49. 22. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens. f. 537.

EX DEVTERONOMIO.

4. 8. Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Direct.
9 Interroga patrē tuū, & annūciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. I bid.

EX LIBRO IVDICVM.

1. 16. Da mihi benedictionem, quia terram arentem tribuisti mihi, &c. f. 569.

EX LIBRIS REGVM.

1. Reg. 14. 1. Dixit autem Ionathas ad armigerum suum: Veni, & trāseamus, &c. f. 182.

EX LIBRIS PARALIPOMENON.

11. 11. Et iste numerus robustorum Dauid, qui adiuuerunt eum iuxta, &c. f. 181.
23. 15. Constituit quoq; ianitores in portis domus Domini, &c. f. 627.

EX LIBRO IOB.

Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga, &c. Direc.

EX PSALMIS.

10. 7. Iustus Dominus, & iustitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius. f. 391.
90. 1. Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei Cœli, &c. f. 181.
147. 2. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, &c. f. 617.

EX LIBRO PROVERBIORVM.

1. 1. Sapientiâ ædificauit sibi domum, misit ancillas suas, &c. f. 618.
4. Si quis est parvulus veniat ad me, &c. Direct.
13. Mulier stulta, & clamosa sedet in foribus domus suæ. f. 628.
14. 4. Vbi plurimæ sunt segetes, manifesta est fortitudo bouis. f. 360 & 492.

EX LIBRO ECCLESIASTES.

1. 8. Cunctæ res difficiles, nec potest eas homo explicare sermone. f. 634.
3. 16. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ, &c. f. 390.
4. 9. Melius est duos esse simul, quam vnum; habent enim, &c. f. 638.
12. Funiculus triplex difficile rumpitur. f. 111.

EX LIBRO ECCLESIASTICI.

13. 8. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. f. 480.
33. 15. In omnia opera Altissimi duo, & duo, & vnum contra vnum, &c. f. 111.
54. 1. Laudemus viros gloriosos, homines magnos virtute, & prud &c. Direct.
17. Noe inuentus est perfectus iustus, ideo dimissum est reliquũ terræ, &c. f. 2.
40. 1. Simõ Oniæ filius, Sacerdos magnus, qui in vita sua, &c. f. 115. & 264.
2. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, &c. f. 321.

EX ISAIA.

6. 3. Seraphim stabant, & clamabant Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. f. 542.
13. 21. Habitabunt enim ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, &c. f. 171.
22. 7. Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, &c. f. 617.
24. 1. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. f. 617
26. 2. Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, &c. f. 617.
34. 12. Nobiles eius nõ erunt ibi, & omnes Principes eius erunt in nihilum. f. 171.
59. 4. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem, &c. f. 186.
60. 8. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, &c. f. 183.

EX HIEREMIA.

6. 16. State super vias vestras, & videte, & interrogate, &c. Direct.
17. 19. Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & sta in porta, &c. f. 606.

EX DANIELE.

10. 13. Et ecce Michael vnus de Principibus primis, &c. f. 538.
14. 22. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum, &c. f. 197.

EX PROPHETIS MINORIBVS.

Abd. 1. 11. In die cum stares aduersus eum, quãdo extranei ingrediebãtur &c. f. 627.
Nah. 2. 6. Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum diruti. f. 617.
Zach. 2. 3. Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, &c. f. 474.

EX LIBRO PRIMO MACHABÆORVM.

1. 1. Alexander Philippi Macedo egressus de terra Cethim, &c. f. 120.

3. 45. Et Hierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum, &c. f. 181.
4. 38. Et ascenderunt in montem Syon, & viderunt sanctificationem, &c. f. 345.
6. 18. Hi qui erant in arce, conculcabant Israel in circuitu, &c. f. 8
13. 54. Et vidit Simon Ioannem filium suum quod fortis prælij vir esset. f. 178.

EX D. MATTHÆO.

5. 29. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice abs te, 59.
10. 7. Euntes autem prædicate dicentes: Quia appropinquauit regnū, &c. f. 204.
15. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum, &c. f. 375, & 605.
11. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &c. f. 609.
18. 16. Adhibe tecum adhuc vnum, vel duos testes, vt in ore duorum, &c. f. 450.
21. 2. Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis, &c. f. 349.
22. 17. Magister, licet censum dare Cæsari, an non? &c. Direct.
23. 27. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis, &c. f. 214.
24. 45. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit, &c. Direct.

EX D. LVCA.

1. 17. Ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ, &c. f. 501.
64. Apertum est os Zachariæ, & benedixit Deum dicens, &c. f. 350.
10. 1. Et misit illos binos ante faciem suam in omnem Ciuitatem, &c. f. 494.
11. 17. Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, &c. f. 79.

EX D. IOANNE.

1. 7. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, &c. f. 180.
6. 5. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo, &c. f. 301.
11. 50. Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo. f. 374.
13. 34. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. f. 275.
20. 24. Thomas autem, vnus ex duodecim, non erat cum eis. f. 153.
21. 2. Erant simul Petrus, & Thomas, dicit ei Petrus: vado piscari, &c. f. 398.
15. Simon Ioannis diligis me? pasce oues meas. f. 535.

EX ACTIBVS APOSTOLORVM.

18. 1. 2. Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur, &c. f. 264.
8 39. 1. Spiritus Domini rapuit Philippum, &c. f. 286.

EX EPISTOLIS D. PAVLI.

Rom. 1. 14. Sapientibus, & insipientibus debitor sum. Direct.
12. 8. Qui regit in simplicitate, sed qui præest in sollicitudine. f. 432.
1. Cor. 4. 1. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, &c. Direct.
2. Cor. 3. 4. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum, &c. f. 212.
13. 1. Ecce tertio venio ad vos: In ore duorum vel trium testium, &c. f. 363.
Gal. 6. 14. Fratres mihi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini, &c. f. 550.
Ephes. 4. 11. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem, &c. f. 212.
Coloss. 2. 8. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, &c. Direct.
1. Tim. 5. 17. Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni sunt, &c. Direct.
2. Tim. 2. 1. Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam, &c. f. 423.
4. 1. Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui, &c. Direct.
Hebr. 7. 23. Et alij quidem plures facti sunt Sacerdotes, idcirco quod, &c. f. 506.

EX LIBRO APOCALYPSIS.

21. 5. Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia, &c. f. 275.

RATIONARII CHRONOGRAPHICI Prioris Partis Præparatus.

IDEST

RATIOCINIVM PROEMIALE BIPARTITVM De neceſſitate inſtituendi Apoſtolatus, hoc eſt Eccleſiaſticæ Religioſorum Miſſionis.

Primò in Eccleſia Vniuerſali diuerſorum,
Secundò in Eccleſia Gallia Ciſalpina Capuccinorum.

SYNOPSIS

SECTIONIS PRIMÆ. Præambuli Numeri Duo.

Regnum Dei in terris, nempè Eccleſia Catholica, qua Sacro-Politica gubernatione adminiſtretur, oſtendit Præambulus.

Num. I.

Regnum Dei, quod eſt Catholica Eccleſia, quo regnandi Iure potiſſimo ſtet, dirigatur, & fulciatur, declarat Præambulus.

Num. II.

Calculus Primus.

Eccleſiaſtici Spiritualis Regni fundandi, & propagandi neceſſitatibus vt ſuccurreret Supremus Thearca Deus; Apoſtolicum Ius regnandi, Sacrorum videlicèt Antiſtitum Miſſiones adhibuit
Per priores quatuor Mundi ætates.

Calculus Secundus:

Eccleſiaſtici ſui Spiritualis Regni inſtaurandi, reſtituendi, & conſeruandi neceſſitatibus vt accurreret Ieſus Chriſtus filius Dei, ter Maximus Hierarcha; Apoſtolicam regnandi rationem, Miſſiones nempè electorum Operariorum ſolicitè adhibere perſeuerauit
Per quintam ætatem Mundi.

Calculus Tertius.

Eccleſiaſtici Regni Spiritualis confirmandi, & conſummandi indigentijs vt ſubueniret Diuinus ipſe Paraclitus Spiritus, præcipuus Eccleſiæ Doctor; Apoſtolico regnandi Iure, nempè perfectorum continuatis Miſſionibus vſus eſt
In quinta Mundi ætate.

Appendix Prima Præcipua.

Diuinæ Sacro-Politicæ, quæ vt Apostolicum Ius regnandi in sui Spiritualis Regni subsidium adhiberet; mittendorum Operariorum turmas per religiosæ vitæ Sacra Instituta in sua Ecclesia constituta prouidit:

Quatuor in prioribus Mundi ætatibus.

Calculus Quartus.

Ecclesiastici Dei Spiritualis Regni conseruandi, seu ampliandi necessitatibus pro subleuandis, Apostolica regnandi ratione, religiosorum virorum nempè Missione vsi sunt Pontifices antiquæ Ecclesiæ:

In prima Mundi ætate.

Calculus Quintus.

Ecclesiastici Spiritualis Regni administrandi indigentijs pro subleuandis Apostolica regnandi ratione, religiosorum nempè Missione vsi sunt Pontifices.

In secunda, & tertia Mundi ætate.

Calculus Sextus.

Ecclesiastici Spiritualis Dei Regni administrandi indigentijs pro subleuandis Apostolica regnandi ratione, religiosorum nempè Missione vsi sunt Pontifices Vniuersalis Ecclesiæ.

In quarta Mundi ætate.

Appendix Secunda Magis Præcipua.

Diuinæ Sacro Politicæ, quæ vt Apostolicum Ius regnandi in Ecclesiæ suæ subsidium adhiberet, mittendorum Operariorum castra per religiosæ vitæ sanctiora Monastica instituta, in suo spirituali Regno constituta prouidit,

Quinta signanter in hac Orbis duratione nouissima.

Calculus Septimus.

Ecclesiastici spiritualis Dei Regni indigentijs subleuandis Apostolico regnandi Iure, religiosorum nempe continuara Missione, & ipse Iesus Christus filius Dei Primarchius, & successores Summi Pontifices Euangelicæ Ecclesiæ vsi sunt:

per quintæ ætatis Mundi sæcula decem primæ Chiliadis.

Appendix Tertia Singularis.

Sacro-Politicæ Diuinæ, quæ, quò Ius regnandi Apostolicum suæ in Ecclesiæ subsidium conseruaret, & augeret; mittendorum Operariorum pacificas acies, per arctiores Euangelicæ perfectionis professores Ordines Mendicantium in Spirituali suo Regno institutos, multiplicauit:

quintæ huius per Mundi ætatis secundam Chiliadem.

Calculus Octauus.

Ecclesiastici spiritualis Dei Regni conseruandi pro subleuandis angustijs

Apostolica regnandi ratione, continuata videlicèt Mendicantium religiosorum Missione vsi sunt Pontifices Catholicæ Ecclesiæ per quintæ Mundi ætatis secundam sæculorum Chiliadem.

SECTIONIS SECVNDÆ

Appendix Præambula Peculiaris.

Diuinæ Sacro-Politicæ, quæ ad Ius regnandi Apostolicum suæ in Ecclesiæ subsidium continuandum, emittendorum Pugilum expeditiores acies parauit, dum Euangelicæ perfectionis rigidos professores, nempè Capuccinorum Congregationis Fratres Minores, legitimos Seraphici Patriarchæ filios in Ecclesiastico Regno suscitauit quintæ huius per senescentis Mundi ætatis nouissima sæcula.

Præambuli Numeri Tres.

Apostolicum Ius regnandi pro Ecclesiastici Spiritualis Regni necessitatibus subleuandis, per institutas Capuccinorum in quatuor Orbis partibus Missiones, qui Hierarchici regiminis supremi Præsules Romani ab illorum Congregationis exordio coluerint, explicat per sæculum sextumdecimum Præambulus.

Num. I.

Apostolicum Ius regnandi pro Ecclesiastici spiritualis Regni necessitatibus subleuandis, per quatuor Mundi partes emissi, & distributi, quibus in Prouincijs, Regnis, & Regionibus & exercuerint, & exerceant Capuccini pacifici Fidei propugnatores, & propagatores explicat Præambulus.

Num. II.

Apostolicam regnandi rationem per Ecclesiasticas religiosorum Missiones aduersus iniquum hæreticum Ius rebellandi, siue de turpandi Christianæ religionis formam, qui Euangelicæ perfectionis professores congruè magis, aptè, imò sufficientius in Christianæ efformandæ, seù reformandæ Ecclesiæ subsidium exerceant, explicat Præambulus.

Num. III.

Calculus Primus.

Apostolici Iuris regnandi per Capuccinorum Ecclesiasticas Missiones instituendi originem in Gallia Cisalpina exulantis spiritualis Ecclesiastici Christi Regni necessitatem computat.

Calculus Secundus.

Apostolici regnandi Iuris per Capuccinorum Euangelicas Missiones in Gallia Cisalpina originandi principium perielitantis Ecclesiæ, & exulantis Orthodoxæ Fidei necessitatem computat.

Calculus Tertius:

Apostolicæ regnandi rationis per Capuccinorum Ecclesiasticas Missiones in Gallia Cisalpina exercendæ principem causam Ecclesiastici Christi spiritualis Regni necessitatem ex Alpium situ, & asperitate, simul & ex alpigenarum indiga qualitate, seu conditione computat.

Calculus Quartus.

Apostolicum Ius regnandi per Capuccinorum Ecclesiasticas Missiones in Gallia Cisalpina, quas difficultates, & contradictiones in primæua sui fundatione sustinuit, computat.

Calculus Quintus.

Apostolicum Ius regnandi per Capuccinorum Ecclesiasticas Missiones collabentis Catholicæ Ecclesiæ in Gallia Cisalpina, quas in prioribus & egressibus, & progressibus vrgentiores necessitates subleuauerit, computat.

RATIOCINII PROEMIALIS BIPARTITI

SECTIO PRIMA:

De necessitate instituendi Apostolatus, hoc est, Ecclesiasticæ Religiosorum Missionis in Regno Dei, quod est Ecclesia.

PRÆAMBVLI NVMERI DVO.

Regnum Dei in Terris, nempè Ecclesia Catholica qua Sacro-Politica gubernatione administretur, ostendit Præambulus.

Num. I.

DEVS Optimus Maximus Mundi Sator, Orbis conditor, hominis Creator, & Redemptor iuribus tàm creationis,& conseruationis, quàm Redemptionis, ac Saluationis duplicem in vniuerso dominationem & possidet, & exercet: Naturæ vnam, gratiæ alteram. Inre namq; Diuino naturali conditionis (iuxta magni Augustini annotatum) *Domini est terra, & plenitudo eius, Orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo, quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit illum.* Iure autem Diuino gratioso, & voluntario: *Data est Christo omnis potestas in Cœlo, & in Terra,* hoc est in Ecclesia in Cœlis Triumphãre, & in terris militante. Quoniam igitur ipsi soli Deo in personis Trino, in essentia vni Ius creationis,& conseruationis in omnem naturam simul,& vniuersam creaturam absolutè, independenter, ac plenariè in æternum competit, vtriusq; quoq; Mundi,Cœlestis scilicèt,atq; elementaris iuremeritò Monarcha nuncupari ipsum conuenit. Quia rursus per saluationis, & redemptionis gratiam in solis Ecclesiæ filijs, nempè fidelibus spontaneè, & vltroneè, liberè, atq; voluntariè Christiano iugo,& Euangelicę legi subiectis,non autem in infidelibus,Gentilibus,vel Hebręis efficaciter, & gratiosè dominatur, & spiritualiter regnat ipse solus Christus Deus, & Homo: Idcireo non Monarcha, sed Rex Ecclesiastici Regni verè, & propriè vocitari debet,Ecclesiamq; Catholicam ipsius peculiare, atq; aequisitum debitum regnum confiteri tenemur. Ex quibus omnibus liquidò satis constare autumo, qualiter Deus Magnus, & vniuersorum Dominus Iure conditoris Vniuersi Monarchæ, inre verò Saluatoris Ecclesiæ Regis titulos debitè possidet, simul & meritò reportat. Quò autem facilius, & clarius perspiciamus; qua Sacræ Politicæ specie duplici huiusmodi in propria dominatione vratur ipse Diuinus Monarcha, & Rex: animaduertendum; quòd huius sæculi prudentes septem consueuerunt Politicæ administrationis species enumerare,simplices tres,nempè Democraticam, Aristocraticam, & Monarchicam: compositas quatuor, scilicèt,primã ex Monarchica, & Aristocratica, secundam ex Aristocratica, & Democratica, tertiam ex Monarchica,& Democratica,quartã tandè ex Monarchica,Aristocratica simul,& Democratica: inter simplices potiorem Monarchicã,inter compositas verò,ex tribus, nempè Monarchica Aristocratica, & Democratica constantem,optimam fore asserunt,& communibus votis profitentur. Sempiternæ cuius dilucidissimæ veritatis exemplar in Supremo Monarcha contemplantes,qui sua in naturali vniuersi dominatione, vti omnipotens, & supremus Dominus, & Deus cum Monarchicum simplex Dominim absolutè & eminenter exercere valeret, voluit tamen Aristocraticam, & Democraticam secundarum causarum vniuersalium simul, & particularium, superiorum itidem, & inferiorum cooperationem in Mundi huius gubernatione benignè, & clementer admittere: sicuti & pro Ecclesiastici sui Re-

Psal. 23.

Matth. c. 28.

Deus Vniuersi Monarcha Ecclesiæ verò Rex.

Politicę administrationis species septem.

Theocratiæ duæ species subordinatæ nempè Hierarchia Cælestis, & Ecclesiastica.

gni congrua, & competenti administratione Theocratiam quidem, nempè Dei præsidentiam in primis statuit; sed & duplicem quoq; Hierarchiam Cœlestem, & Ecclesiasticam constituit, Angelorum scilicèt, & Prælatorum Sacrum Principatum, qui ex Monarchico, Aristocratico, numquam verò Democratico regimine constans, constare liquidò fidelibus facit, quod Magnus Dominus Creator, & Redemptor in vniuerso Monarcha, in Ecclesia Rex, Ecclesiasticum suum Regnum regere non desitit, dum per Principatus, Potestates, & Ecclesiasticas Dominationes, signanter Proregis, & Hierarchæ Romani administrationem suos fideles regit, & gubernat Theocratice per sæcula solus Rex Regum, & Dominus Dominantium.

Regnum Dei, quod est Catholica Ecclesia, quò regnandi iure potissimo stet, dirigatur, & fulciatur, declarat Præambulus.

Num. II.

Ius regnandi quid, & quotuplex.

REgnandi Ius ab huius sæculi prudentiam profitentibus, sequentibus, vel consimilibus notis describitur, seù delineatur: Ius Regni est peritia, siue Politica ratio conquirendi simul, & conseruandi conquisitum Regnum. Quod, quoniam contingit; non modo conquirere, & conseruare, sed & fundare, & stabilire, ampliare, pacificare, & propugnare; ideò non binæ dumtaxat, sed & septenæ præcipuæ iuris regnandi species enumerantur: nempè acquirendi, fundandi, stabiliendi, ampliandi, pacificandi, & propugnandi prudenter, & fœliciter proprium, vel commissum pariter, & demandatum sibi Regnum. Subalterna rursum, atq; superiora huiusmodi Politicæ Peritiæ, siuè prudentiæ, aut potiùs sagacitatis genera plura multiplicantur ad multifariam plurificationem differentium administrationum bonarum, siuè malarum à diuersarum gentium, Nationumq; Dynastis subiectis in sibi dominationibus adhibitarum. Vnde sacris in veteris Testamenti codicibus recensetur imperandi ratio Assyriorum, Persarum, Medorum, Græcorum, Romanorum, & Indæorum. In noui autem Fœderis Sacra pagina, Hebraicum reprobatur, Romanum non probatur, & Apostolicum regnandi Ius eligitur, comprobatur, & statuitur in Regis Christi Dei, & Hominis, Mundi Redemptoris tunc fundando, firmando, pariter & inchoando poriori, insigniori, magisq; dilecto, simul & durabiliori gratiæ Ecclesiastico Regno. Nihil autem aliud esse intelligitur dominandi Apostolica ratio; quàm mediata, vel immediata, ordinaria, aut extraordinaria Euangelicorum Operariorum ad fundandam, propagandam, instaurandam, & consetuandam Sacram Dei Ecclesiam cunctis & sæculis, & temporibus à Diuino, Supremo, siuè à Romano Vicario Hierarcha ordinatè, atq; Canonicè adhibita Ecclesiastica Missio. Siquidem Dininus ille, terq; Maximus Hierarcha, ab enascentis Orbis primordijs, non ferro onustos fetos Gygantes, tobustos non ferarum, sed hominum venatores; sed inermes pacis nuncios, validos attamen Fidei Satores, pariter & spiritualis sui Regni industrios Fundatores, Propagatores, ac Propugnatores mittere consueuit: nec enim fundibulariorum, sagittariorum, aut Gladiatorum peditum, vel equitum cruentas acies, pro vsurpanda alieni Dominij possessione, ad bellandum immittit: quin ad promulgandam cunctis gentibus pacem, pariter & saluificum hominibus fœdus offerendum, Cœlestium Nunciorum Angelica castra, atq; pacifica agmina emittit Euangelicorum Apostolorum; Quorum (iuxta humanarum, & diuinarum litterarum peritos) quatuor notabiliora peripleiuntur genera: Quidam namq; sunt Apostoli, idest Nuntij à Deo, non per hominem missi, vt Moyses: Quidam rursus à Deo, sed per hominem, vt Iesus Naue: Alij vero per hominem non à Deo, vt nostris temporibus quamplures Optimatum, seù vulgi fauore in Ministerium missi: Nonnulli tandem non à Deo, nec per hominem, sed à se, & ex se temeritè in Apostolatum intrusi, qui Pseudoapostoli nuncupantur. Quondam Athenis Magistratus quidam rectè, & ordinatè classem instituentes, atq; curantes vocitabantur Apostoli. Apostolus græcula vox significatiua (iuxta acceptatum latinum Ethymon) Missum sonat, sicuti resonant illa incarnatæ sapientiæ D. Ioannis in Euang. descripta verba. *Non est seruus maior Domino suo, nec Apostolus maior eo qui misit illum.* Si ergo Apostolus significat Missum, Apostolatus consignificabit Missionem: Missionis autem vocabulum, quàmuis ab humanarum litterarum professoribus pro quolibet mittendi actu vsurpetur, in humanisq; potissimum rebus locum communiter habeat, apud Sacros nihilominus scriptores, Missionis terminus ad Ecclesiasticum peculiariter ministerium subeundum, & obeundum, ab auctoritatem habente publicam deputationem indicare, & explicare consueuit. Missionis igitur amplissimum genus taliter in communi describere valemus: *Missio*

Ius regnandi Apostolicum explicatur.

D. August. t. 4. l. 65 quæst.

Apostolorũ diuersa genera.

Cap. 13.

Apostolatus significatio.

est

est processio alicuius actus, seu operationis ab aliquo principio ad aliquem terminum, vbi illud de nouo incipit esse, vel est nouo modo, quàm antea erat, vt nouus aliquid operetur, iuxta inceptum, vel præscriptum à mittente. Huius autem Missionis præcipuæ, & primariæ geminæ à Theologis enumerantur species, nempè increata, quæ inter Diuinas personas, in tempore tamen reperitur, inq; visibilem, atq; inuisibilem subdiuiditur: Visibilis verò sic à Diu. Bonauentura notificatur: *Missio visibilis est apparitio, in qua manifestatur Diuina Persona, vt operans, & inhabitans, & vt emanans. Inuisibilis verò* (secundum Scholasticos) *est hominis per gratiam gratum facientem adoptatio, absq; aliquibus sensibilis signi oblatione.* Altera præcipua, & primaria Missionum species est creata, quæ & ipsa in Angelicam, & humanam subdistinguitur: Angelica ex Apostolo Paulo dicitur: *Delegatio, seu deputatio administrantium spirituum, in Ministerium Missarum, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.* Humana autem duplex rursus reperitur: Ciuilis scilicèt, aut Politica, & Ecclesiastica: Illa est *constitutio habilis personæ pro Ciuilibus, vel Politicis administrationibus, sine officijs exercendis tum pacis, tum belli temporibus*; vnde inter has computantur Missiones & militares, & Curiales. Hæc tandem, ideſt Ecclesiastica (de quâ & pleniorem notitiam, & prolixiorem historiam contexendam, & publicandam suscepimus) multiplici & ipsa discretione, vel distinctione secatur tum iuxta distinctionem subiectorum, tum iuxta disparationem munerum demandatorum, communiter verò à Doctoribus (prout nostro proposito inseruit) Ecclesiastica Missio distribuitur in Immediatam, & mediatam, ordinariam, & extraordinariam. Missio igitur immediata, & extraordinaria ea iuremeritò censetur, *Quæ immediatè ab ipso Deo* (penes quem omnimodè mittendi fontalis residet auctoritas) *extraordinario modo, aut de extraordinaria persona, ad Ecclesiæ bonum destinatu aliquando fit*, vti recentiorum Moysis in veteri, & Pauli in nouo Testamento emissiones inconsuetæ, & immediatæ. Missio verò ordinaria, & immediata ipsa vnica, & singularis existit, quæ proximè à supremo Thearca per sè immediatè fit de Primario Ecclesiasticæ Hierarchiæ, Catholicæ scilicet Ecclesiæ Hierarcha, ideſt Summo Pontifice, & Romano Antistite, qui à Sacro Cardinalium Senatu in conclaui Canonicè electus, solus à sola Triade immediatè suptemam, & primariam in Vniuersali Ecclesia auctoritatem, plenariamq; (licèt Vicariam) Christi accipit potestatem super omne Concil. & cetum subordinatorum Antistitum, Episcoporum, Archiepiscoporum, Primatum, Patriarcharum, & Cardinalium; necnon Principum, Regum, Sæculiq; Potestatum, simul & ipsius Orbis Imperatorum, & Monarcharum. Missio autem mediata rursus vel est ordinaria à Deo per Primarium Hierarcham, & vniuersalem Pastorem perpetuo in Ecclesia Catholica conseruata, & continuata, in legitima, numquamq; interrupta successione Sacerdotum, Episcoporum, ceterorumq; canonicorum Leuitici Ordinis Ministrorum; Vel est extraordinaria ab Hierarchici regiminis Præsulibus, per opportuna tempora, nutantisq; Ecclesiæ opportunitates, siue necessitates de diuersorum Ordinum Regularibus, aut Sæcularibus Religiosis idoneis Ministris facta ad Apostolicum munus in quatuor Mundi plagis præstandum emissis, & diuersimodè destinatis. Ex quibus hactenus coacteruatis recolligendo haud incongruè valemus asserere, & Magistraliter affirmare, quòd hæc (cuius in genere naturam indagamus) per disparatas species distributa: *Ecclesiastica Missio est legitima præsisio, siuè necessaria deputatio idonei Ministri Noui Testamenti ab eo qui Hierarchicam habet potestatem electi, vocati, & Canonicè ordinati, inq; opus Ministerij Missi ad consummationem Sanctorum, in ædificationem Corporis Christi, donec occurramus omnes credentes, & incredibili in vnitatem Fidei, & agnitionis veri Dei.* Quod peculiare, proprium, singulare, imò excellens est, & egregium, germanùq; facinus, simul & perenne, Cœlesteq; atque Diuinum propositum vniuersorum Athletarum pariter, & eunctorum Agonistarum in Ecclesiasticis Castris Euangelicè militantium, ideſt legitimè Apostolantium. Verum quid pluribus immoror? Ipse Spiritus Sanctus per Apostolum Paulum ad Rom. instituendæ, & continuandæ in perpetuum in Ecclesiastico Regno Apostolicæ Missionis necessitatem contestatur, sic ratiocinando: *Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen Domini saluus erit; Quomodo ergo inuocabunt eum, in quem non credidierunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient, sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur, sicut scriptum est: Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona? Ergo Fides ex auditu, auditus autem per Verbum Christi.* Ergo necessarius ad salutem fidelium constituendus Apostolatus in Dei Ecclesia.

Missio distinguitur in genere.

Missionis duæ primariæ species. D. Bon. l. 1. Sent. d. 16. ar. 1. q. 1.

Hebr. 1.

Missionis diuersæ species

Missio Ecclesiastica.

Missionis Ecclesiasticæ destinatio.

Ephes. 4.

Rom. 10.

CALCV-

CALCVLVS PRIMVS.

Ecclesiastici Spiritualis Regni fundandi, & propagandi necessitatibus vt succurreret Supremus Thearca Deus Apostolicum Ius Regnandi, Sacrorum videlicet Antistitum Missiones adhibuit.

Per priores Quatuor Mundi Ætates.

Matth. 20.

Simile est Regnum Cœlorum homini Patrifamilias, qui exijt primò mane conducere Operarios in Vineam suam; Conuentione autem facta cum Operarijs, ex denario diurno, misit eos in Vineam suam. Et egressus circa horam tertiam: Iterum autem exijt circa sextam, & nonam horam. Circa vndecimam verò exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Ite & vos in Vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Dicebat, & docebat Increata, & Incarnata sapientia, referente Euangelico Chronista Matthæo. Quæ autem apud Diuinorum Oraculorum Sacros Interpretes decantatior, aptior, & propriori citati Euangelici textus expositio poterit in medium proferri; quàm illa à D. Gregorio Romano Pontifice edita, in qua taliter Humanati Verbi parabolica verba interpretatur, ac dilucidat: *Regnum Cœlorum homini Patrifamilias simile dicitur, qui ad excolendam Vineam suam Operarios conducit. Quis verò Patrisfamiliæ at similitudinem rectiùs tenet, quàm Conditor noster, qui regit, quos condidit, & electos suos sic in hoc Mundo possidet, quasi subiectos Dominus in domo? Qui habet Vineam, vninersalem scilicet Ecclesiam. Hic itaq; Pater familias ad excolendam Vineam suam mane, hora tertia, sexta, nona, & vndecima operarius conducit, quia à Mundi huius initio vsq; in finem, ad erudiendam plebem fidelium prædicatores congregare non desistit: Mane etenim Mundi fuit ab Adam vsq; ad Noe: Hora verò tertia à Noe vsque ad Abraham: Sexta quoq; ab Abraham vsq; ad Moysen: Nona autem hora à Moyse vsque ad Aduentum Domini: Vndecima verò ab Aduentu Domini vsq; ad finem Mundi. Ad erudiendã ergo Dominus plebem suam, quasi ad excolendam Vineam suam nullo tempore desistit operarios mittere: quia & prius per Patres, & postmodum per legis Doctores, & Prophetas, ad extremum verò per Apostolos, dum plebis sua mores excolnit, quasi per Operarios in Vineæ cultura laborauit.* Quàm aptè, quàm sapienter, & accuratè animaduertit prædictus Sanctus Doctor, qualiter Diuinus Filius proprium Patrem Deum Regem studiosè demonstrare, & declarare intendat, dum Ecclesiam Regnum ipsius spirituale in terris exstere docet: *Simile est Regnum Cœlorum* &c. quòd cum sæpè sæpiùs à Christo in Euangelicis tabulis repetitum doctissimus idem Pontifex obseruasset; asseruit & ipse: *Quòd sæpè in Sacro eloquio Regnum Cœlorum præsentis temporis Ecclesia dicitur.* Est igitur Ecclesia Catholica Dei regnum in Orbe non naturæ Monarchia; sed gratiæ Theocratia; non potentiæ Dominium, sed clementiæ Dominatio; non carnis Imperium, sed Spiritus Principatus; non prophana Respublica, sed venerabilis simul, & veneranda Hierarchia. Definitur enim à Sacræ vtriusq; paginæ, & Thologicæ facultatis Doctoribus sic: *Ecclesia est spirituale Regnum Dei, idest Congregatio fidelium sub vno supremo Rege Deo in Cœlis, & in terris sub illius Vicario Prorege viuentium, eidem legis verbum, & eadem Legalia Sacramenta liberè confitentium, profitentium, & participantium, ab initio sæculi ad vsque finem Mundi in electis permansurum, Apostolico regnandi iure à suis primordijs fatum, & exulatum.* Quod vt apertius cunctis innotescat, parabolę horas primam, tertiam, sextam, nonam, vndecimam, hoc est mundi ætates percurrentes, singulis sæculis, & missos operarios, & missorum pro fundando, stabiliendo, & conseruando Dei Regno, idest Ecclesia opera, & egregia facinora epitomaticè prælibamus.

I.

Prima hora, prima Mundi ætate, prioriq; ætatis sæculo Prior emissus Operarius, procul dubio computatur Adam Diuini Artificis Protoplastes perfectus. Hunc enim (iuxta Orthodoxorum Patrum placita) non solum misit Deus vniuersorum Monarcha, vt naturæ Monarchiã, tamquã filiorũ hominũ natura protoparens, tẽporalis suæ Dominationis Monarchicæ initia poneret; verùm etiam, & eò magis, quòd tamquàm Dei summi Sacerdotum primiecrius, & summorum futuræ fundandæ mox Ecclesiæ Pontificum Primarius, spiritualis sui Regni, & Ecclesiasticæ Hierarchiæ primarium lapidem fundamentalem poneret, & firmaret, sicq; priori huic fundandi Regni potiori necessitati accurreret: Quòd & iuxta Ecclesiasticam Chronographiam, Genebrardiq; Episcopi signanter, fideliter præstitit, Regnum Dei, idest Ecclesiam initiando, congregando fideles, nempè vxorem Euam, filiosq;

II.

D. Greg. P. Hom. 19. in Euangel.

Ecel. Regnũ Dei.

Idem ho. 22. in Euangel.

Ecc. descriptio.

Genebrard. in Chronog.

Ann. Mūdi 300.

Salian. Annal. Tom. 1. ad annos Mūdi 300.

P. Iacob Bol. ducus Capuc cinus l. de Eccles. ante legem.

Adam Prim. Eccl. Vniuersalis Pontif.

Prim. sacror. cultum instituit.

Ann. Mundi 800

Eccl. 1.

Prior missus Eccl. fudauit

III.

Ano. Mūdi 1000

Seth Pontif

Eccl. 49.

IV.

Ano. Mūdi 1050

Iared Pont.

Pat. Iacobus Bold. Capuc. lib. 1. ante legem cap. 18.

Illoſq; ſuos Abel, & Seth, huiuſque natos, & natorum liberos, nepotes, & pronepotes per prolixioris propriæ vitæ, imò diuturnioris ſui Pontificatus, & Sacerdotij decurſum, nempè per nouena primiora Orbis ſæcula, vti ex R. Salomone deducit Dnctis. Pat. Salianus ex Societate Iesù Annaliſta eximius editis in Annaliſticis paginis, ſic aſſerendo: *Adamum potius crediderim, pro ſua in mortales omnes auctoritate in diebus illis, imò ſæculis hiſce nonem, Præconem fuiſſe Iuſtitiæ, vt Cainita Dei vindictam reformidarent.* Eruditiſſimus noſter Pater Iacobus Bolducus Capuccinus egregio in ſuo volumine excuſo de Eccleſia ante legem, ſub lege, & ſub Euangelio, per integrum librum primum præpoſitas veritates confirmat, aſſirmãs, Adam vnum ex prophetantibus, ideſt prædicantibus nempè primum tempore legis Naturæ fuiſſe, genteſq; docuiſſe, filioſq; in ſtatù ſæculari ſpirituales habuiſſe, quos Nephilim, ideſt proſternentes ſe coram Deo appellauit. Hinc præcitatus accurratiſſimus perſcrutator arcanorum Regni Dei ex Eccleſiaſticis, & Sacris monumentis deducit, & aſſerit: Primum Eccleſiæ Pontificem Adamum à Deo electum, ordinatum, conſecratum, & edoctum fuiſſe Eccleſiaſtici ſui Regni Iuſtitiã, quam poſtea ipſe Primicerius Antiſtes, & Eccleſiæ Doctor tradidit prioribus fidelibus, filijs, nepotibus, & pronepotibus ſuis, quos Diuinum cultum, nempè Sacrificiorum, precationum, adnrationum, feſtorum, & diuinarum laudum ritus, atq; cærimonias edocuit, & edoctos Sacris initiauit, coadiutores, & cooperatores in Sacro miniſterio eligendo, ordinando, & conſecrando, quibuſdam ſanctioribus ſelectis perſonis, congruentioribus ſignatis diebus, & horis, honeſtioribus deſignatis, & electis locis primum, deinde idoneis erectis ædificijs, in quibus & ſacra fierent, & ſancta celebrarentur, & ſupplicationes, & fidelium congregationes frequentarentur, ſicq; frequenter congregatis, ipſe præcipuus Prædicator Iuſtitiæ Adam Dei Regni, nempè Eccleſiæ iuſtitias, ideſt legem Dei, præcepta intis naturæ, & traditiones, quas ipſe à Creatore acceperat, explicaret, ad bouum ad hortando, à malo retrahendo. Suptaſcripta vniuerſa, quam rationabiliter ſuo illo in primo libró aſſeruerit Capuccinus noſter, ex mox referendis Eccleſiaſticis Sacris notis, ſatis conſtare credo: *Deus creauit de terra hominem ſecundum imaginem ſuam: Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi: & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute: numerum dierum, & ſẽpus dedit illi, & dedit illi poteſtatem eorum, quæ ſunt in terra: Poſuit timorem illius ſuper omnem carnẽ, & diſciplina intellectus replenit illos. Creauit illis ſcientiam ſpiritus, ſenſu implenit cor illorum, & mala, & bona oſtendit illis, vt nomen Sanctificationis collaudent, & magnalia enarrent operum eius. Addidit illis diſciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos. Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & iuſtitiam, & iudicia ſua oſtendit illis.* Per creationem igitur de terra plaſmatus homo primus, Adam nomine, per electionem, & ordinationem à ſummo ſacræ familiæ Parente Deo prima hora in Eccleſiaſticam Vineam miſſus, Regnum Dei, quod eſt Eccleſia, fundauit, ſacrificia ſacra, & ſanctificationes initiando, atq; Sacroſanctas Sanctimnes prædicando, ſua que Miſſione primas naſcentis Eccleſiæ neceſſitates ſubleuando.

Seth Adæ filius, nempè tertius genitus, prima hora, primioribus in Orbis ſæculis à Deo Magnus Sacerdos ſecundo loco emiſſus, in Regalis Spiritualis vineæ cultura fideliter laborauit, prioriq: fundati Eccleſiaſtici Regni indigentiæ miſſus occurrit, non Eccleſiaſtici modò Regni inſtitias prædicando, & fines propagando; ſed & fideles veritates, ac fidelinm vnitatem aduerſus priores Hæreticos, & inſurgentes ſchiſmaticos, Cayniſtas propugnando; ipſe cum filijs ſuis viriliter aduerſus corruptores, & inuaſores Apoſtolica in acie perſiſtendo. Vnde Spiritus Sanctus in Eccleſiaſtico de eo ait: *Seth, & Sem apud hominet gloriam adepti ſunt, & ſuper omnem animam in origine Adam.*

Dei Eccleſiam grauis neceſſitas perurgebat, quando morte ſublato Seth ad Eccleſiaſtici ſui Spiritualis Regni curãtionem, & conſeruationem miſit Deus Summum Antiſtitem Iared filium Malalahel, cum eſſet annorum 582. vel iuxta Salianum Lamech filium Matuſalem Anno 1042. De illius opportuno, & proficuo regimine ſequentia ſcribit Pat. Bolduc Capucinus: *Præſupponendum quod oſtendimus: Patres Eccleſia tempore legis naturæ ſolitos fuiſſe celebrare Synodos, & conſilia, tum vt Prælatos eligerent, tum vt aliis Eccleſiæ negotijs prouiderent. Paulo poſt autem ex libro Enoch viſuri ſumus Egregoros, ſeù Vigiles (Epiſcopos appellaremus) celeberrimam collegiſſe Synodum in Monte Hermon in diebus Iared. Quæ locutio ſupremam Iaredi in Eccleſia poteſtatem circumloquitur; ac ſi diceretur, facta ſedente tunc Iared ſummo Pontifice: Quod ſtabilire videtur ex eo, quod vetuſtiſſimus, atque ac Sanctiſſimus Methodius ſimiliter de eo loquitur, notans quoſdam malæ artis inuentores ſurrexiſſe anno 400. Iaredi: Idem facit Epiphanius, dum ſcribit: In diebus Iared diſperſum fuiſſe in terra veneficium, incantationes, &c. Commendatur etiam vir iſte ex diuturnitate vitæ, quaſi pro bono Eccleſiæ ad multos annos, nempè 962. relictus à Deo ſit inolumis. Item commendatur à nominis ſui myſterio, quod ſignificat roborans, quaſi natus eſſet ad hoc, vt ſua ſapientia, conſilio,*

exem-

exemplit ab auctoritate filiorum Dei deficientes animos roboraret aduersus Caynitae, at depranatos filios Dei. Quam ergo opportuna istius magni Prætulis à Deo facta est hæc Missio ad finem in Terris spiritualem Regnum roborandum, prioris circa ætatis Mundi extremos terminos.

V.

Elapta iam iam enati Orbis infantia, adolescentis Mundi habitatores pueritiæ innocentiam fastidientes, adolescentiæ lasciuiam pariter, & petulantiam amare maluerunt; vnde in vniuerso mala amara inualuerunt, inualescentiaq; maleficia, Dei Regnum non mediocriter infirmari, & male haberi fecerunt. Pessimè igitur affectæ, & graviter ægrotanti suæ Ecclesiæ vt succurreret sapiens Thearca; Pontificem Maximum Noe, virum iustum emisit, qui cum eorruens Ecclesiasticum prioris ætatis ædificium ne vlterius laberetur, extremis etiam adhibitis conatibus, prohibere nequaquam præualuisset, valuit tamen in constructa nautica Area, à Cataclysmi vniuersali interritu seruare Ecclesiam, in octo fidelium animarum ibi coacta, & reseruata congregatione, simul & cessata aquarum diluuij ferali inundatione, voluit vti primarius Antistes Ecclesiasticum Regnum per aquas translatum à prima ad secundam Mundi æratem transferre, atq; sæculis suæ vitæ nouem progredientibus, ad diuersas Orbis plagas, & partes transmittere; imò personaliter tradueere, & quod considerabilius est, ipsa in Europæa Italia extremæ suæ residentiæ temporibus sedem firmare, atque inibi spiritualis Dei Regni perpetuò permansuras radiees figere, vti fusius infra in Ratiocinio Proemiali alterius partis ex DD. Methodio, Epiphanio, & alijs. Dens igitur Noemum Quartum Pontificem, & Hierarcham ad subleuandam duplicem misit necessitatem suæ Ecclesiasticæ Hierarchiæ, nempè vt primæ ætatis collabentem totis conatibus sustentaret, & alterius durationis repullulantem Ecclesiam suarum doctrinarum, virtutum, exemplorum, & solicitudinum irriguis foueret, fœcundaret, subleuaret, & restitueret, quod adamussim ipsum præstitisse abundanter sacræ paginæ contestantur, quarum Catholicas veritates explicando, R. Pat. noster Capuccinus Bolduc hæc de Noemo appositè satis nobis suggerit: *Quàm opportunè missus à Deo sit Patriarcha Noe in secundo Mundi ætate:* (hic est secundi libri de Ecclesia ante legem prioris capitis titulus: vnde progrediens, & caput exordiens, subsequitur) *Perseuerant impij ogere fanda, infondaq; relatu. Quamdiù Adam, & Seth vixerunt, pro sua auctoritate, præsentio, & prudentia, virtutumq; exemplis, ac monuit Nepotes suos in officio ad mortem vsq; continuerunt; Verum defuncto Adamo, mortuo item Setho, tàm Coynita, quàm qui ex Sethi discipulis erant depranati, torrentis inundantis instar, vltra retineri non potuerunt. Tot igitur, ac sanctis Ecclesiæ ingruentibus malis, Deus prospexit de excelso Sancto suo, Deus de Cælo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum. Vt postea congruo tempore velut ad tantum opus idoneum Ministrum perquirens, diceret: Quem mittam? & quis ibit nobis? Noe verò (inquit scriptura) inuenit gratiam coram Domino, qui nimirum missi dignum illum indicauit. Anno igitur Mundi circiter 1140. quo mortuus est Enot, quasi in eius locum suffectus surrexit Noe Cinans tunc annorum 84. Et tunc videtur Noe Præconis Iustitiæ officium exercere cæpisse, vti prædicator legis naturalis, quæ dicitur Iustitia.* Noe igitur Iaredo in primario Sacerdotio succedens quartus circa finem primæ, & initia tertiæ horæ à Deo vocatus, & missus, in Ecclesiasticæ Vineæ cultura dupliciter laborauit, scilicèt sustentando ruentem, & dirutam restituendo. Ideo cit. Auct. ibi addit: *Deus puritatis amantissimus, illis temporibus, quibus fœda libido tantum inoaluerat, Iustitiæ Præconem elegit castissimum, in eius sibi complacens virginitate, per quem genus humanum, & Ecclesia totum reparare volebat.*

Aere diluuiom. Ann. Mūdi 1235.

Post diluu. Ann. Mūdi 1800.

Ann. Mūdi 1140.

NOE Pōtif. Max.

P. Bold. lib. 2 c. 1.

P. Iacob. Bolduc. cap. 1. lib. 2. de Eccl. ante legem.

Pſ. 101.

Isai. 6.

Gene. 6.

P. Iacob. Bolduc. lib. 2. c. 3. de Eccl. ante legem.

VI.

Adolescens iam Ecclesiastica Theocratia, quò validiùs ad perfectum tenderet, atque veloeiùs ad integritatem perfectam approximaret gemino tunc (nempè post Noemi discessum) indigebat subsidio, sacrificiorum videlicet cultu politiori, atq; suæ propagationis, seù dilatationis campo ampliori: geminato igitur huic Ecclesiastici proprij Regni negotio perficiendo misit Omnipotens Theocraticus Director Sem, alio nomine Melchisedech nuncupatum, qui supero flamine afflatus, sacrificium non solum carnis, & sanguinis pecudum, seù Terræ frugum (vti hactenus sui prædecessores Sacerdotes) sed & panis, ac vini faeiliorem, & magis mundam oblationem & ipse offerre cepit, & a sui Ordinis Sacerdotibus subordinatis offerendam perpetuo præcepit. Rursus (iuxta nostri Capuccini assertum) *Regnum obtinuit, & sua atotis hominos ab agresti victu, & more ad vitam cultiorem traduxit, multas Orbis regiones accessit, & singulos ad iustitiam, animiq; simplicitatem ad hortatus fuit.* Hactenus ille occinit, cui concinit Pater Lezana Carmelita in Annal. sua Religionis Appar. *Sub anno Mundi 2158. ex Saliano, zelo, & industria solius Semi prolabentibus cunctis in Idololatriam, in eius familia vera pietas, verusq; Dei cultus remansit.* Itaq; prolabenti Ecclesiæ, Dei Regno opportunè, & validè occurrit, & tertia diei hora, ideſt secunda Mundi ætate in Dei vinea excolenda fideliter operatus est Sem, Quintus Pontifex Maximus à Diuina prædestinatione ele-

Ann. Mūdi 2050.

SEM, ideſt MELCHISEDECH. Pontifex.

Bold. Capuc. lib. 2. c. 9. de Eccl. ante leg.

Patr. Lezana Carmel. tom. 3. An. Ap. c. 1.

Ann. Mūdi 2158.

ctus,

ctus, & emissus. Quamobrem de eo Ecclesiastiens honorifieentissimum dereliquit Elogium: *Seth, & Sem apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine. Adam.*

VII. Ex adolescentia egrediens iuuenescebat iam in tertia Mundi ætate Dei spirituale Regnum in Orbe, quando ne congruo ordine ad perfectionis statum feliciter progrederetur, ab inferis excitatum hac tempestate impietatis Antiregnum Oligarchiam inducere affectabat in Ecclesiam, pro legitima vnius tolius Dei latria, nempè adoratione, Synagogæ Deorum profanationem, ideſt idololatriam introducere tentans, quà non legitimæ, & veræ Diuinitati dumtaxat sacrificiorum diuersa genera, sed & excogitatæ vanæ, ac falsæ Deitati ab hominibus per statutos Sacerdotes sacrilegè litarentur. Sublimioris igitur, pariter & validioris aduersarij necessitatem patienti suæ Ecclesiæ, circa sextam horam per prouidentiam egressus Cœlestis Paterfamilias strenuum in vineam suam mysticam, misit Operatium Abraham de filijs Thare Semitam, virum religiosum pariter, & bellicosum, generosum tũ torquatũ Equitẽ, tum ProphetãCyneũ, magnũ Protopatriarcham Patriarcharum scilicèt parentem, & multarum gentium, ideſt filiorum Dei, nempè fidelium Ecclesiæ Catholicæ illius temporis liberorum per fidem, & opera legitimum Spiritualem, & carnalem Genitorem, qui noui Ordinis Sacerdotio fungens, proprij cordis, & intimioris affectus, in vnigenitũ Filij sui parata mactatione excellentioris sacrificij legitimæ Deitati offerendi genus, & ritum instituit; nec non idololatrici Antiregni prophanos progressus pro virili prohibuit: Inseparabile siquidem fœdus sempiternum cum Rege Deo iniens, fidelis Regni Ecclesiastici suos posteros, & successores infatigabiles, perpetuosq; ramquam iureiurando adstrictos defensores, propagatores, & propugnatores esse voluit; quamobrem illius in semine excellentioris benedictionis, & Ecclesiasticæ Hierarchiæ prouectionis fundamentum Deus Cœli ipse potuit. Pater Iacobus Capuccinus noster inquirens de Missione Abrahæ Arcana Diuina, nempè: *Cur Abraham ex Chaldæa missus sit à Deo in terram Chanaan?* sic sibi ipsi satisfacit: *Quia cum de instituto Magorum esset, ideſt ex societate filiorum Dei, tantaq; sapientia, sanctitatis, & erga verum Dei cultum amoris, vt cum adhuc esset in Chaldæa, non solum Patrem ab Idolatria, cum alijs multis ad veram Religionem sua pietate, & doctrina reuocasset, sed etiam animas multas Deo lucratus fuisset; mittit eum Deus in Chanaan, vt per eum cultus Idolorum, iam in duas Chaldæas & Mesapotamia Prouincias graſſans virus impediretur. Et praterea, vt Summus Pontifex Melchisedech ſicut in Hebere pro Ecclesiasticis, & Prophetis, ita in Abrahamo pro secularibus, & laicis eximium veræ Religionis haberet conseruatorem, & promotorem;* quibus addit: *Anna Abrahami 84. Mundi vero 2032. incæpit Dominus tractare cum seruo suo fidelissimo de totius Ecclesiæ suæ negotijs, deq; mirabilibus per semen Abraha in terra Chanaan aliquanda adimplendis.* Impleuit enim Religiosus hic Patriarcha terras & Ægipti, & Chanaan Sacris domicilijs Deo dicatis, quia vbique Tabernacula erigebat in Geraris, in Bethel, In Mambre, & alibi Enoscæorum, Cinæorum, ideſt Religiosorum virorum familias ad colendum verum Deum constituebat, & in memoribus solitariorum tentoria erigebat. Ita vt fidelissimè ab hora sexta ad vsq; nonam horam in Ecclesiastica Vinea operans, sua Missione Ecclesiæ necessitatibus ter maximum, & proficuum subsidium attulerit. Afferre ego valerem quamplurima ex pluribus, quę referunt Sacræ, & Ecclesiasticæ Patrum paginæ de Abrahamo Magno maxima Elogia; verum quia breuitati studeo, sufficiat studioso lectori Missionis illius delibasse præludia breuiora.

Idololatr. inf. 1. um.

ABRAHAM Patriarcha.

Ann. Mũdi 2100.

I.

P. Bold. Cap. lib. 3. de Eccl. ante leg. c. 2.

Ratio Miſſ. Abrahę in Chanaan.

Ann. Mũdi 2032.

Idem Bold. lib. 3. c. 4.

Abr. Relig. & domes., & famil. conſtit.

VIII. Tertia excrescente Mũdi ætate, Abrahamidũ in familijs præcipuè perseuerabat Orthodoxa Fides, vera Religio, & Omnipotentis solius Dei legitima adoratio; Vnde illius temporis Ecclesia conseruationis, & propagationis sacris adminiculis potissimum indigebat: Quamobrem defunctis Abraham Patriarcha, & Semo, ideſt Melchitedeche Pontifice Maximo, Isaac & ipse Patriarcha Ecclesiæ gubernaculum administrandum suscepit ex Dei instituto, qui eum pacificus, & contemplationi, atque Cœlestium meditationi vir deditus esset, Ecclesiasticos ritus, & cęremonias colere, ampliare, atque frequentare studebat, vt vel sic Diuinorum cultum conseruaret, & augeret. Vnde de illius religiosa solicitudine Bolduc noster scripsit: *Notandum, quod Isaac Paterna doctrina, ac filiorum Dei adhærens exercitijs, orationi, & frequenti meditationi vacabat.* Ad hoc enim ab Omniporente Hierarcha missus, fideliter sacris incumbens hora sexta laborauit; Quà pariter Iacob filius eius in summum Antistitem post parentis Isaac discessum a Deo electus, legitimi sui Dei sacrum cultum non modo exeoluit, atq; exercuit, sed & Ecclesiasticum Regnum promouit, & Eceleſiæ terminos propagauit, dum cum duodecim à se genitis Parriarchis vatias Terras, Ægiprumq; præcipuè percurrendo fidelium numerum mirificè adauxit, & Deo fidelem familiam cumulauit. Quamobrem iure meritò de hoc illorum temporum Ecclesię Antistite noster Capuccinus Bolduc testatur: *Cum esset à Deo electus Sum. Pontif. & totius Ecclesiæ moderator, & quodãmodo*

ISAAC Patriar. & Sacer.

Ann. Mũdi 2130.

Bold lib. 3. de Eccl. ante leg. cap. 6.

Ann. Mũdi 2230.

1 IACOB P6. tif. Max.

Eccl. cumul.

(instar

Lib. 3. c. 11. de Eccl. ante leg.

(*instar Noe post diluuium*) *Rapha, ac restaurator Mundi, maximam eius de Ecclesia solicitudinem arguit. Imo vero benedixit filios, totam in eis benedixit Ecclesiam Israelitis um, cuius ipse (sicut Petrus Euangelica*) *lapis, & fundamentum erat, nam ideo se vocat lapidem Israel.* In Israelitico igitur Ecclesiastico Regno præsidentes emissi, fortiter Ecclesiam Dei & conteruauit Isaac, & ampliauit Iacob.

Ecclesi. lapis, & fundamentum.

Psal. 104.

IX.

Præteeenlitę horæ sextæ vnius singularis Operarij Missionem recensęt Psalmista infrapositis notis: *Misit ante eos virum, in seruum venundatus est Ioseph.* Ecclesiastici sui Regni terminos vsque in Ægiptum extensos firmare intendebat Cœlestis Thearca: Quò igitur Ecclesiasticæ disciplinæ semina abundantius sereret apud barbaram Gentem, satorem validum, & laboriosum præmisit, nempè Ioseph um Iacobi summi Sacerdotis filium dilectissimùm, quem quidem extraordinaria Missione emisit, nempè in seruum venditione: Veruntamen ipse vti libera, & ingenua Patriarcharum soboles, sui generis generositatem non oblitus, intra vincula ferrea, compedes, & carceres, multò magis in Aula Regis inter Principes perpetuò loquebatur sapientiam, nempè veri Dei cognitionem aulicis, & rusticis solicitè ingerebat: Ideo eximius Doctor Augustinus aiebat: *Vnde enim fieri posset, vt vir tantus, veri Dei cultor in Ægypto alendis tantum corporibus, & rebus tantum corporalibus gubernandis esset intentus, & quò eos meliores redderet, curam non gereret animarum?* Subscribit se Salianus superaddendo: *Ioseph o id munus rectissimè tribui potest, qui toros 80. annos in Ægypto cum potestate versatus, etiam Prophetico Spiritu illustratus est, & constituens Dominus Regia domus, erudiuit Principes Ægyptios, & senes eius, Senatores puta, & Consiliarios Regis prudentiam docuit, quod referri potest ad inuectam in Aulam Pharaonis morum probitatem.* Hactenus ille. Iste igitur strenuus Operator Ioseph sextæ horæ, nempè tertiæ Mundi ætati quasi finem imposuit.

IOSEPH Præco Iustitiæ.

Ann. Mūdi 2310.

In Psal. 104.

Curam gerit animarum in Aegypto.

Salian. Tom. 1. Annal. An. Mundi 2470 num. 28.

Tres licet per Mundi ætates iam excursas adoleuisset antiqua illa Dei Ecclesia; ad nihil attamen adhuc perfectum pertingere quiuerat, nec robustioris, ac venustioris iuuentutis adhuc faciem assumpserat; quoniam nec Religionis certum modum, nec administrationis determinatam rationem adhuc habebat populus, hoc est nec sacri cultus peculiare cęremoniale, nec legalis obseruantiæ singulare explicitum rationale à supremo Hierarcha acceperant tunc fideles, sed Adamiticis, Noemiticis, & Melchisedechianis ritibus promiscuè ad libitum in sacris, atque sacrificijs vtebantur Sacerdores, & naturali iure, siuè successionis, siuè traditionis dirigebantur & particulares homines in operando, & publici Iudices in regendo, dirigendo, ac iudicando. Quamobrem prisca illa Theocratia grauissima laborabat necessitatę duplici, imo tripliei, quandoquidem tum absq; determinato Saerorum ritu, tum absq; Iudicioium certo Iure, iniuria detinebantur captiui, pariter & opprimebantur fideles Infidelium Agyptiorum Tyrannidis grauissimo nempè Barbarico iugo. Iugi igitur huic Ecclesiastici sui Regni discrimini tripliei vt accurreret supremus ipse Rex Deus, duplicem Missionę, vel potius germanorum duorum fratrum vnicum, & vnitum Apostolatum adhibere decreuit, proprioque antiquo regnandi iure vti perseuerauit, Moysen, & Aaron de Tribu Leui, viros Religiosos, pariter & Insignes, ac Operarios laboriosos hora nona, Quarta videlicet Mundi ætate inchoante, ad excollendam vineam suam Regalem opportunè emittendo, sicuti Saeer Exodi sextus contestatur: *Clamor ergo filiorum Israel venit ad me, vidiq; afflictionem eorum, qua ab Aegyptijs opprimuntur. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Israel de Aegypto: Vade, & congrega seniores Israel. Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum, qui perrexit obuiam ei in Montem Dei, & osculatus est eum.* Nec frustatoria, aut vacua euasit hæc Illustrium Operariorū Missio, imò valdè vtilis, & proficua, tucuti ter maxime necessaria apparuit quartæ ætatis veteri illi Ecclesiæ, nempè Synagogæ, cui Moyses Iesuita Dux, & fidelis multitudinis director, atq; populi Rector à Deo accepta in Monte Moralia, Iudicialia, & Cęremonialia Iura conscripsit, & Politica, & Ciuilia administrauit Iudicia: Aaron verò à Cęlesti Hierarcha Sacerdos luminus, & saeer Antistes ordinatus, sacros ritus in Tabernaculo Dei exercuit, & legalia Sacramenta, seù Saeramentalia in Synagoga ministrauit, Sacrificiaq; pro fidelis populi salute ingirer per se, & proprios filios sui Sacerdotij cooperatores, & successores obtulit. Postquam ipse cum Germano suo Moyse pro liberando, atque de Ægyptiorum Tyrannica oppressione eruendo Ecclesiastico Regno ad sanguinem vsque, nempè ad capitis vsq; discrimina subeunda diù fortuer, & intrepidè eorum Pharaone, & seruis eius decerrassent, quare inremeritò de horum Religiosorum heroum Missione edisserens Ecclesiasticus dixit: *Dilectus Deo, & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est, similem illum fecit in gloria Sanctorum, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum & vocem ipsius, & induxit illum in nubem, & dedit illi coram praecepta, & legem vitæ, & disciplinæ, docere Iacob testamentum suum, & iustitias suas Israel. Extulit sum fecit Aaron Fratrem eius, & similem sibi de Tribu Leui. Statuit ei testamentum æternum, & dedit illi Sacerdotiū gentis.*

Status Ecc. in tertia Mūdi ætate.

Mittuntur MOYSES, & AARON.

Ann. Mūdi 2543.

Exod. c. 3. & cap. 4.

MOYSES, & AARON Regnum Eccles. promou.

Ann. Mūdi 2544.

Eccl. 45.

Quibus

Quibus Ecclesiasticis accentibus concinunt Psalmidici concentus germanorum Fratrum Leuitici Ordinis gloriam concelamantes ; *Misit Moysen seruum suum, Aaron, quem elegit ipsum, posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham, & eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia ; Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant.* En necessitatum Ecclesiæ germanum subleuamentum, germanorum scilicèt Excellentissimorum Operariorum Apostolatum hora nona pro Ecclesiastico Regno destinatum!

Psal. 104.

XI. Ecclesiastici proprij Imperij dilatationi incumbens Cœlestis Hierarcha, non modo inter Israelitas, sed & intra Idumæos Esaù posteros Fidem, & Ecclesiam suã fundare, & conseruare voluit, quod vt assequeretur ; ab Isaac decumbente veterano, & præcipuo Ecclesiæ Pontifice, post Iacobi consecrationem, in Vniuersalem Pontificatum designationem, ipsius in primogeniti benedictione peracta, secunda itidem in benedictione, Esaù quoq; Primatis iure expoliatum, Cooperatorem nihilhominus, & peculiarem sortis suæ Gentis Antistitem constituit, ex quo oriundus, & progenitus Iob, legitima Sacerdotali successione Idumææ Gentis Sacerdotium hæreditauit, & exercuit, & Ecclesiasticæ Dominationis terminos & conseruauit ; & auxit, iuxta Patris nostri Bolduc Capucceini acutissimam obseruationem in benedicentis Isaac verba sic descriptam ; *Nec silentio prætereundum est ; quod Isaac sic in fine filium Esaù alloquitur ; Tempusq; veniet, cum excutias, & solues iugum eius de ceruicibus tuis, idest non amplius seruies ei, sed in quoq; Præsul, as Pontifex officiaris. Quod sanè adimpletum est in posteris Esaù, postquam ipse totius Idumææ Dominus effectus est, & tota illa Regio in amplissimum Regnum erecta, suos Pontifices habuit, antequam Israelita suum haberet Pontificem Aaron : illo namque tempore, quo in Ægyptiaca seruitute degebant : Tunc enim in Idumæa verus Dei cultus vigebat admodum, & illius Regni incolæ summum habebant Pontificem, quorum unus fuit Iob Sanctissimus, qui se ipsum vocat Iustum perfectum, quod nomen supremum in Ecclesia potestatem importare diximus.* Hæc ille, cui annuens accuratissimus Salianus addit : *De genere Abraham oriundus Patriarcha, imò & Propheta Iob Trinepos Esaù, Sacerdos Idumæus, regisque virtutibus præditus. Ideò in Sacra Scriptura præficitur (vt egregius, & illustrior) omnibus ipsius socijs, & amicis ; vt Diuinarum rerum scientia clarissimus ; vt qui Dei potentiam, sapientiam, & iustitiam, ac bonitatem magnificè, verèq; prædicauit, & prophetauit de resurrectione, & Christo venturo. Iob noster quasi quidam Gentium Apostolus, ne Magister Diuinitùs excitatus, vt duas quasdam res maximas verbo, exemploq; prædicaret : Diuinæ scilicèt fidei mysteria, & morum, virtutumq; omnium sanctissimam disciplinam. Nam Christi Domini incarnationem, & aduentum 1649. annis ante illius ortum apertè pronuntiauit.* O quàm prouidum ius regnandi Apostolicum adhibuit diuersis & iocalis, & regionibus Deus ipse Rex, vt Ecclesiastici Regni aut incrementa promoueret, aut saltem impediret decrementa, & detrimenta. Hora ergo nona, quarta videlicet Mundi ætate, Iobum Sacerdotem, & Regem operari fecit pro Vinea sua in Idumæa ista : quando scilicet in Madianitarum Terra, per Iethronis Moysi Soceri ab eo ad cultiorem fidem conuersi, atque à Deo missi doctrinam gratiæ, tamquam veri Dei sectatoris, & cultoris, Illustratos Madianitas, & per eum inter ipsos propagatam veram fidem, asserit Pater Lezana ex Thoma Vualdensi,

Ann. Mundi 2510.

Iob Sacerd. & Pontifex Idumæa.

Bold. lib. 3. c. 8. de Eccl. ante legem.

Sal. An. Tom. 1. an. 257 & an. 269.

Iob Apost. & Magister gentium.

Ann. Mundi 2550.

PETRO

P. Lezan. An. Tom. 1. App. c. 1. Thom. Val. t. 1. Doctr. fid. l. 2. c. 3.

Missio PROPHETARVM in Quarta Mundi Ætate.

XII. Regnandi Ius in acquisito iam, atque statuto Regno quatuor Politicæ ſpecies adhiberi iuber, siue ad quatuor fines Politicas Regis vires conferri docet : Nempè primò ad Regni terminos extendendos : Secundò, ad Regni competitores exterminandos : Tertiò, ad obedientes subditos conseruandos : Quartò ad Regni magnificentiam augendam, seù saltem instaurandam. Quatuor igitur ista sapientissimus Vniuersalis Ecclesiæ Rex suo in Ecclesiastico per quatuor Mundi ætates, iam olim in Orbe statuto Regno præstare volens ; non alio regnandi iure, vti voluit, quam Apostolica idoneorum Ministrorum successiua Missione. Hac ergo Quarta ætate Orbis, siue mystica nona sæculorum hora, egressus Paterfamilias ad vineam suam excolendam, nempè tùm vt spirituale suum Regnum propagaret, tùm vt Regni sui sacri æmulos affectatores ejiceret, tùm vt sibi subditos tam populos obedientes efficeret, tùm randem, quò Regiæ suæ vineæ magnificentiam curaret ; Celebrium, & Sanctorum Prophetarum Missiones plurimùm per sæculorum seriem multiplicauit ad varios Reges, & diuersa Regna sæcularia ipsos iugiter opportunè, & ordinate emittendo, sicuti missorum Patrum Catalogum contexendo, seù referendo epitomaticè, demonstrabimus per quatuor proposita capita percurrendo.

Prophet. Majorum, & Minor. Miss.

XIII. Quò spirituale suum Regnum, idest illius temporis Ecclesiam propagaret, ad

Ex Sulpitio Tom. 4. Ann.

extraneis gentibus idololatris, videlicet Regibus, & Populis prædicandum

MISIT

Ann. Mūdi 3146
Ann. Mūdi 3149
3318
Ann. Mūdi 3319
3417

Ionam Prophetam ad Ninivitas, sub Sardanapalo illorum Rege.
Amos Prophetam ad Damascenos, Philistæos, Tyrios, Idumæos, Ammonitas, & Iudææ Regionis populos Moabitas finitimos.
Isaiam ad Assyrios sub Assur eorum Rege, ad Ægyptios, & Æthiopes.
Nahum iterum ad Ninivitas sub Salmanassar, Phalazar, seu Sennacherib illorum Regibus.
Danielem ad Babylonios sub Nabuchdonosor, & Balthasar, ad Persas sub Dario, & Cyro illarum gentium Regibus.

XVI.

Quò rursus Sacri sui Regni spirituales comperitores, nempè Dæmones per electam Idololatriam ab Hebræorū Synagoga eliminaret, ad Iudæos, & Reges, & plebem, fide populum imbuit

2960.
Samuelem Prophetam, & Sacerdotem sub Heli Pontifice, & Saul Rege.
2917.
Ahiam Prophetam sub Salomone Rege.
3061.
Iaddonem Prophetam ad Israelitas sub Ieroboamo Rege.
Ann. Mūdi 3064.
Semeiam Propheram ad Roboamum filium Salomonis Regem Iuda, pariter & ad Optimates, & populos.
Iehu Prophetam ad Basa Regem Israel, & Israelitas.
ab 3118. ad 3138.
Eliã Maximũ Prophetarũ ad Regnũ Israel, illiusq; Reges Achab, & Ochoziam.
Ioiadam Pontificem ad Regnum Iuda sub Athalia Regina.
3157.
Pedaiam, & Zachariam filios Ioiadæ Sacerdotes ad idem Regnum, & Ioas Regem in Hierusalem.
Ann. Mūdi 3486.
Amos Isaiæ Patrem, & Prophetam ad Amasiam Regem Iuda Idololatram
3509.
Amos alterum, nempè Propheram ex Minoribus duodecim ad decem Tribus Israel in Bethel vitulos adorantes.
Ann. Mūdi 3949.
Micheam Prophetam Morasthiten ad Samaritanos, nempè Israelitas, non in Berhel, & Dan dumtaxat, sed & in Samaria Idola colentes, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda.
Ann. Mūdi 3 90.
Isaiam Magnum Propheram ad populum Iuda sub Achab Rege idolatrantem.
3281. ab 3407. ad 3448.
Hieremiam Prophetam precipuum ad eumdem populum sub Regibus Iosia, Ioachim, & Sedechia.
Ezechielem eximium Vatem, & Sacerdotem ad populum captiuum apud Babylonios idola venerantem.
Ann. Mūdi 3441.
Uriam filium Semei de Cariathiarim Propheram ad Ciuitatem, & Ioachim Regis impietatem
Ann. Mūdi 3416.
Sophoniam Propheram in diebus Iosiæ filij Amon Regis Iuda.
3295.
Danielem Magnum Propheram ad reliquias populi in Babylone.
3319.

XV.

Quò ubrectos iux Ecclesiasticæ dominationis fideles populos conseruaret, quotidiana, & grauiora delicta, seu crimina ad corrigenda timul & de medio auferenda emisit specialiter

Nathan Propheram ad Regem Danid homicidam, & adulterum.
2990.
Gad itidem Propheram ad eumdem primò inter Moabitas commorantem, secundò in superbia elatum.
2974. ad 3017.
Eliam Zelotem vatem ad Israelitas sub Achab, & Iezabele, item ad Syrios, & Sidonios.
3113. ad 32. 8.
Micheam alterum Prophetam ad Achab, & Israelitas bellum aduersus Syrios præparantes, & exercentes.
Ann. Mūdi 3139.
Iehu secundum Propheram ad Iosaphat in bello Achabo impio fœderatum.
3138.
Eliæum insignem Propheram ad Samariam, & Israel sub diuersis Regibus.
3139.
Ioram Regem Samariæ, simul & Iehu, necnon ad Benhadad Regem Syriæ.
Amos Isaiæ Parentẽ ad Amasiam Regem Iuda fœdus cum Infidelibus coeuntẽ.
3108.
Ann. Mūdi 3287.
Oseam Propheram filium Beeri, & Ioelem itidem Prophetam pariter & Pontificem ad populum Iuda in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda, simul & Ieroboam filij Ioas Regis Israel.
Obed, siue Obedelas Vatem ad Phacee Regem Israel, & ad Razim Regem Syriæ, victoria de Iudæis insolentes
Ann. Mūdi 3290.
Isaiam Propheticì chori Chorlphæum ad Iudam in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ Regum
ab 3295. ad 3317.
Abachue ad Iudam, & Hierusalem tempore Manassis pessimi Regis.
3327.
Hieremiam Vatem, & Sacerdotem sub Regimine Iosiæ, Ioachin, & Sedechiæ ad Hierusalem, & Iudæos.
Ann. Mūdi 3047.
Ezechielem, & ipsum Sacerdotem ad transmigrationem in Chaldæa degentem, & Babyloniorum mores imitantem.
ab 3440. ad 3474.

XVI.

Quò tandem sui Ecclesiastici Imperij magnificentiam, atq; splendorem temporalem custodiret, Templi Hierosolimitani ingens Ædificium, & construendum

mandā-

Ann. Mūdi 1999.

mandauerat, & destructum instaurandum vt præmoneret, & vrgeret fidelem populum, Misit.

Ann. Mūdi 3395.

Nathan Prophetam ad Regem Dauid pro ædificandi Templi præparatione.

Aggæum Prophetam ad Zorobabel Ducem pro instaurando.

Ann. Mūdi 3566.

Zachariam Prophetam ad Iesum filium Iosedech Pontificem pro eodem.

Malachiam Propheram ad eosdem, sine eorumdem tempore, nempe regressionis de Babylonica captiuitate pro restitutione offerendorum Sacrificiorum, & Sacrorum cultus instauratione. Sallianus de nouissimis hic præcensitis Prophetis, sic concludit: *Breue Chronicum Hebræorum tradit anno quinquagesimo secundo Regni, siue Imperij Persarum, & Medorum, mortuos esse Aggæum, Zachariam, & Malachiam, eoq; tempore Prophetiam in Israel cessasse, quod etiam habet Abraham Dauidis filius, scriptor Cabalæ apud Genebrardum.* Hæc igitur de Prophetarum Missionibus, quarta ætate, & nona hora à Deo pro suo Ecclesiastico Regno per tempora opportunè destinatis, breuiter scripta sufficiant.

Pat. Sallian. Annal. Tom. 3. num. 1. Ann. Mundi 3566.

XVII.

Pueritia dimissa, infantiaq; prætermissa, iam adoleuerat, verùm inuenescens pubertatis annos affatim nequaquam excesserat, per quatuor tamen si excusa Mundi ætates priscorum illa olim Patrum Ecclesia, quæ cum ad nullam, vel saltem gratiæ perfectionem cultores suos adducere valeret, seruitutis potius, quàm libertatis, seruorum scilicèt magis, quàm Filiorum Dei Regnum existebat. De graui siquidem, atq; intolerabili iugo obseruantiarum legalium, ad inferorum Limbica Claustra, nempè Abrahæ sinum ad summum suos obsequiosos filios addnecebar Synagoga. Quamobrem fælicius Regnum, nouam videlicèt Ecclesiam, quæ de gratiæ statu ad gloriæ beatam stationem filios Regni perduceret, inducere intendens Sacer ipse Theatea, Illustriorem Theoctatiam, atq; Excellentiorem Hierarchiam pro nouæ Ecclesiæ firmiori spirituali regimine statuere quidem decreuit: Verùm ad hoc antiquo quoque regnandi iure, nempè Apostolico vti deliberauit, electissimorum Ministrorum Ecclesiasticam Missionem continuando. Quamobrem hora mystici diei vndecima ipsius nempè quintæ Mundi ætatis sub initijs, vel ipsius in recentioris Regni primordijs Zachariæ Sacerdotis, & Iudæi viri iusti Ioannem Baptistam Sanctissimum filium Patriarcham, & plusquam Prophetam, Apostolum, & Martyrem mox inuenciendæ Euangelicæ Ecclesiæ inum electum, ordinatum, sanctificatumq; Præcursorem Primicerium Præconem Sacrum emisit. Quia enim prisci illi Iudæi populi, quinimmo Scribæ, & Pharisæi, Sacerdotes, & Principes Synagogæ antiquam vineam exeolentes, Mosaicarum obseruationum plus æquò studiosos, & tenaces nimis, atq; zelotes se se ostentabant obseruantes; Ideo ne in hac Regni, ideſt Synagogæ in Euangelicam Ecclesiam translatione, pro Aaronico Sacerdotio, & Pontificatu acriter nimis, atq; inmistè, seu indiscretè decertantes, prouisi Messiæ mox instituendæ Dominationi diutius resisterent, obstinatiuiq; aduersus prædestinatos, & ordinatos fundationis Ministros contenderent; propterea præmisit Ioannis Præcursoris prædicationibus, adhortationibus, exemplo, auctoritate, & salutari scientia ad nouæ legis receptionem, simul & Baptismatis melioris, nempè Christi susceptionem illos prædisponere tentauit benigna Supremi Hierarchæ sapientia, & potentia. Venit ergo Ioannes Baptista prædicans quidem Baptismum Pœnitentiæ, sed Pœnitentibus annuntians appropinquans Regnum Cœlorum, post statutum in Terris Regnum Dei, quod est Ecclesia. Hocq; pacto filiorum Abrahæ plurimos ad Ecclesiæ gremium adduxit, ideſt Christi Regnum, in quo & iugum suaue, & onus leue, ideſt amoris, & dilectionis legem subirent, iura meliora inuenirent, efficaciora Sacramenta participarent, legalia faciliora profiterentur, dulciora Sacramentalia degustarent, excellentiora sacrificia offerent, excellentioremq; Dei cultum exercerent. Vnde iuremerito de primatio hoc Euangelicæ iustitiæ præcone, legitimiq; Messiæ, & venturi Regis Paranympho Præcursore ipsius parens, & genitor Zacharias prophetando exclamauit: *Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent.* Huius Euangelici Regni Primicerij Legati, & Cursoris excellentiorem Missionem referens alter Ioannes Cancellarius, nempè Euangelista, testatur: *Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.* Quo ergo intelligeremus Ioannem ad Regnum Ecclesiæ instaurandum missi, in illius nativitate, & Missione Regium totum resonat. Lucas enim rorum illius narraturus exordium suum Euangelium: *Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ Sacerdos quidam nomine Zacharias.* Et rursus Missionem indicaturus: *Anno autem quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæam; Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem Fratre eius Tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis Regionis, & Lysania Abilinæ Tetrarcha, sub principibus Sacerdotij Anna, & Caypha; factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, & venit prædicans*

Synagoga Regnum seruitutis.

Missio D. Ioannis Baptistæ.

Luc. 1.

Ioannes Euangelista cap. 1.

Luc. 1. & 3.

Missio Passiua IESV CHRISTI legitimi Messiæ.

XVIII

HOmo erat Paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrem, & locauit eam agricolis, & peregrè profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius, & agricolæ apprehensis seruis, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum autem misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum dicens: Verebuntur fortè filium meum. Agricolæ autem videntes filium dixerunt intra se: hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Cum Diuini Principis Protoregis Filius Christus Deus, & Homo, superiori in Matthæi capite, nempè vigesimo proprij Ecclesiastici Regni fundationem, atq; ad aduentum Messiæ viq; progressum sub Regiæ Vineæ plantationis similitudine expositisset, nunc eiusdem Ecclesiæ sub Messiæ, nempè Incarnati verbi administratione iustam translationem, simul & innouationem indicare intendens, à proposita vineæ parabola nequaquā recedit, quam eam infra in sermocinationis conclusione, Regnum appellarit, apertè satis, atq; dilucidè, se de propria Ecclesia verba hactenus fecisse contestatur. Et quidem valdè congruè quondam quidem sicut in illa Vineæ plantatione, ideſt Regni Ecclesiastici institutione, non alio regnandi iure vsus fuerat Paterfamilias Deus Omnipotens, quàm diuersarum horarum, ideſt trium Mundi ætatum, antiquorum Patrum Apostolica Missione; ità hic in eiusdem vineæ, ideſt Ecclesiastici Regni translatione, diuersarum antiqui Orbis durationum, & temporum differentiarum, Seruorum Dei Missiones mysticas ad spirituales fructus percipiēdos missorum enumerat: propriam tandem pro completa regnandi ratione a Patre Cœlesti superaddit, & commemorat temporalem emissionem, de qua ad Hebræos scribens sic exordiuntur Apostolus: *Multifariam, multisq; modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula.* Cur autem circa finem ſæculorum, nempè horæ vndecimæ, & quintam Mundi ætatem post Pontifices, Patriarchas, & Prioris testamenti Prophetas ad Regnum suum in Mundo miserit Deus Pater Deū Filiū suū, nullam possumus aliam assignare rationem, quàm ipsam rationem regnandi, nempè perfectantus sui Ecclesiastici Regni zelum, & Theocraticam administrationem: siquidem cum à se exædificatam, pariter & non vulgari studio plantatam pulcherrimam, & vberrimam Ecclesiæ suæ vineam à fundationis exordio Agricolis Hierarchicis, nempè Præsulibus, Sacerdotibus, legis Doctoribus, Leuitici tandem Ordinis administris locauerit, & commiserit; ex his quidam per priora tempora quadam Colonica sibi congrua portione contenti, prouentuum debitam Dominicalem partem suis temporibus Domino Deo legitimo Ecclesiæ Thearchæ fideliter reddebant. Verum enimuero succedentibus sibi inuicem diuersis Mundi durationibus, & ætatibus, per ætates, & ſæcula adinuicem succedentes in Sacerdotio Leuiticæ Tribus diuersæ familiæ ingrati quidam famuli Sacerdotes, videlicèt Leuiræ Patrisfamilias, nempè supremi Ecclesiasticæ Vineæ Domini Dominium non vtile solum, sed & directum vsurpare tentauerunt, vti contestantur Sacræ pagine in Regnum Israelitarum conscriptis Canonicis memorijs ab Heli Pontifice, & filiis eius Sacerdotibus querelam exordiendo, quam per subsequentia tempora, & successores Ministros vsurpatores, non continuando dumtaxat, sed & augendo Ecclesiastici Regni publicam administrationem, nō iam Theocraticam, siue Hierarchicam, sed Aristocraticam, imo Oligarchicam, & Tyrannicam demonstrant Sacrarum scripturarum & antiqua, & recentiora agiographa monumenta, Euangelicaq; præcipuè, in quibus vnitorum sensu, & sensatis verbis quatuor simul Euangelistæ, & Euangelici Chronistę contestantur Scribas, & Pharisæos Sacerdotes, & Leuitas Pontifices, & Principes Synagogæ eò dementiæ, & insolentiæ, imò rebellionis, & Sacræ Vineæ, ideſt illius temporis Ecclesiæ vsurpationis processisse; vt non temporales solummodò Dominicales Sacrificiorum, Victimarum, & Holocaustorum prouentus impiè, & sacrilegè cum populorum scandalo surriperent, atq; vsurparent; Verùm quod grauius erat, spirituale quoq; fidelium animarum profectum impediebant: Nam Regnum Cœlorum nec ipsi ingrediebantur, nec alios ibtrare sinebant; falsis enim doctrinis, & scandalosis operationibus & tantum claudentes, & a Dei cultu populos sibi commissos retrahentes: Nec enim ipsi legem obseruabant, nec reliquos Legalia iura seruare patiebantur; peruersis namq; atq; erroneis scripturarum, & legis expositionibus, necnon Pharisaicis phanaticis, simul & impijs, atq; iniquis traditionibus Dei præcepta depraua bant, præceptorum obseruantiam perturbabant, sicq; Dei legiti-

mum

Matth. 21.

Missio Pass. Iesù Christi Filij Dei.

Hebræorum 1. cap.

Ann. Mūdi 4081.

Missio Pass. Iesù Christi Filij Dei.

mum cultum impediebant, & subuertebant, Deum legislatorem inhonorabant, Supremiq; Domini, atq; dominij iura vsurpare modis omnibus anhelabant, Synagogę, antiquæ videlicet Ecclesię absolutos, & independentes, primarioq; possessores, & Principes se ipsos iactantes, & publicè appellantes. Vsurpatum igitur huius sui spiritualis Regni Dominium, & possessionem vt recuperaret Diuinus Paterfamilias, post fideles suos emissos Prophetas pro Domino interpellantes, nouissimè in temporum plenitudine misit Filium suum Dilectum Iesum Christum, legitimum Regni heredem, & Ecclesiæ Regem, ac Pontificem Maximum, vt suam Vineam Ecclesiam de vsurpatrium iniqua tyrannide liberaret, & ad melliora perduceret, melioriq; populo, nempè Gentili, fidelioributq; Operatiis Apostolicis eam traderet, & committeret. *Idcò dico vobis auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Vnde Paulus Apostolus ad Galatæ populos scribebat: *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex Muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Quasi diceret contuero regnandi ritu, nempè Ecclesiastica legitimorum ministrorum Missione vti perseuerans Summus Pater, & Supremus Rex Deus, dolens propriæ Ecclesiasticæ dominationis deprauationem, atq; à Principibus Synagogę tentatam vsurpationem, non amplius seruos, Angelos videlicet, & homines celeberrimos emisit; imò Filium suum vnigenitum incarnari decreuit, & personaliter ad recuperationem Regalis Vineę accedere mandauit. vt eruios Fideles de potestate tenebrarum, atq; de deceptorum Pharisęorum, & delirantium, imo decipientium legis Doctorum tyrannide eductos in libertatem, & gratiorum, ac securum salutis filiorum statum restitueret ille missus Iesus Christus, Mundi Saluator, & Redemptor, Iudaico populo promissus Messias, Doctor, & Pontifex, ac Sacerdos, factus à Deo Congregationis nouæ Fidelium verus, legitimus, atq; præcipuus, & principalis Apostolus. vti loquitur D Paulus ad Hebræos scribens his notis: *Vnde Fratres Sancti, vocationis Celestis participes consideremini Apostolum, & Pontificem confessionis nostræ Iesum Christum, qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quantò amplioremhonorem habet domus, qui fabricauit illam. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum, quæ dicenda erant: Christus verò tanquam filius in domo sua, qua domus sumus Nos.*

Missio Filiorum Iesu Christi.

Matth. 21.

Paul. ad Galat. cap. 4.

Ann. Mdl. 4004.

Missio Filiorum Iesu Christi Filij Dei.

Paul. ad Hebr. cap. 3.

CALCVLVS SECVNDVS

Ecclesiastici Spiritualis sui Regni instaurandi, restituendi, & conseruandi necessitatibus vbi accurreret Iesus Christus Filius Dei, ter Maximus Hierarcha Apostolicam Regnandi rationem, Missiones nempe electorum Operariorum solicite adhibere perseuerauit. Per quintam ætatem Mundi.

APostolici Ordinis alter præcipuus Princeps erit, nempè Paulus ad Ephesios scribens dicebat: *Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ.* Quod explicans, simul & amplificans ad Corinthios addit: *Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris vir, caput verò Christi Deus.* Deo igitur tanquam Christi, & Vniuersalis Ecclesiæ capiti primario, atq; præcipuo, primum huius Proemialis Ratiocinij Ecclesiast ex actinæ Missionis Calculum adscripsimus, alterum hunc, nempè secundum ipsi Iesu Christo, veluti Ecclesiæ capiti inscribimus, ex Sacris Scripturis, simul & Ecclesiasticis historijs sic ratiocinando. Prisca illa in naturæ, & legis Ecclesia, nulli dubium, quin per quatuor priores Mundi ætates, plures Pontifices, ac Ecclesiastici Præsules iuxta antiquum Adamiticum, Melchisedechianum, & Aaronicum Ordinem præfuerint, nempè ab Adã primo ad Annã, & Caiphã nouissimos enumerãdo septuaginta circiter quinquagenos omnes, & singulos propriæ singulorũ Pontificię administrationis annis, & diebus Ecclesiastico in Dei Regno, nempe in Ecclesia gubernãda Apostolica regnãdi ratione vios fuisse, ex Diuinæ scripturæ antiquis Oraculis coniectari, & cõprobari licet, sicut & nos infra cõputamus. Tamquam ergo à cõputato, & cõprobato Apostolico Missionis in veteri Ecclesia à primis illis Summis Sacerdotibus vsu ad eiusdem Ecclesiastici Apostolatus per abusum deprauati instauratorem, & receptioris, nobilioriq; Missionis, ieiũ regnandi rationis in Euãgelica Ecclesia instituto rem Iesum Christum Magnum Sacerdotem considerandum accedamus.

Ephes. 5.

Corinth. 2. cap. 11.

Haud incongruum, aut supervacaneum futurum censeo iterum hic perlustrari, & contemplari superioris Calculi in fine tranſcripta D Pauli verba. Ad Hebræos exarata: *Vnde Fratres Sancti, vocationis Cœlestis participes considerate Apostolum, & Pontificem confessionis nostræ Iesum Christum, qui fidelis est ei, qui fecit illum.* Rectus ordo, & ordinata progressio, vt primò Apostolum, secundò Christum contideremus, & agnoscamus Pontificem. Primùm enim à Deo Patre missus ad instaurandum periclitans Regnum Apostoli officio functus est, sicuti contestantur Euangelistæ, signanter Matthæus asserens: *Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum Cœlorum.* Hebr. c. 3.

Matth. 4.

Postquam autem (ait Baronius) traditus est Ioannes venit Iesus in Galilæam prædicans Euangelium Regni Dei; Quia enim defecerat Pœnitentiæ Præco, deserens in carcerem Ioannes, ut veritas, quæ tunc annunciata erat, dispendium pateretur, opportunè Iesus illuc se se contulit. Baronius Annalium Tom. 1. Anno Christi 31. num. 39.

Apostolatus igitur Ministerium primò exercuit prædicando Regnum Cœlorum: Mox verò Pontificatus gradum administrare inchoauit, Apostolicos Ministros eligendo, vocando, ordinando, & ad Regnum Ecclesiasticum instaurandum mittendo, ac multiplicando, demonstrans, simul, & ingiter Euangelicam à se nouam instituendam Ecclesiam Apostolica regnandi ratione fundandam, confirmandam, & perficiendam fore. Quamobrem quinta Mundi ætate, nempè anno ab Orbe condito 4084. à sua Natiuitate 32. Ipsius in nascentis nouæ Ecclesiæ primordijs, primioribusq; in sue Sacerdotalis, Regalis pariter, & Pontificalis administrationis diebus, Ecclesiastici sui instaurandi Regalis Dominij possessionem vsurpare, & recuperare voluit, possessorium opus perficiendo, nempè ad Fideles sub vno capite, & Euangelica Fide congregandos Apostolicos Operarios, & Ministros propria, & absoluta auctoritate emittendo, non semel tantum, sed iterum, & tertiò, vti Euangelica testatur historia. Quoniam igitur fortis, nempè Diabolus per Idololatriam, cæteraq; cuiusliber generis detestabiliora crimina vsurpara Orbis Tyrannide, armatus dolis, fraudibus, & violentia custodiebat atrium suum, etiam in Ecclesiastico Regno; ideo ad hunc sui Regni vsurpatorem ejiciendum adhibuit legitimus ipse Rex cõfuerum regnandi ius, nempe Ecclesiasticam Insignium Agonistarum missionem, vti legimus apud D. Matthæum: *Et conuocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eicerent eos. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: Primus Simon qui dicitur Petrus, &c. Hos duodecim misit Iesus præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in Ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.* Euntes autem prædicate, dicentes: *Quia appropinquauit Regnum Cœlorum.* Instaurandus Ecclesiam, & nouam Euangelij machinam erecturus, incipit a veteris Synagogæ ruderis, vt ordine congruo procedat, & ordinate soluat vetustatem; Ideo monet Operarios: *In viam Gentium ne abieritis, & in Ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.* Vt de ijs reiuncitet aptos ad Regnum Dei quod his prædicandum, & instaurandum præcipit: *Quia appropinquauit Regnum Cœlorum* nempe Regnum quod de terris erducit ad Cœlos fideles sibi subiectos. De hac prima Missione Apostolica etiam D. Marcus mentionem facit, dicendo: *Et ascendens in Montem, vocauit ad se, quos voluit ipse, & venerunt ad eum; & fecit, vt essent duodecim cum illo, & mittebat eos prædicare, & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi Dæmonia, & imposuit Simoni nomen Petrus, & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij Tonitrui, & Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Chananæum, & Iudam Iscarioten, qui tradidit illum.* De eadem ritus Primaria Missione D. Lucas scribit: *Conuocatis autem Iesus duodecim Apostolis dedit illis virtutem, & potestatem super omnia Dæmonia, & vt languores curarent, & misit illos prædicare Regnum Dei.* Breuioribus sed significantioribus notis emissis commissam, & collatam excellentiorem potestatem, atq; auctoritatem pro suo Regno instaurando exprimit, vnde Cardinalis Baronius de hac electione, & Apostolorũ delegatione obiecit, & dicit: *In stantem ascensus, vt oraret, elegit mox duodecim ex discipulis, vt mitteret eos ad prædicandum, quibus dedit potestatem curandi morbos, & vicendi Dæmonia, quos & Apostolos nominauit. Visum nemen fuit apud Hebræos, vt Apostolos illos nominaret, qui assidue versarentur cum Summo Sacerdote, consulendi gratia, quos etiam ipse delegato consuluisset ad componendas optimas mores Sacerdotum, ipsas Synagogas instituendas, possimos mores corrigendos, ac ipsos denique Ministros, qui non secundum legem viuebant in ordinem redigendos. Iam verò, quòd Christi Apostoli (postea, ea de causa illas elegit Christus, vt Verbi prædicatione Orbis caligine effusa, lumen veritatis impertirent. Iccirco videns eum turbas tanquam oues sine Pastore, miserius earum sterni miserè Apostolos ad prædicandum Euangelium misit; illos binos.* Luc. c. 9. Barpn. Annal. Tom. 1. ad An. Christi 31. num. 3. & 29.

II.

Ann. Christi 31.

Ann. Mundi 4084. Christi 32.

III.

Secundam a Christo Rege factam Apostolicam emissionem, narrat D Lucas Euangelista sequentibus verbis: *Post hæc autem designauit Dominus, & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem Ciuitatem, & locum quò erat ipse ven-*

turus ; & dicebat illis : *Messis quidem multa, Operarij autem pauci ; Rogate ergo Dominum messis, vt mittat Operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Et dicite illis : Appropinquauit in vos Regnum Dei.* Animaduertendum quod Euangelista in exordio narrationis, dicit : *Post hæc* : Vt intelligamus alteram hanc discipulorum Missionem, secundo suæ prædicationis anno, à Christo factam ætatis verò 33. iuxta Baronium Obseruanda rursus sunt Euangelicæ Chronistæ præposita verba : *Designauit Dominus & alios septuaginta duos.* Mittentem Iesum Dominum vocat ideò, Ecclesiasticæ Regni auriquo, imò æterno iure dominium habentem, nunc verò iterata hac suorum Ministrorum Delegatione vsurpati sibi Dominij possessionem iterum recipientem : Vnde non amplius ad solas oues Israel deperditas, imò ad omnem Ciuitatem, etiam Samaritanorum, atq; ad omnem locum, etiam gentium, quò ipse tamquam Rex ad Regni sibi iura administranda, eos sequendo, pertineret; quare illis missis præcipit ; Vt proximum illum aduentum Gentibus annuncient : *Et dicite illis appropinquauit in vos Regnum Dei.* Quod est Ecclesia Catholica. Ideò refert idem Euangelista : *Interrogatus autem à Pharisæis, quando veniet Regnum Dei? Respondit eis, & dixit : non veniet Regnum Dei cum obseruatione : Ecce enim Regnum Dei intra vos est.* Regnum scilicet Ecclesiasticum, Regnum gratiæ, & salutis. Ad quod recuperandum, & reficiendum tam semel, & iterum Apostolicam regnandi rationem, nempè Ecclesiasticorum Ministrorum suorum missionem destinauerat ; dum adhuc mortalem assumptam vitam, seu vitæ suæ breuiores dies perageret, secundo, & tertio propriè prædicationis anno, in principio vndecimæ horæ, quinæ videlicèt Mundi ætatis.

IV. Nec modò dum adhuc mortali carnis amictu indutus, Ecclesiæ veluti spiritualis corporis mysticum caput, & legitimus Rex præsideret, huiusmodi dominandi ratione Apostolica vtis legitur ; sed & postquam immortali corpore amictus, redituus aliquandiù inter mortales fideles demorari ei complacuit : tunc enim conuocato Discipulorum, Apostolorumq; imò credentium consessu, & copioso in Galilææ montibus aduocato comitatu, iter ad Cœlos de terris arreptum, atque super Cœlestes Hierarchias tamquam triumphans Imperator ascensurus ; circumstantibus Apostolis, & adstantibus Angelis, propria Apostolatus munus completurus solemniorem, atque celebriorem, quam antea electorum suorum associatum, & Athletarum vniuersam missionem ordinauit decreuit, mandauit atque perpetuam in suo Ecclesiastico Regno stabilitit, atque firmauit illis à D. Matheo relatis verbis : *Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in Terra, euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris ; & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia, quæcumque mandaui vobis : Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi.* Tamquam si dixisset, quæ mihi ab æterno tamquam Filio Dei erat propria, veluti filio hominis in tempore, post Apostolatus mei expletum agonè collata est plenaria potestas in Cœlo, & in Terra. Hac igitur, quam duplici titulo possideo, freti, & filius naturali auctoritate, per vniuersum Mundum mei Regni Ecclesiastici Instauratores, Fundatores, Propagatores, Confirmatores, pariter & administratores mitto, atque constituo, non per aliquas Mundi ætates, aut sæcula ; sed vsq; ad finem sæculi, & sæculorum consummationem, tamdiu enim vobiscum sum, vt Ecclesiasticæ Missionis Ministerij gratiam continuo, & perpetuò vobis impertiar & Regni mei iura custodiam, fidelibusq; populis Euangelicæ legis obseruationibus gratiam in præsenti, & gloriam parem in futuro. Huius rursus solemniterà Christo Rege instituri in suo Regno Apostolici regnandi iuris mentionem faciens, seu institutionem referens D. Marcus alter Euangelicus Chronista, constituti Apostolandi muneris Diuinam confirmationem addit dicendo : *Et dixit eis : Euntes in Mundum Vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur : In nomine meo dæmonia ejicient linguis loquentur nouis : serpentes tollent ; & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit ; super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in Cœlum, & sedet à dextris Dei ; illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Assumptus quidem est in Cœlos Iesus Christus filius Dei, sed & de Cœlis Apostolicis adhuc vult coapostolari non ordinaria dumtaxat primæuæ cooperatione, sed & extraordinaria, ac portentosa operatione, à se missorum Nuntiorum verba mirabilibus confirmando, & nihil eis opus veluti diuinitus institutum Diuinis operibus honorando, & comprobando. Hanc igitur Apostolici iuris regnandi, tamquam Ecclesiastico suo Imperio apprimè necessarij, præcensitam confirmationem, & plus constitutionem fecit Christus Dei filius, à sua Natiuitate Anno 34. & deinceps per sæcula.

V. Apostolico instituto, atque in sua Hierarchia constituto Ordinationi ficèt iam (vt D. Matheus nobis supra datus refutatur) Ducem, & directorem assignasset

D. Luc. c. 10.

Ac. Ch. 33

Baron. Ann. Christi 33. n. 38.

De Luc. c. 17.

Matth. c. 28.

Ac. Ch. 34

Tertia Apost. missi à Christo Rege facta.

D. Marc. c. 16

Apostolo

Apostolorum primum Simonem, quem propterea Petrum cognominauit, secundo Regie sue administrationis, ideſt prædicationis anno Dominus Iesus humani generis Saluator; in termino nihilominus terrestris suæ carnis peregrinationis, quando post Resurrectionem suam quadraginta dierum spatium ad Neophytam Euangelicam suam Ecclesiam, nempè Fidelium congregationem firmandam, & consolandam, consumare voluit, pro abundantiori, & efficaciori consolatione, simul & solidiori firmitate, solidam supra petram Regni sui solium stabilire, ideſt, consolidatę, & confirmatę Ecclesię, sui mox discessuri, atque in Cœlum ascensuri Regis in locum, & vicem Vicarias Proregis, visibilis nempè capitis vices, & potestatem gerentem assignare, dare, & consecrare in Hierarcam Petrum totius suę Ecclesię vniuersalem parentem, & Pastorem à se iam designatum, & ordinatum, suoq; tempore destinandum Romanę Vrbis Antistitem decreuit: cui eb præclaram excellentioris fidei confessionem ab eo factam illis verbis: *Tu es Christus filius Dei viui: respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simeo Bar-Iona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in Cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam; Et tibi dabo claues Regni Cœlorum, & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in Cœlis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in Cœlis.* An. Ch. 34. Sua hac responsione Christus Ecclesiastici Regni primarium solium pollicitus est, & ex parte concessit. Verùm enimuerò recessurus ipse Rex, atque ad superos regressurus, moderandę suę Ecclesiasticę Hierarchię habenas Petro iuxta promissum commissurus, solemniter id perficere statuit; quamobrem septem discipulis iuxta ex insignioribus ad Mare Tyberiadis celebri conuiuio exceptis, & recreatis, ad designatum suas Vicegerentem conuersus, sic illum affatus est: *Simon Ioannis* (referente D Ioanne Euangelista) *diligis me plus his? Dixit ei Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dixit ei: Pasce Agnos meos: Dixit ei iterum: Simon Ioannis diligis me? Ait illi: etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dixit ei: Pasce Agnos meos. Dixit ei tertio: Simon Ioannis amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me, & dixit ei: Domine tu omnia nosti, tu scis, quia amo te. Dixit ei: Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas, cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans quâ morte clarificaturus esset Deum.* In Vrbe nempè Romæ Pontificatum inprimis gerens, & Romanam Ecclesiam Matrem omnium Ecclesiarum constituens, Romanique Imperij iura liberè à Constantino Imperatore donata per successorem suum Syluestrum suscipiens, vt susceptę Regni regnandi ius stabiliret, Ecclesiasticam Apostolicorum Ministrorum ad vniuersum orbem missionem continuando, quasi à corde ad cętera mystici corporis membra vitales spiritus per arterias distribuendo, & emittendo ipse Primarius Apostolici Ordinis Antistes, in cuius vocatione, electione, ordinatione, & prędicta missione Dominus Iesus Diuinus, & supremus Pontifex Vicariorum suorum Romanorum Prędium perpetuam emissionem, hoc est numquam defuturam ad vsque finem Mundi successionem legitimam inchoauit, fundauit, stimul & firmauit. Nec ipsa Dei Sapientia Christus ante mortem suam successorem in Ecclesię Primicerio Sacerdotio nominare voluit, ne spirituale Primatum hereditario, seu arbitrario renuntiantis, siue morientis Sacerdotis iure deferendum censeretur; sed post resurrectionem suę carnis, vniuersi orbis plenipotentiaria directione suscepta, proprio, & peculiari legitimo suo, tanquam Monarcha, & supremus Hierarca, iure nominandi vicem successorem Petrum consecrauit, & ordinata missione immediata Pontificiam plenariam auctoritatem illi contulit; sicut vsque ad sęculi consummationem electis à Cardinalibus Romanis Episcopis confert, & conferet immediatè.

VI. Verùm enimuerò quamquam Apostolico à se selecto Collegio Primicerium Petrum, Principemque designauerit, signatum attamen à se duodecim Apostolorum numerum ob proditoris Iudæ nuper defectionem diminutum nequaquam compleuit, & supplenit per digni successoris suffectionem, & Canonicam subrogationem Dominus, & Saluator noster, Ecclesię Hierarca Christus, cum adhuc in terris degeret: Vnde post illius ascensionem, Sacerdotalis Ordinis Primas Petrus, conuocato credentium Oecumenico, & Canonico Conuentu, primo Ecclesię Concilio intrà nunc paro duodecimi Apostoli prouisionem, & nouâ Sancti Mathię in prolapsi Iudę locum electionem congregatis Fratribus centum, & viginti, faciendam proposuit; propositum autem cunctis comprobantibus, ex melioribus, nempè à Christo dum vineret, ab initio suę prędicationis, & Ecclesię administrationis selectis ex Discipulis probatioribus binos prælegerunt, atq; prælectos in medio Concilio staturos Domino, & supremo Ecclesię Hierarchę Diuino obtulerunt, quò ex oblatis alterum in reprobari, & suspensi Iudę sedem ipse Apostolici Collegij Institutor, & fidator immediata de Cœlo electione sufficeret,

quorum

quorum precibus annuens, per columbam, siue de Cœlo immissum radium (iuxta Sanctorum Patrum placita) inuit ipse Ecclesiæ Rex de Cœlo, & Mathiam olim iam Discipulum, modo ipsum Apostolum a se rursus electum declarauit, atque ad vniuersum Mundum suum nuncium destinauit; sicuti Actorum Apostolicorum narrat historia: *In diebus illis, exurgens Petrus in medio Fratrum dixit (erat autem turba hominum fere centum viginti) Viri Fratres oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus Sanctus per os Dauid de Iuda: Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à Baptismate Ioannis vsque in diem, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex illis. Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus: & Mathiam; Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius, & Apostolatus. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Mathiam; & annumeratus est cum vndecim Apostolis.* Quo comuertam Regni Christi regnandi rationem & ipse exerceret, nempè ad omnes gentes missionem, simul & prædicationem.

Mis. fra Elec. D. Mathiæ in Apostolatum.

Act. Ap. c. 1

Missio Passiua SPIRITVS SANCTI.

VII.

SVperiori nempè priori Calculo, posteriori numero, ex Diuinis D. Pauli Oraculis signauimus, & demonstrauimus Filium, nempè Christum à Patre de Cœlis missum Apostolicum munus exercuisse, Apostoliq; titulum reportasse, pro Ecclesiastico Regno instaurando, restituendo, & recuperando; Nunc igitur ex eisdem sacris scripturæ testimoniis, simul & Orthodoxis expositoribus, nec non Catholicis scholasticis superaddere debemus; quod inter Diuinas personas adinuenitur missio visibilis, sed in tempore, non solius Filij à Patre auctoritate naturalis generationis, & originis, non autem maioritatis facta; sed & Spiritus Sancti ab eodem Patre auctoritate libera productionis, simul & ab ipso filio subauctoritate communicatæ à patre actiuæ spirationis effecta; Pater ergo in tempore mittendo Filium ad Ecclesiam, Apostolum illum constituit: rursus autem Pater, & Filius spirando, & mittendo Spiritum Sanctum ad Ecclesiasticum Regnum confirmandum, Apostolicum munus exercendum illi commiserunt. Licet enim Verbum Dei, Filius sapiens, Iesus Rex, & director fidelium pro suo restituto Regno promouendo Apostolicam imperandi rationem instituerit, & Apostolicorum Operariorum castra auctoritatiuè constituerit, seligendo hora vndecima operatores strenuos, & fideles, quos noui Testamenti idoneos Ministros per se efficere quiuerat; nihilhominùs quò manifestè cuncto Christiano Orbi innotescat, cuius vtilitatis, & necessitatis perpetuò sit futura in vniuersa Ecclesia Apostolica, & Euangelica Missio; ad illius institutionem primariam potentiam Patris, ad præcipuam restitutionem sapientiam Filij, ad perfectam tandem consummationem bonitatem, & gratiam Spiritus Sancti simul cooperatas extitisse demonstrare solemniori, ac celebriori eiusdem Sancti Spiritus admirabili, visibilique apparitione, missione, & infusione in solemni Pentecostes die effecta declarare, & contestari voluit. Vnde legimus in Apostolorum *Actibus: Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco. & factus est repente de Cœlo sonus tamquam aduenientis spiritus vehementis, & replenit totam domum, vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertita linguæ tamquam ignis, sedit q; supra singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu Sancto & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus dabat eloqui illis.* Miramini, & admiramini animaduertendo, quod illa à scribis, & Pharisæis de Cœlo signa in confirmationem propriæ Apostolatus à se expostulata. *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Magister volumus à te signum videre. & alij tentantes signum de Cœlo quærebant ab eo.* Nulla exhibere voluit; pro ordinis tamen Apostolici confirmatione, & publica contestatione, etiam tonantibus ventis, & resonantibus Cœlis edere acceleratuit, quò promissiones tuas adimpleret, & Apostolicum imperandi ius perficeret; vnde apud D. Lucam ascensurus ad Patrem, ad Discipulos dicebat: *Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intellegerent scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. Vos autem testes estis horum. Et ego mittam promissum Patris mei in vos. Vos autem sedete in Ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto.* Sublimis equidem, & excelsa virtus, quæ de Eminentissimo Trinitatis Throno procedens Ecclesiasticam Apostolorum, & Episcoporum missionem eleuauit, atque in finem duraturam inuouauit.

Ann. Ch. 34

Mis. Spiritus Sancti facta à Christo.

Actor. 2.

Mis. Spiritus

Ioan. 20. Matth. 28. Luc. 24.

Luc. 24.

CAL-

CALCVLVS TERTIVS

Ecclesiastici Regni Spiritualis confirmandi, & consumandi indigentijs vt subueniret Diuinus ipse Paraclitus Spiritus præcipuus Ecclesiæ Director, Apostolico regnandi iure, nempè Perfectorum continuatis Missionibus vsus est in Quinta Mundi Aetate.

I.

APostolorum gesta descripturus D. Lucas Ecclesiasticus scriptor, Actorum suum librum sic exordiritur: *Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere, & docere vsq; in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum Sanctum, quos elegit, assumptus est. Et conuescens præcepit eis; ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum, quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto, non post multos hos dies.* Certum est autem apud sacros interpretes, huiusce modi tam electionem, quàm baptismum per Spiritum Sanctum non aliud esse, quàm vocationem, & ordinationem ad Apostolatum, nempè Euangelicam missionem. Scholasticæ Theologiæ professores vniformi sensu, & conformi consensu vniuersi admittunt Apostolatum in diuinis, nempè diuinarum personarum visibilem missionem in tempore, quæ missio tria de sua natura importat, nempè emanationem missi à Mittente: Secundò operationem missi: Tertiò principaliter manifestationem emanationis ipsius missi à suo Mittente. Vnde cum Filius mitti perhibetur, Filium à Patre emanare per generationem demonstratur: Cum rursus Spiritus Sanctus à Patre, & Filio mitti asseritur, ipsum à Patre, & Filio per spirationem procedere ostenditur. Cum verò dicitur, Patrem non mitti visibiliter in tempore, ipsum non ab alia Diuina persona prouenire in æternum docetur. Dum rursus Spiritum Sanctum in diuinis nullo modo mittere affirmatur, potentias mittendi, nempè intellectum generatiuum, & voluntatem spiratiuam in ipso in productionis completæ termino existere declaratur. Vnde ad intra mittere nequaquam valet, quia intrinseca nulla Missio peragenda remanet; licèt enim nihilo ipse minùs teneat, imo eumdem cum Patre, & Filio intellectum, pariter & voluntatem habeat, quia illa habet tamquam in termino productionis totaliter, idest in infinitum adequatè, ideo vlterius nihil producere conuenit ad intra; Quamobrem ad extra quamquam operationes Trinitatis sint indiuisæ, hoc est totæ tres Personæ æqualiter operentur opera tùm naturæ, tùm gratiæ; posterioris huius nihilhominus operationes gratiosæ, videlicèt Missiones Spiritui Sancto specialiter attribuuntur, sicuti contestantur veritatis; foederis paginæ de excellentioribus Diuinis rùm creationis, rùm sanctificationis actionibus. Prima enim Omnipotentis Factoris actio creationis est plasmati ex luto terreni humani corporis viuificatio, & hæc adscribitur Spiritui Sancto: *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.* Præcipuum iterum singulare, & eximium Clementissimi Dei opus est creati, & deperditi hominis redemptio per Verbi Incarnationem, huius autem Incarnati Verbi Mysterij perpetratio, & consummatio Spiritui Sancto attribuitur ab Hierarchici Ordinis Paranympho ad Virginem futuram Matrem Deiparam asserente: *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Tertiùm tandem Dei Patris, pro Instauranda suâ Ecclesia, egregium facinus Incarnati sui Filij est baptizatio, simul & Apostolatus, nempè ad prædicandum, & docendum pariter, & perpetranda miracula proxima, & actualis Missio, atque ordinatio, quæ & ipsa Spiritui Sancto attribuitur ab Euangelicis veritatibus, primò apud D Matthæum sic: *Baptizatus autem Iesus; confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt Cœli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut Columbam, & venientem super se, & ecce vox de Cœlo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Rursus apud D. Ioannem ita: *Et testimonium perhibuit Ioannes dicens: Quia vidi Spiritum descendentem quasi Columbam de Cœlo, & mansit super eum: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto.* Ergo Spiritui Sancto ad intra non mittenti, ad extra rùm hominis creati ad vitam, rùm Incarnati Verbi ad Incarnationem, tùm Incarnatæ Sapientiæ ad Apostolandum adscribuntur singulares, præcipuè, & extraordinariè immediatè à Deo missiones *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, Euangelizare pauperi-*

An. Ch. 44

Actor. 1.

Actiua miss. Spir. Sanct.

DDi Bonau. & Thom. lib. 1. sent. Dist. 15. & 36.

Spir. Sanctus non producti ad intra attribuuntur missi ad extra.

Gen. 2.

Luc. 1.

D. Matth. 3.

D. Ioannis Euang. c. 1.

Actiua missio Spir. Sanct.

bus misit me. Rursus, quoniam in Creaturis missiones immediate à Cœlesti Numine per tempora fiebant, nempe gratiæ ministerij infusio, atq; ad idoneitatem ministrandi elenatio. Diuino Flamini attribuuntur, iuxta D. Pauli doctrinam ad Corinthios datam *Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus; vnicuiq; autem datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: Alij quidem sermo scientiæ, secundum eundem Spiritum: Alteri fides in eodem Spiritu; Alij gratia sanitatum in vno Spiritu; Alij operatio virtutum, alij Prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus, atq; idem Spiritus diuidens singulis prout vult.* Ideo ipse Apostolatus instaurator, post Resurrectionem suam in medio Discipulorum stans, illos ad vniuersi confines mittere volens dixit: *Pax vobis: sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Isaiæ 61.

Cor. 1. c. 12.

Anno Chr. 44

Ioan. 20.

II. Æterna sua prouida Prædestinatione elegerat, vocauerat, & vocatos, atque electos ordinauerat, ordinatosq; emiserat semel, & iterum dum adhuc mortalis viueret Filius Dei, Ecclesiæ Rex Iesus Christus primarios sui Regni lapides, nempe Fundatores, Instauratores, & Restitutores Apostolos, ac Discipulos, atq; post Resurrectionem sui corporis solemniori emissione eosdem ad Orbem vniuersum pro suo spirituali propagando Imperio iterum destinauerat præcipuos hos vndecimę hoęc Vineę Regię Operarios selectos, & dilectos: Verum enimuerò cuius vigoris, roboris, fortitudinis & virtutis tunc fuerint, declarant & Discipuli omnes, derelicto eò (nempe Iesu) in manibus inimicorum fugientes, & Petrus ter negans, & Thomas incredulus, imò & vniuersi rediuiuum proprium Magistrum videntes quidem, sed nec adhuc ei ascenturo in Cœlum credentes, vti referunt Euangelistæ: vnde iure mirantes bases trepidantes columnæ stantes vix sustentare Ecclesiæ molem valebant, quare infirmos, ac in fide imbecilles suos hos Athletas admonebat Dominus apud D. Lucam: *Vos autem sedete in Ciuitate, quoadusque indumini virtute ex alto*: Et iterum: *Et conuescens præcepit eis, ut Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit) per os meum, quia vos baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies*: Quod & factum est, vti ibidem legitur: *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tamquam ignis, sedit que supra singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & cæperunt loqui variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis*. Et tunc verè adimpletum est Propheticum illud sapientiale Oraculum: *Quoniam Spiritus Domini replevit Orbem Terrarum, & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis*. Et hoc tunc factum fuit, quando iuxta Psalmistam: *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum*. Quod expleans ipsa Mater Ecclesia in Officio diei Pentecostes canit: *Hodie Spiritus Sanctus in igne Discipulis apparuit, & tribus eis charismatum dona, misit eos in vniuersum Mundum prædicare, & testificari, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*. Post Ascensionem suam igitur Christus vndecima die de Cœlis, è Patris sinu, misit Spiritum Sanctum super Apostolorum Collegium, & Discipulorum consessum, ipse verò Spiritus Sanctus inde eos in quatuor Orbis plagas emisit, ac distribuit. De qua distributione sequentia scripsit Eminentissimus Cardinalis Baronius: *Nam in hoc Concilio Apostoli secum consulentes de vnitate Fidei Catholicæ, constituerunt aliquot Canones, quos Dei Ecclesia consuenit nominare, & nominat Symbolum Apostolicum, quod Rufinus, ait fuisse normam prædicationis eorum in commune constitutum, ne forte alij ab aliis abducti, diuersum aliquid his, qui ad fidem veniebant, exponerent*: Hos itaq; sic ab Apostolis institutis, alios q; traditionibus Ecclesiæ impartitis, Spiritus Sancti instinctu, diuiserunt sibi, ad quas singuli proficiscerentur, Orbis Terræ Prouincias. Hęc Ille scribit, cui conscribit Pater noster Franciscus Coriolanus Capuccinus, dicendo in suo Breuiario Chronologico: *Hoc eodem anno (nempe 44. Christi) Apostoli non fortuitæ illecta, neq; pro ratione linguarum, sed peculiariter instinctu Spiritus Sancti, Petro Primario disponente, atque Deo inbente, Hierosolymis profecti sunt in Mundum vniuersum, singuli ad sibi designatas Prouincias*.

Actus missio Spir. Sancti

D. Luc. Euangel. cap. 24. & Act. 1.

Act. cap. 2.

Sap. 1.

Psalm. 18.

Actus Missio Spir. Sancti.

Baron. Annal. Tom. 1. sub Ann. Christi 44. n. 14.

P. Franc. Coriolan. Capuc. Breu. Chron. sub An. Chr. 44.

Missio Passiua DVODECIM APOSTOLORVM ad Quatuor Mundi Partes.

III. Toto Orbe Terrarum in ętrore constituto, atq; infidelitatis, ac perfidiæ, ideist falsæ Religionis caligine perfuso, tenebrarum Princeps peruersionis Tyrannidem vniuersaliter super infelix humanum genus exercebat, legitima quondam Dei Ecclesia in Sathanæ Synagogam, in Idololatriæ scilicet, & hæresum prostibulum conuersa: Quamobrem ad subuertendorum conuersionem per quatuor Mundi plagas distributos ipse Diuinus Spiritus Sanctus Anno à Natiui-

tate

tate Christi quadragesimo quarto, ab Ascensione vero vndecimo emisit Apostolos.

1. Petrum Antiochiam ad Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, Bytiniam, tandem ad Occidentales Europæ Prouincias, Italiam, Romamq; præcipuè.
2. Andream in Scythiam, vtrumq; Pontum Euxinum, Græciam, Thraciam, Macedoniam, Thessaliam, & Achaiam, ad Antropophagos, Sogdianos, Sacos, & Epiros.
3. Iacobum Zebedei in Hispaniam, & Iudæam, vbi primus Martyr occubuit.
4. Ioannem Euangelistam in Asiam Minorem, vbi septem erexit Ecclesias, & à Petro fundatas rexit, ac visitauit. Ann. Christi 44.
5. Thomam ad Persas, Partos, Medos, Indos, Brachmanos, Taprobanos, tandē ad tres Magos Reges.
6. Philippum in Asiam Superiorem, ad Galatas, & ad Scythas ex parte.
7. Bartholomæum in maiorem Armeniam, & Indiam citeriorem.
8. Matthæum in Aethyopiam, & Iudæam, vbi Euangelium in Hebræo conscripsit.
9. Iacobus Alphei ad exteram Gentem nullam transijt, sed Hierosolymorum Episcopus ordinatus Palæstinos curauit.
10. Simonem Cananæum in Mesopotamiam, Ægyptum, Africam, & in Perfidem
11. Iudam Thadæum in Mesopotamiam, Arabiam, Idumeam, & Edessam.
12. Matthiam denique in Iudæam simul, & Æthyopiam, adiacentesque Regiones.

Distributio Apostolorū in 4 Mundi partes.

Missio PAVLI, & BARNABÆ.

IV. VErùm enimuerò Euangelicæ Ecclesiæ tunc enascentis in quaternis Mundi oris infantia, non vnius solius singularis Doctoris, à quo Baptismate recepto vix Fidei primordia, & priora elementa reciperet, egebat, quinimmò Vniuersali Magistro, qui adolescentię errores abundantiori doctrina, simul & disciplina corrigeret, emendatet, atq; in accepto Baptismate, Orthodoxaq; Religione confirmaret, indigebat. Quamobrem ipse Christus Iesus adhuc in terris degens Barnabam Cyprium in Discipulorum suorum numerum adciuerat, pariter & conscripserat, in Cœlis autem iam regnans Paulum Tarsensem Damascum contra Ecclesiam proficiscentem prostratum erexerat, atq; ad suum Discipulatum electum, pro Ecclesia in vniuerso Iam designata Magistrum constituere decreuerat, iamq; illum electionis Vas, quo suum nomen coram Regibus, Gentibus, & Filijs Israel portaret, & prædicaret, nominauerat, nec ipse ab imposito, seù demandato munere prorsùs retraxerat, imò Iesu Christi Apostolum pleno ore semetipsum fussus fuerat, & Apostolandi onus iam in Damasco, Arabia, & Iudæa exercuerat, quando in Antiochena Ecclesia erudienda commorantes, Diuinus ipse Spiritus Sanctus ad plures, imò Vniuersalem Ecclesiam eos destinare volens, ecclesiastici Oraculo emisso, eos inde amandatos ad indigentiam Ecclesiasticæ Regni in Asia, Africa, & Europa subleuandam misit, vti legimus apud Ecclesiasticas historias, signanter in Apostolorum actibus à D. Luca descriptis: *Erant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ & Prophetæ, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon, & Lucius, & Manahen, & Saulus: Ministrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus Sanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesq; ei manus, dimiserunt illos, & ipsi quidem missi à Spiritu Sancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum.* Sicq; Paulum, & Barnabam à Christo vocatos, & inter Discipulos electos Spiritus Domini prælegit, atq; in suos Apostolos ordinauit, Vniuersaliq; Ecclesiæ Doctores communes, & laureatos Magistros dedit, proposuit, & assignauit: Vnde illi per tres prædicatas Orbis portiones, Asiam, Aphricam, & Europam discurrentes, vel Ecclesiasticum Spirituale Regnum fundabant, vel fundatum iam vbiq; confirmabant, Diaboli Antiregnum Idololatriæ simul, & semel confundentes, & infirmantes.

Missio Pauli à Spiritu Sancto

Ann. Christi 44.

Actor. 13.

V. Allegorico idiomate, siue stilo proloquens Ezechiel de Sanctis animalibus loquens asserebat: *Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur.* Benè, & appositè de Christi Discipulis, post illius ascensionem, ad Regnum Cœlorum, terris inuehendum, à Spiritu Sancto emissis prophetando. Acta Apostolorum referens D. Lucas asserit: *Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per Regiones Iudææ, & Samariæ.* De qua dispersione scribens Cardinalis Baronius, sequentia prudenter & obseruat, & notat: *Habet Actus Apostolorum post lapidatum Stephanum, Discipulos dispersos, & quasi seminatos, non quod imbecillitate defecti, sed Fidei gratia vsa dimissi essent, sed emissa dispersi, vt seminatores frumenti effecti ad panem supercælestem, vniuersum Orbem peragrantes, viuifica doctrina virtutes, efficacesq; disseminarent. Hinc in Orbem terrarum Discipuli currere cæperunt. Hoc omnes in partes sermonis diuulgationis initium est*

Ezech. 1.

Actor. 12.

Missio Discipulorū à Spiritu Sancto.

Hunc

Nunc verò agitati à Iudæis alius, atq; alius aliò gentium dispersi sunt, vndiq; per mysteriorum doctrinam Diabolum exturbantes: hoc modo Samaria Verbum recepit: Hinc Aegypti Syri, Parthi, & Mesopotamij, Itali, Illyrici, Macedones Christum agnoscunt, & omnes vtiq; gentes sermo percurrens ad Fidem adduxit. Ista Baronius de cæterorum Discipulorum Missionibus à Spiritu Sancto per interiorem illapsum, & æquam allocutionem, seù intrinsecam iussionem effectis.

Baron. Tom. 1. sub Ann. Christi 33. nu. 3.

APPENDIX PRÆCIPVA.

Diuina Sacro-Politica, qua vt Apostolicum Ius regnandi in sui Spiritualis Regni subsidium adhiberet, mittendorum Operariorum Turmas per religiosæ vitæ Sacra Instituta in sua Ecclesia constituta prouidit Quatuor in prioribus Mundi Ætatibus:

I. NOn futura dumtaxat, sed & præterita sibi ignota vaticinans Isaias Prophcta de semine Regio, de Regno Dei referebat: *In anno, quo mortuus est Rex Oziæ, vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum, & plena erat Domus à Maestate eius, & ea, quæ sub ipso erant, replebant Templum: Seraphim stabant super illud, & clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam, & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me.* Nemo hic valet ambigere, quin iuxta communem Patrum expositionem apparuerit Deus, & comparuerit Dominus vti Cœli, & Terræ Monarcha super vniuersam creaturam, & naturam imperans: Verùm præcipuè cum Maiestas eius primò templum repleuisse dicatur, indicatur pariter ipsum, vt in Templo, & Ecclesia specialiter gratiosè regnantem, se se Propheræ contemplandum exhibuisse. Quamobrem igitur immensa, & summa Trinitas in trium personarum Seraphin acceptibus signatarum consessu, duplicis sui & naturæ, & gratiæ Regni negotia in æterno Consilio pertractatura, nihil aliud proponit, nisi Prophcticam Missionem? *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Numquid Missio Religiosorum virorum prædicantium, vt Isaiæ, sui Regni est singularis, ac præcipua ratio regnandi? Ita certe: sicuti ex Mystice, nempè Ecclesiastice Vineæ parabolis supra datis satis liquidò constat de Missionibus Operariorum, nempè Prælatorum ad allegoricam culturam emissorum, sicut & simul manifestè infra breuiter demonstrabimus de cooperantium Missorũ Religiosorum Apostolatu. Genesecos liber Adami Primi Orbis Parentis, & Ecclesiæ Pontificis genealogiæ seriem contexens ait: *Cognouit quoq; Adam vxorem suam, & peperit filium, vocauitq; nomen eius Seth. Sed & Seth natus est Filius quem vocauit Enos: Iste cœpit invocare nomen Domini.* Plurimum laborauerunt alij, nempè prisci illi, & Sanctissimi pariter, ac Doctissimi Scripturarum interpretes; vt præcedentium antiquit Chronistę Oraculum explicarent: Nos in laborem eorum intrantes ex copiosioribus Doctorum expositionibus proposito nostro vnicam vnicè, & mirificè deseruientem desumemus ab eruditissimis Scholasticis Bellarmino, & Thoma Vualdensi præcipuè, qui ex Sacræ paginę Sacrosanctis breuioribus illis notis appositè simul, & rationabiliter deducunt: Enos instituisse peculiarem aliquem cultum, & sublimiorem, quàm esset religio vulgi, religionis statum, nam ante ipsũ Enos, Seth, Abel, & Adam inuocauerunt Deum. Censent igitur eruditissimi Expositores ab hoc Enosio initiatum quasi præludium, imò initium, & fundamentum vitę Religiosæ, ac Religionis Monasticę, siuè Regularis. Quam probabilissimam Doctrinam insecutus Pat. Iacobus Boldue. Capuccinus in suo volumine de Ecclesia ante legem, integrum per Vndecimum caput relata Moysis verba explicans scribit: *A mane temporum, quo Deus in Adam, & per Adam Ecclesiæ suæ Vineam plantauit, non cessauit nonos semper mittere Operarios. In Mundi principio mulierat Seth Sanctissimum Adæ filium, qui Nephilimorum iam augescenti malitiæ studiis Pastores, Rectores, Præcones, Prælatos prouideret, qui animarum curam agentes, illos in officio continerent, suaq; doctrina, exemplis instruerent, & ædificarent: Præterea in his quæ ad Dei cultum attinent, diligenter intenderent. Idcirco circa annum Mundi 250. quosdam ad hoc elegit, instruxitq; viros, quos vel ipse filios Dei nominauit, vel à populo, propter Magistros Sanctitatem, sic nuncupatos fuisse.* Cum igitur genus humanum mirabiliter in dies propagaretur, crescente etiam filiorum hominum cum numero malitia; *Anno Mundi circiter 396. Seth vero 366. misit Deus alios Operarios in Vineam suam, sub moderamine filij Seth no-*

Isai. 6.

Religiosorũ virorum Missio Ius regnãdi diuinum.

Genes. 4.

Bellarm. lib. 2. de Monachis cap. 5. Thom. Vualdens. de Sacramentalibus tit. 3. c. 150.

Regularis vitæ Prima Institutio, ac fundatio ab Enos.

Ann. Mũdi ex Salian. 250. ex Bol duc. 396.

P. Iacob. Bold. Capuc. lib. 1. cap. 11. de Eccl. ante legem.

Ann. Mũdi 396.

mine Enos. Nimirum postquam in disciplinæ, & doctrina Patris multum profecisset annorum 60. quò pri sua ætate veneranda longa rerum experientia, morum grauitate, & firmata iam sanctitate, suorum facilius Discipulorum benevolentiam, ac reverentiam concilia-
ret, altiusq; suo Sanctissimi influxui ad Christum vsq; daraturi fundamenta iaceret, & sem-
per statis exemplo ad virtutem, verumq; Dei cultum alliceret, Filios quoq; Dei in parissima Patrit Seth doctrina conseruaret, statuit nonnulla prioribus adhuc rudiaribus, ac simplicio-
ribus Auo, Patriq; legibus, & observantijs addere decreta, novas leges fingere, & quas-
dam ordinare cæremonias præsertim Psalmodiam instituens, necnon formam, & modum in-
vocandi Deum. Et hoc est quod Moyses, qui, quid esset invocare Deum, optimè noverat, tam
vocandi Deum. Et hoc est quod Moyses, qui, quid esset invocare nomen Domini. Iste igitur Enos Sethi filius, Adami Nepos, à Supremo Hierarcha electus, & predestinatus est ab æterno, simul, & singulariter in tempore delegatus (quod tèr maximè animaduertendũ est) vt in Spirituali Regno primæuæ ætatis crescentis Ecclesiæ perfectiorem Deum peculiariter colentiũ fideliũ statũ, id est Clericalẽ Ordinẽ, siue Religiosum vniuersi modũ, obser-
uantioriq; Religionis formã adimueniret, pariter & initiaret: Quod Diuino in primis afflãre flamine excogitauit, ordinauit, atq; instituit priori illa in Orbis duratione, in Ecclesiastico Regno fundando, ac stabiliẽdo, perfectiùs, arctiùs, religiosiùs; q; instituum Enosęorum, qui in pauperculis, atq; à sæculo semoris Tugurijs, seu Tentorijs eommorando, Sæcularibus neglectis, Spirimalibus Diuini cultus exercitijs ex professo incumbebant, proptios & labores, & sudores, imò totius suæ vitæ conatus ad Spiritualis Dei Regni promentum transferentes. II.

Vixit verò Enos (inquit Sacer Geneſis Textus) *nonaginta annis, & genuit Cainam.* Ex quibus Scripturæ Sanctæ Sacris notis Bolducus noſter ſecundæ Religioſorum Sodalitaris ante diluuium inſtitutionem deducit, ſequentibus verbis: *Ex Sacro Genesis Textu discimus, vixisse Enos nonaginta annis, & genuisse Cainam: Vnde colligatur ne seos Textu discimus, vixisse Enos nonaginta annis, & genuisse Cainam: Vnde colligatur Cainam natum fuisse anno Mundi 326. Quem à Patre familias puta missum ad vineam suam, iam adolescente iam nimis filiorum hominũ libidinis æstu, atq; supramodum flagrante illarum auaritia, ambitione, & crudelitatis flamma. Quod nam aptius, vel opportunius putuit Deus tantis malis dare remedium, quàm priori Carthusianorum (vt ita dicam) Enosęorum Religiosa Sodalitati aliam adiungere, aliudq; Minoritarum Cinæorum nomine instituum suscitare? Instituti ergo à Deo sunt Cinæi ad confundendum, perdendum, penitusq; conterendum filios hominum, homines ad sæculum.* Quibus, & alijs pluribus ratiocinationibus ibidem ab eò allatis Cainam institutorem nouæ Sodalitatis Cinæorum, nempè Religiosorum, in Ecclesia Dei primæua extitisse colligitur. Geminas ergo Filiorum Dei in prima Mundi ætate Religiosorum virorum turmas institutas fuisse reperimus: nempè Enoicæorum ab Enos Genitore: Cinæorum vero à Cainam Enosei primogenito constitutas, quarum diuerimen, & instituti differentiam referens Cit. Pat. Bolduc. ait: *Vtriusq; autem Societatis distinctam reperiri sub communi nomine seorum Dei: Nempè vt Enoscei, tamquam separata a sæculo, habitarent in Tugurijs, argillocis, vel iuxta Apostolum in solitudinibus errarent, sæpè loca mutarent, in quib s simul cogebant cœtus ad psallendum, vel aliquid decernendum. Cinæi verò altius, & ad prædicandum vocati, dicebantur Angeli Dei. Et vtriq; tàm Enosiei pauperes, quàm Cinæi compotores ad vniuersale Concilium nonnunquam conuenichant.* Hactenus Capuecinus: ex quibus fideliter recentitis rationabiliter deducimus: Deum prudentissimũ Hierarchiæ Ecclesiasticæ administratorem, in uti infirmioris adhuc Spiritualis Regni subsidiũ, Religiosorum binas auxiliares copias emisisse, vt statuto regnandi Iure Apostolico ab exordio vteretur, quo grauiores, atq; acerbiores tempestates tenellam suã Ecclesiam, vel in ipia infantia suffocare, vel in adolescentia seù iuuentute præcipitare tentantes, simul & conatibus violentioribus enitentes ab Ecclesiastico suo Regno auerteret, atq; diuerterer. Has autem graniores acerbitates, & procellas perurgentes facilius vt manifestemus, ad gemina capita genimina viperarum reducere debemus: nempè ad Hæresim, & infidelitatem, binas vrgentiores vexationes, ob quas Deus ipse fatetur à se institutani liaiæ, pariter & cæterorum Prophetarum instituendam perennem fore Missionem: Vnde cum Propheta supra dixisset: *Ecce ego mitte me.* Et dixit Dominus: *Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & ne-*
lite intelligere. En Hæresim: & videte visionem & nolite cognoscere. En infidelitatem Idololatriæ: Vident infideles proprijs oculis intensibilia simulacra immundorum, & nolunt videre vilitatem: Audiunt Hæretici Orthodoxam doctrinam, & nolunt intelligere veritatem, detinentur igitur miseri infidelitate, & Hæresi. Quarum primam Primus, & Primarius in Vniuersali Ecclesia Hæresiarcha Cain infernali cœtu pereitus, ex mentali cum Auernalibus furijs concubitu, priori in cruaicentis Mundi ætate generauit: Nam a Deo ob grauissimum Fratricidij zelus & perpetratum, & denegatum maledictus, grauiorum criminum impenitens, impenitentiæ desperationeque ui rabiem contra Deum Iudicem actus, diuortium primo à Diuina facie elegit, atq; exilium sponte a Dei conuersatione iniecpit, mox hære

ticum

Enoſcæorum inſtitutio.

Geneſ. 5.

Capuc. Bold. de Eccleſia ante legem lib. 1. c. 15.

Inſtitutio Cinæorum à Cainam.

Ch. Auct. Bolduc. vt ſupralib. 3. cap. 15.

Hæreſis, & infidelitas binæ Eccleſiaſticæ regni diuerſationes.

Iſai. c. 6.

Cain Primus Hæreſiarcha in Eccleſia vniuerſali.

Ann. Mũdi 316.

Ann. Mũdi 461.

Ann. Mũdi 400. circiter.

ticum virus interius iam conceptum enomere cepit, pro concione coram suorum filiorum Nepotum, Proneporum, & Trinepotum congregatis familijs Dei misericordiam, & prouidentiã negando: futurum iusti Iudices peculiare, & commune iudicium, simul & immortalis animæ separatæ meliorem, vel deteriorem statum denegando: Cultum veri Dei, virtutumq; culturam irridendo: vitiorum verò, & cuiusliber generis deliciarum studia commendando. Vnde breuioris temporis intercapedine Cainitarum hæreticantium, lasciuientium, & delirantium secta pernicioſa intra Eccleſiam coaluit, ac inualuit. Inualescente igitur perfidiæ, & irreligiositatis temeratia impudentia, Religionis, & Fidei integritas minui, atq; vix exorta extingui, atq; ad funera rapi periclitabatur: Quamobrem mittendorum Operariorum Religionem propugnantium subsidio validiori indigebat. Talis autem Eccleſiastici Regni indigentia in dies magis, ac magis eonualescebat ex alterius impię sororis, nempè infidelitatis ortu, & incremento: siue enim ante, siue post diluuium (iuxta diuersa Patrum, & expositorum placita) exorta fuerit Idololarria, importunè nimis, atq; festinanter ad perturbandam fidelium pietatem aduenit: Nam infandorum Idolorum cultus veri Dei culturam, & Sacrorum exercitium non perturbauit dumtaxat, sed & penitus pluribus in regionibus, ac Prouincijs deturbauit, pro Fide perfidiam, simul & infidelitatem hominum cordibus instillãdo, imò copioſius infundendo. Ex quibus omnibus supra relatis, nempè ab hæresi Cainitarum, simul & infidelitate gentium illud factum est; vt homines qui ab Adã, cęteriq; legitimæ Iustitiæ Præconibus Orthodoxam Fidem edocti, Catholicæ Eccleſiæ subiecti, sponte, & liberè Spiritualis Dei Regni honorificum iugum & subierant, & lætanter portabant; hoc salutari excusso dominio, ad Sathanæ perditoris dominationem, nempè Hereſis, & infidelitatis Antiregnum rebellantes transirent; sicq; Eccleſiastica Hierarchia, imò Omnipotentis Theocratia infirmata nutaret: Nutantis igitur in subsidium per secundam, tertiam, & quartã Mundi durationes, auxiliares Deus Religioſorum Agonistarum copias opportunè per temporum differentias, & Eccleſiæ indigentias transmiſit, vt infra noſter Iacobus Bolducus Capuceinus oſtendit. Notandum igitur, quod octo filiorum Dei peculiares sodalitates, seù Congregationes in Eccleſia (scilicèt antiqua) fuiſſe leguntur. Quarum duæ fuerunt à Mundi principio, hoc est à temporibus Enos, vſq; ad Diluuiũ: nempè Enoſcæorum, qui ob prioritatem & antiquitatem, qua cęteris præstant, cognominati sunt postea Cedmonæi, hoc est Priſci, & corruptè Aſſamonæi, quorum institutum secuti sunt Machabæi: Et Cinæorum duæ à Diluuio vſq; ad Moysen, ninirum Cœnezæorum, & Hebræorum: A Moyſe verò vſq; ad Chriſtum quatuor, scilicèt Nazarçorum, Filiorum Prophetarum, Rechabitarum, & Eſſenorum. Quibus iungere possumus Sadducęos, Phariſæos, & Edeſſenos, qui eiusdẽ erant instituti, & præſertim Phariſæi, de quibus ait Chriſtus: *Super Cathedram Moyſi sederunt Scribæ, & Phariſæi.* Hæc ille.

Ann. Mũdi 900 circiter.

Hæreſes, & errores Caynitarum.

Ann. Mũdi 2000.

Ann. Mũdi 2510.

Defectio fidelium ad Antiregnum infidelitatis.

Sodalitates octo Religioſorum in anti qua Eccleſia.

Bolduc. Capuccin. lib. 1. cap. 13. de Eccleſia ante legem.

Matth. c. 23.

III.

Ex hactenus igitur enumeratis supputando compuramus, à Cœlesti Patrefamilias ad excolendam vineam suam emiſſos Operarios Religioſos, Religioſorum Virorum Sodalitatum Patriarchas.

In prima Mundi Ætate, hora Prima.

Ann Mũdi 3000.

I. Seth Filiorum Dei Primatcha.
II. Enos Enoſcæorum.
III. Caynan Cinæorum.

In secunda Mundi Ætate, hora Tertia.

Ann. Mũdi 2050.

I. Sem Semitarum,
II. Iaphet Iaphetorum.
III. Heber Hebræorum.

In tertia Mundi Ætate, hora Sexta.

Ann. Mũdi 2400.

I. Abraham Cinęorum, vel Hebręorum Torquatorum.
II. Ateenez Cinezęorum.

In quarta Mundi Ætate, hora Nona.

I. Moyſes Nazarçorum.
II. Ionadab Rechabitarum.

Ann. Mũdi 2544.

III. Samuel, vel Elias, & Eliſæus Filiorum Prophetarum.
IV. Elias Propheta Phariſæorum.
V. Antiquus Enos Eſſenorum, vel Edeſſenorum nouiſſimè dictorum.

Hę verisimilis, & fidelis magis Synopſica Series: Tum Inſtitutorum Parriarcharum: Tum Inſtitutarũ Religioſarũ Cõgregationũ, ex quibus vocati, electi, & ordinati Religioſi Athletę, & Agoniſtæ, ad Eccleſiastici Regni neceſſitates ſubleuandas miſſi ad quatuor Orbis plagas, per quatuor itidem priores Mundi ætates computantur.

Missiones Congregationum religioſarum in 4. prioribus Mundi ætatibus.

Concludo hunc Calculum, deſumptis numeris à Patre noſtro Iacobo Bolduco, de conuenientia inter Religioſa inſtituta veteris, & noui teſtamenti, raliter ratio-

P. Bold. Cap. l. de Eccles. post leg. c. 14

cinante: *Tria tantum de antiquis dixerim, quæ prorsus cum nostris Religiosis quadrant. Primum: Quod licet nostris sub diuersis ritibus, & cunctis nominibus vincentes, omnes tamen in vno Religiosorum nomine, & in tribus essentialibus obedientia, paupertate, & castitate conueniunt; ita licet antiqui Religiosi in multas scholas essent distincti, vt potè Enoschorum, Cainitarum, Cenesæorum, Pharisæorum, aliorumq; omnes tamen in nomine Enoschorum conueniebant: Quorum si institutum, modusq; viuendi diligenter consideretur; inuenietur ad illa tria capita reduci, adhibito Voto, quod etiam in lege naturæ frequentatum fuisse legimus. Secundò dicimus: quod quemadmodũ Religiosi nostri diuerso à Secularibus indumento vtuntur; ita & illi, vt patet in Elia, qui priscorum Enoschorum more, Zona pellicea accinctus erat: Ioannes quoq; Baptista eiusdem Spiritus, & institutis: Alij videntur sub rubis istis pellibus apposuisse albas, lineasq; vestes sub nomine Nazaræorum: Alij verò solius albi coloris, sed lineæ, ac byssinæ vtebantur, vt Rechabita, Iacobusq; Minor Apostolus. Tertium est Deo Sacratas Virgines post Euangelium tegi Sacro velamine, vt olim in Ecclesia.*

3 reg. c. 1. Matth. c. 3

CALCVLVS QVARTVS

Ecclesiastici Dei Spiritualis Regni conseruandi, seu ampliandi necessitatibus pro subleuandis, Apostolica regnandi ratione, Religiosorum Virorum nempè Missione vsi sunt Pontifices Antiquæ Ecclesiæ in Prima Mundi Ætate.

I

PRior hominum Parens, Humaniq; Generis Protogenitor Adam, à Deo constitutus primus suæ inchoantis Ecclesiæ Pontifex, & tempore naturæ Sacerdotum Primicerius, Spiritualis sibi demandati regiminis tunc possessionem primò accepit, quando priores fideles suæ familiæ coniugem Euam, liberos Abel, & Seth, Enos, Cainam &c. congregatos in Dei legitimo cultu exercere cæpit, exercitumque per nouena sæcula ad vsq; longioris suæ vitæ terminum, nempè annum Mundi nongentesimum trigesimum prudenter administrauit. Ipse namq; immediata, atq; in futurum ordinaria Missione à Deo Primarius Ecclesiæ missus Antistes, sibi collata Pontificia auctoritate, suæ curæ, ac vigilantiæ commisso Ecclesiastico Regno superuenientia discrimina, & pericula aucrtere, simul & necessitatibus perurgentibus succurrere studuit. Asserit igitur Iosephus Hebræus: *Caterum superstite etiam tum Adamo, Caini soboles sceleratissima euasit, dum posterior quisque sit deterior, nec solum imitatur priorum vitia, sed ea superat, interim nec à bellis, nec à laeroeinijs temperando. Et qui à cædibus abstinebant, alioquin auarè, & superbè apud suos viuebant*: Quinimmò cum hæresim excogitassent, Cainum tamquam semideum adorantes, illius errores aduersum tùm prouidentiam, tùm misericordiam, tùm iustitiam Dei, & futurum iudicium, atque Animarum statum palam profitentes: Supremus Pontif. Adam contra hanc priorem Hæreticorum sectã ipse primùs prophetauit, prædicauit, docuit, & laborauit, inde à Deo sibi præostenso regnandi iure vti incipiens, Filios Dei, nempè Seth liberos primum, postmodum verò Enos discipulos, tertiò tandem Cainam afflectas, vniuersos viros Religiosos ad confundendos, & eijciendos, seù eliminandos Cainitas Pontificia sibi attributa ordinaria potestate, ordinaria, & mediata missione, pro Ecclesiastici Regni opportunitatibus, simul & necessitatibus emisit, prout diuersis in locis affirmat Pat. Bold. Capucc. suo in Codice de Ecclesia ante legem, dicendo: *Istis* (scilicèt Filij Dei Enoschi, & Cinei) *apud me sunt Angeli, Deiq; Nuncij, seù legati missi per totum Orbem terrarum, tam ab Adamo quamdiù vixit, quam ab Enos, & Cainam eorum Patribus, ac Prælatis, & quia vbique prædicare ex institutu tenebantur, idcirco dicuntur Præcones Iustitiæ.*

Mist. Actiua Adæ Summi Pont. de Religiosis Enoschis, & Cin.

Ioseph Heb. lib. 1. antiqu. cap. 2.

Cainitæ hær.

An. Mundi 300.

An. Mundi 600. & 800.

Bolduc. Cap. lib. 1. cap. 15.

II.

Seth, defuncto pio Parenti primo hominum Genitori, primoq; simul, ac Primario Ecclesiæ vniuersalis Sacerdoti, postquam sanctissimè Ecclesiam à prima sua perfecta ætate ad vsq; Mundi initiatum decimum sæculum texisset, Adamo in Pontificatu successit, annos natus 800. Hic igitur Sacerdos Summus, tum Progenitori Adæ in Sacerdotio cùm adhuc cooperaretur, tùm postquam ipse Sacerdotum Principetus est effectus; demonstratã sibi ab antecessore, imò à Deo regnandi rationem, nempè Missionem Religiosorum, pro Ecclesiastico Regno ab erroribus perpurgando, imo per ereticantes homines propagando adhibere cœpit, & perseuerauit, mittendo suos Filios dictos Filios Dei, signanter Enos, & Cainani Patriarchas Religiosorum legis naturæ, de quibus Bolduc. Capuccinus scribit: *Qui ad prædicandum missi* [nempe Enoschi, aut Cinei] *per totum Terrarum Orbem præ-*

Actiua Miss. Seth Pontif. de Religios. Enos. & Cin.

An. Mundi 1000.

conium

conum, deest iustitia legis naturalis ministerium, tunc exercere cœperunt: , posteriorum eorum, sicut & cæterorum hominũ numerus valdè crescit: quia verisimile est Patrem Adam, & hos eius nepotes sapientissimos tunc cum Seth o Mundi Rectore seruasse illum in hac Missione ordinem; vt simul cum Chiliarchis, & Dynastis, qui temporalibus præficerentur, Raphaim quoque, ideſt animarum curatores pro magnaque regione destinarent ac mitterent. Seth igitur postquam administrasset Ecclesiam ann. 112. dormiuit cum patribus suis.

Bold. Capuc. de Eccl. apte legem c. 15.

III. Iared Filius Malalaelis (iuxta Bolduci placitum) siue Lameeh Filius Mathusalæ (secundum Saliani sententiam) mortuo Setho, Pontificiam infulam vniuersalis Ecclesiæ susecepit Anno 1042. De Iaredo Pontifice sequentia dat Bolducius noster: *Quandoquidem nouum robur, idq; maximum contulit Ecclesiæ, quando genuit Enoch, eum ad magna pro bono Ecclesiæ destinans finmq; Diuino mancipans obsequio, dedit ei nomen Enoch, quod significat dedicatum, ideoq; eum à iuuenute instruendum dedisse Cainano cogitare non est incongruum, cuius Institutum nempè Cinaorum nec ipsurus erat aliquando: Tunctum tamen Enoch in illa congregatione profecit, spatio 300. annorum, vt illo tempore sæpissimè per multos annos ad diuersas regiones, per quas Filiorum Dei Cœnobia, & Sodalitia erant dispersa tãquã præco Iustitiæ, & Dei Angelus, ideſt Nuntius vel à Patre Iared Summo Pontifice, vel ab Enos, qui Dei vices gerebat, nec non ab Abano Cainam missus sit ad vtrumque Cinaorum, & Enosiaorum Congregationis Fratres; vt feruentissimis suis prædicationibus, & exemplis dissolutos eorum mores, & à prisca viuendi forma alienissimam vitam reprehenderet, atque corrigeret, & castigaret.* Hæc ille de Iared, quem illius temporis Ecclesiæ Pontificem asserit Lameeh (iuxta Saliannm) Sacerdos Magnus post Sethum, si regnauit, in Ecclesiastico Dei Regno, certum est, ipsum quoque ius regnandi Apostolicum adhibuisse: nam cum ipse septimus Præco Iustitiæ esset, & per se, & per Enoseos, atque Cinæos ab Henoch reformatus, Diuinas iustitias, nempè naturales leges prædicauit, & ad spiritualem fidelium salutem curatores destinauit, signanter eum in diebus tunc Prælationis inter homines, simul & cum Deo ambulauerit Enoch, quem septimum Propheram, ideſt veritatis, & Iustitiæ Prædicatorem appellat D Iudas Apostolus in sua Canonica dicens: *Prophetauit de hus septimus ab Adam Henoch.* Primus namq; naturalis legis Prophetæ, & Vatum Primicerius fuit Adam, Secundus Seth, Tertius Enos, Quartus Cainàm, Quintus Malalael, Sextus Iared, Septimus Enoch, qui post plurimos pro Ecclesiastico Regno exantlatos labores, non apparuit inter mortales, quia tulit eum Dominus, & inter viuentes transtulit ad tempus. Sicque Iared, siue Lameeh, postquam vixisset in Pontificatu annis 380. defunctus est. Pat. Salianus dicit: *Non dubitandum quin duo senes Mathusalem, & Lameeh ante Diluuium non promouerint pro viribus suis fundus ad prædicandum, & testificandum aduenturn Domini, & aduentum eius Iustitiam.*

Mis. Actiua Iar. siue Lamech Pon. de Enos. & Cin.

Bolduc. vt supra lib. 2. c. 16

Ann. Mundi 1042.

Ann. Mundi 1400. circiter

D. Iud. in sua Epist. Canon

Proph. Relig leg. nat. lept.

Ann. Mundi 1600.

Sal. Annal. Tom. 1. ad Ann. Mundi 1600. n. 1.

CALCVLVS QVINTVS

Ecclesiastici Spiritualis Regni administrandi indigenijs pro subleuandis Apostolica regnandii ratione, Religiosorum nempe Missione vsi sunt Pontifices in secunda, & tertia Mundi Ætate.

I. CVm eruditissimo, simul atq; Sanctissimo Doctore, ac præcipuo Magistro D. Gregorio, Vniuersalis Ecclesiæ Pastore Mundi ætates distinguentes per horas diei mysticas, asseruimus primæ horæ primam ætatem correspondentem suas metas ab Adam vsq; ad Noe producere: secundam a Noe ad Abraham: Tertiam verò ab Abraham ad Moysen suas durationes extendere, in quarum spatio seni Summi Præsules Ecclesiasticum Dei Regnum administrarunt: Quorum primus, & præcipuus Noe describitur, qui in Iaredi, vel Lameehi defuncti locum suffectus, effectus est Cinæorum, siue Enosiæorum director, & Præsul post Enosi mortem, Cainain cooperator, & adiutor in religiosæ obseruantiæ instaurationẽ, & promotionem, cum esset annorum 84. secundum Bolduci computum. Cum autem ad nonagesimum annum circiter peruenisset, Iustitiæ Præco publicus, & solemnis electus est, sicuti eum nominat D. Petrus in sua Canonica: *Octauum Noe Iustitiæ præconem.* Septimus enim fuit, (Patris Bolduci Capuccini seriem iectando) Lamech, Sextus Matusalem, Quintus Enoch, Quartus Iared, Tertius Malalael, Secundus Cainam, Primus Enos, cuius institutum Enosiæorum & professus est, & instauranit Noe. Qui eum quadringentorum circiter esset annorum, Pontificia in sede collocatus, Pontificali auctoritate fultus, quo prius per se functus fuerat,

D. Petr. Epi. Can. 2. cap. 2.

Actiua Missio Noe Pontif. Cinæorũ. & Raphaim.

Ann. Mundi 1460. 59

Regni Dei propugnatoris, atque propagatoris ministerium etiam per Religiosos Enoicæos, & Ginæos, vniuersoque idoneos Filios Dei exercere voluit: regnandi rationem per Ecclesiasticam Præconum Missionem adhibendo, durante bis centesimo, quo ante Diluuium Ecclesiæ clauum tenuit, circiter anno. Post Mundi vero generalem alluuionem, atque interitum, multiplicaris iterum filijs suis, & filijs hominum, Filios Dei (qui tunc, feliciter post Carhaclytmum Cinæorum, ac Hebræorum titulis censebantur,) per vniuersum rursus multiplicatis, & frequentatis Millionibus delegare, & ad Religionem promouendam, ac conseruandam distribuere numquam cessauit, imò ad annum Mundi vique bis millesimum textum suę virę nouissimum persecuerauit, vti contestantur Primò Pat. Salianus dicens: *Neque enim fas est dubitare, d vero Sanctissimu domestica disciplina, in timore Domini ita educatus; vt propria salutis studiosi, etiam aliena paterno monitu emigilarent.* Secundò Pat. Bolduc noster sic: *Isti quia in dimissione Gentium post diluuium missi sunt d Noe, vt simul cum genere humano verum Dei cultum in Mundo restaurarent, vocati sunt Raphaim, idest Curatores.* Postquam igitur, Noe Ecclesiam Dei administrasset per annos circa 648., nempè ante diluuium 234. post diluuium verò 366. plenus dierum in senectute bona requieuit in pace.

Ann. Mūdi 2006.

Pat. Sal. Annal. Tom. 1. sub An. Mūdi 1600.

Pat. Bol. Cap de Eccl. ante leg. lib. 1. c. 10

Sem, dictus Melchisedech, in Pontificali Cathedra Patri Noe anno Mundi 2006. succedens, Paternę in Ecclesiastico dirigendo Regno industrię non cedere studuit: Vnde ea, quę sunt Diuini cultus, cum apprimè curaret; illa, quę ad spiritualis inris regnandi rationem spectabant, haud quaquam negligebat: Religiosos, simul & spirituales fidelium Medicos Cenczęos, vel Raphaim animarum curatores tunc vocitatos ad Ecclesias particulariter curandas per temporum, & locorum exigentias emittendo: vnde quò has Ecclesiasticas Missiones continuare valerer; Sodalitates Religiosorum ipse post diluuium instaurare omni studio curauit, iuxta Patris Iacobi Capuccini infrascriptum testimonium. *Diuina bonitas erga Genus humanum specialiter enituit post diluuium, quando in dimissione Gentium per Noe, usque impetes, & filios, præsertim per eos, qui Filij Dei, idest Ecclesiastici erant, & Prophetæ, cum multiplices fecerunt verum Dei cultum vbique terrarum disseminari voluit. In cuius rei argumentum certissimum facile nobis est offendere, omnes scholas, ac Sodalitates Philosophorum, qui aliquam in moribus modestiam, aut generaliter virtutem, usque finem profitebantur; item præsertim Deum colendi ritus, atq; in sacrificijs, cęlestiue cæremonijs, licet multis sensim superstitionibus infectas, d nostris Cenæis, Cinæquis, aliisq; Filijs Dei in Noetica Schola institutis originem trahere. Quam Sem Supremus Ecclesiæ Pastor destinatus Pontifex, eam per se, quam per suos filios, & nepotes post diluuium restaurasse, aut non ad vsum renocasse videtur in illis Philosophis, qui in India ab eo dicti sunt Semnæ, vel Semni.* Vixit in Pontificatu annos 152 & mortus dormitionem accepit.

II.

Ann. Mūdi 2006.

Actius Mis. Sem, vel Melchisedech de Relig. Cinæis vel Heb.

P. Bold. Cap. lib. 1. cap. 19. de Eccl. ante legem.

Isaac post Sem Ecclesiam gubernauit annos septuaginta, ordinatus Pontifex iuxta Bolduc. Anno Mundi 2158. secundum Salianum vsque ad annum 2318. Verum iuxta Bolduci Capuccini computum vsque ad annos 2228. Quando in Pontificali administratione succedens ei Iacob filius secundò genitus ab eo ordinatus, persecuranit in Ecclesia dirigenda ad annum vsque 2255. iuxta Capucinum: verum, vt Saliano placet, vsq; ad annos 2345. ab anno 2318. Quibus omnibus Ecclesię tęculis, certissimum est, geminos præcessisse Antistites Sanctissimos omni solertia, atque sollicitudine Dei Regnum custodisse, imò propagasse: Quamobrem Missiones Religiosorum Operariorum multiplicasse probabilissimum est, signanter eum ipsorum circa Pontificię administrationis tempora vixerint insignes plures Religionis sublimioris, & fidelis Doctrinę cultores Heber, Phaleg, Iectan, Rheu, & Nacor. Vnde Bolducus Capuccinus iure meritò de illorum sęculorum Ecclesia ita ratiocinatur: *Exulist autem, qui sua nominantur, quidam fuerunt Sacerdotes, summiq; Ecclesiæ Pontifices, vt Adam, Seth, Iared, Noe, Sem, Heber, Isaac, Iacob: Alij inferiores Ordinis Pastores, vt Malalael, Mathusala: Alij Doctores, & Religiosi, vt Enos, Cainan, Henoch, Noe, Heber, Abraham: Alij fuerunt Dei præcones, Oraculorum Consultores, ante diluuium Lamech, post diluuium Arphaxad, Sale, Phaleg; eiusdem quoque professionis extitisse credo Rheu, Sarug, Nachor, & Thare, quorum nonnulli, vt Sarug, & Thare d vero Dei cultu defecerunt.* In terra Chanaan tandem moritur Isaac, anno Mundi vel 2228. vel 2318. In Ægypto verò extremum diem clausit Iacob summus Sacerdos, anno aut 2255. aut 2345.

III.

Ann. Mūdi 2158. vsq; ad 2228. aut 2318.

Isaac, Iacob. Actius Mis. Religiosorū.

Caath primus ex genere, & ordine Leuitico in defuncti Auı Iacobi Pontificiam Cathedram assumptus est in Ægipto, iuxta Bolduci numeros, annis Mundi 2255. & durauit per annos 103. vsque ad annum 2358. Verum, secundum Salianum computum, ordinatus anno 2345. processit per Annos 105. ad annos 2450. Quando ipso ex hac vita migrante Cathedrā illius suscepit Amrā, & ipse de filijs Leui, itidem in Terra Ægypti constituram Ecclesiam gubernans, atq; iuxta præscriptos ritus, ac cęremonias dirigens, quemadmodum prudenter Pat. Bolduc. Capuccinus contemplatur, sic discrendo: *Ordo Diuina prouidentia, ritusque Ecclesia requirebat, vt*

IV.

Ann. Mūdi 2228. vsq; ad 2235. vel ab ann. 2318. vsq; ad 2345.

P. Bol. lib. 1. c. 5. de Eccl. ante leg. m. Præcones Iustitiæ infigo.

talis

talis Sacerdos, & Pontifex ab alio consecraretur. Hunc autem non alium fuisse iudico, quàm Sanctissimum Patriarcham Iacob paulò antequam ex vinis excederet. Et licèt alterius esse Ordinis Pontifex, nempè Melchisedechiani, nonos tamen quosdam ritus sibi à Deo præscriptos statuere fuit ei iucundissimum, iuxta quos talem post se in Ecclesia regiminis successorem reliquebat, qui familia suæ deest Ecclesia Israelitica primus esset Supremus Pontifex. Sed scire cupis, quisnam iste fuerit vir, quem Deus sese ei manifestando primum de Tribu Leuitica Sacerdotem Supremumq; Pontificem elegerit? Arbitror fuisse Caath secundum Leui filium; successit autem ei filius eius Amram, qui cum in morte Patris esset annorum 64. vixerit autem annos 137. sequitur tempus Pontificatus annos 73. Tàm verò ipsum Amram, quàm Patrem ipsius Caath in diebus sui Sacerdotij Apostolicam regnandi rationem, nempè Cinezæorum, Hebræorum, & Iaphetorum Religiosorum Ministrorum Missiones, pro congrua Ecclesiastici Regni administratione, adhibuisse, quis ibit inficias? ab Auo namq; Patriarcha Iacob edocti, doctrinam Fidei constitutis inter Ægiptios infideles Israelitis prædicandam curabant, & verum Dei cultum promouendum satagebant, donec in tertiæ Mundi ætatis termino, terminum propriæ peregrinationi in Ægypto posuit Amram anno sub 2431. vel 2522.

Ann. Mundi 2358 vsq; ad 2431. vel ab 2450. vsq; ad 2522.

Bolduc. Capuc. lib 3. De Eccl. ante legem c. 11.

Caath, & Amram Missio Actina de Cinezeis, & Hebræis, ac Iaphetutis.

CALCVLVS SEXTVS

Ecclesiastici Spiritualis Dei Regni administrandi indigentijs pro subleuandis, Apostolica regnandi ratione, Religiosorum nempè Missione vsi sunt Pontifices Vniuersalis Ecclesiæ in Quarta Mundi Ætate.

I. INeertum adhuc apud Ecclesiasticos Chronistas perseuerat tempotale Aaronici Sacerdotij initium, simul & initiati Sacerdotis Aaronis exordium: illud attamen pro comperto vniuersos apud scriptores repetio; quod inchoãte Aaroniei Ordinis Pontificatu in Ecclesia, inchoauit pariter in Orbe Quarta Mundi Ætas, quæ incipiens à Moyse ad Christum vsq; Messiam, per bis millenos circiter annos processit. Pat. Iacob Capuccinus post Amram immediatè Ecclesiastici regiminis clauum dirigendum suscepisse Aaron asserens; hunc anno Mundi 2431. ordinatum fuisse affirmat, atq; per annos 62. sedisse docet. Salianus verò Amram in Pontificali administratione opinatur successisse Moysen, & ipsum ex Leuitica Tribu oriundum, perq; biennium Ecclesiam gubernasse, indèq; fratrem ordinasse, & consecrasse: Annis autem Mundi 2545. vsq; ad annos 2582 Ecclesiasticum Regnum administrasse scribit. Siuè igitur Aaronicum Pontificium in Ægypto, siue in deserto sua sumpserit primordia; Nos in Initijs huius Quartæ Orbis durationis, Pontificem Maximum Aaron solemniori ritù, quàm antea, à Deo per Moysen consecratum, atq; ordinatum, in suæ Ecclesiæ Pastorem Vniuersalem constitutũ, institutum pariter à Supremo, & Diuino Hieratcha regnandi Ius per Apostolicam Leuiticorum Ministrorum Missionem nequaquam neglexisse certò credimus, & firmiter tenemus. Eòq; magis in nostra credulitate confirmamur; quod sub hac ætate orbis plures Religiosorum virorum Ordines, nempè quatuor Nazaræorum, Filiorum Prophetarum, Rechabitarum, & Essenorum viguisse comperimus, quorum plures signantes celebriores, atq; Insigniores à Moyse, & Aaron ad docendum specialiter populum missos, nulli ambigere licèt, cum testetur Sacer Exodi Textus, septuaginta viros ex Senioribus à Moyse ad iudicandum in Cinilibus populum destinatos extitisse. Miserunt igitur & hi Germani Fratres, inter Summos Sacerdotes præcipui (sicut nobis fas est autumare, imò opinari debemus) & Prophetarum Filios, & Nazaræos, necnon Rechabitas, atq; Essenos Operarios fideles, & Ecclesiasticos pro Spirituali Dei Regno vel conseruando, vel propagando, vel propugnando, vti ex quàmplurimis Sacræ paginæ Oraculis deducere valebunt, qui huic veritati indagandæ vacare voluerint. Perseuerans igitur Sacerdotali suo in Ecclesiastico ministerio ad annum vsq; Mundi 2493. vel 2583. Aaron, dormiuit cum Patribus suis in deserto super Montem defunctus, & sepultus.

Ann. Mundi 2431.

Pat. Bolduc. lib. 3. de Ecclesia ante legem cap. 11.

Pat. Salian. Annal. Tom. 1. an. 2545.

Ann. Mundi ab 2545. vsque ad 2582.

Aaron, & Moysi. Missio Actina Nazaræorum, Rechabitarum Essenorum, & Filiorum Prophetarũ.

Ann. Mundi 2493. vel 2583.

II. Eleazarus, & Phinees Aaronis Summi Sacerdotis sicuti fuerunt Filij, similiter & illius Primarij Sacerdotij successores extiterunt, pariter & administratores, atq; post eos vsq; ad Aduentum Messiæ, nempè Iesu Christi, Israelitieam illam Ecclesiam, Synagogam nuncupatam rexerunt sibi inuicem, sine cessatione succedentes Pontifices ab Aarone vsq; ad Caypham numero circumcirca sexaginta quinque, per integram quartam Mundi Ætatem, in qua Ecclesiasticum Dei Regnum propria imperandi ratione nequaquam destitutum à Summis Præsulibus fuisse, ex mo-

In quarta Mundi ætate rexerunt Ecclesiã Pontifices numero 65. circiter.

numentis Ecclesiasticis, imò Sacrosanctis scripturarum oraculis apertè deducere licèt. In primis, & ante omnia ex eo, quod hac quarta Mundi ætate ipse Deus Summus Thearca antiquum proprium Ius regnandi adhibens ad suum Ecclesiasticum Regnum instaurandum, & promouendum multiplicanda, vltra consuetum, Missiones frequentiores insignium, & plurium Prophetarum, non dumtaxat celeberrimos nonnullos Maiores Prophetas, vti Isaiam, Hieremiam, Ezechielè, Eliam, Elizæum emittendo; verum etiam plures supra duodecim minores inperaddendo, sicuti supra dedimus nos Calculo primo. Quod autem à Primario, nempè Diuino Hierarcha missi Prophetæ Missione immediata, mitterentur parirer à Pontificibus Ecclesiæ mediata delegatione; ex Doctissimi Saliani infrapositis verbis argumentari valemus. *Vbi ergo cognitum est populo* [ait] *Hieremiam prophetico spiritu Dominatus afflatum esse, simul ei auctoritas, & reuerentia conciliata est, & ipse animo egregia fortitudine, & zelo Diuinæ gloriæ, animarumq; salutis, & cœlestis sapientiæ quàm citissimè instructus fuit; itaque populis se contionabundus immisit. Omninoque videtur Hieremias præmissus à Pontifice in omnem Ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus,* nempè Helcias. Comprobatur itidem, imò validius iste regnandi modus pro quarta hac Mundi ætate, scripturis geminis ex antiquo, vnica ex nouo fœdere adductis approbatur. In Regum igitur Israelitarum gestis de Rege Iosaphat legitur, quod Regnum & suum, & Dei instauraturus: *Tertio autem anno Regni sui misit de Principibus suis, & cum eis Leuitas, & cum eis Eliasama, & Ioram Sacerdotes docebantq; populum in Iuda, habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas Vrbes Iuda, atque erudiebant populum.* Rursus de Ezechia itidem Rege Iuda restituturo Dei cultum dicitur: *Misit quoque Ezechias ad omnem Israel, & Iuda, scripsitq; epistolas ad Ephraim, & Manassen, vt venirent ad domum Domini in Hierusalem, & facerent Phasa Domino Deo Israel.* Licèt autem illæ Leuitarum Missiones videantur regia iussione effectæ, nihilhominùs Pontificali auctoritate proculdubio ordinabantur emissi Ministri. Hanc denique cunctis rectè sapientibus peruiam veritatem confirmant Sacrosancti Euangelij verba ab ipso Christo prolata, atque à D. Matthæo fideliter hæc relata: *Super Cathedram Moysi sederunt scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis seruate, & facite secundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt. Væ vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis Mare, & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ duplo, quàm vos.* En qualiter scribæ, ideſt legis Doctores, & Pharisæi; hoc est à Mundo segregati Religioſi à Pontificibus Synagogæ, simul & Principibus Sacerdotum emissi circuibant Mare, & aridam, ideſt exteras ad terras per prolixiora Maris itinera transibant & docendo, & prædicando Apostolantes, vt errantes perfidos, seu deceptos infideles ad viam veritatis manuducentes Synagogæ incorporarent; & hoc ad vsque Incarnati Messiæ non aduentum modo, sed & consummationem, atque nouæ Ecclesiæ erectionem, pariter & ædificationem. Quando Apostolicum Ius regnandi, per missiones Religiosorum Operariorum nulla decrementa, imò ter maxima incrementa suscepit, vndecima vineæ hora, ideſt per quintam Mundi diuturniorem, & felicioremætatem.

Missiones Prophet. maior. & minor. à Pontificibus.

Salian. Annal tom 4. ad An Mundi 3408. num. 7.

Ann. Mundi 3408.

Paralipom. libro 2. cap. 17.

Ibid. cap 30

Missiones Leuitar. Sacer Scrib. & Pharisæorum, D. Matt. c. 23

APPENDIX MAGIS PRÆCIPVA

Diuina Sacro-Politica, qua vt Apostolicum ius regnandi in Ecclesia sua subsidium adhiberet, mittendorum Operariorum Castra per Religiosa vitæ Sanctiora Monastica instituta, in suo Spirituali Regno constituta prouidit Quinta signanter hac in Orbis duratione Nouissima.

I.

Sapientia ædificauit sibi domum (aiebat Paræmiastes) *excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam, misit Ancillas suas, vt vocarent ad Arcem, & ad mœnia Ciuitatis.* Quis in hac sapientialis Domus constructione; cum Sanctis interpretibus vniuersis, non suspiciat Regalis Christi Ecclesiæ ædificationem? Et quis in hoc parabolico ædificio non admiratur diuini Artificis regium opificium? Quandoquidem Ecclesiastici proprij Regni in vniuersò restaurationem, imò Synagogæ in Euangelicam Ecclesiam Catholicam translationem, & excellentiorem fidelium conditionem indicare intendens; non amplius simplicis vineæ, sed sapientialis, & Regalis Palatij, siuè Arcis, & Ciuitatis Propheticam Parabolam proponit, vt quanto nobilius Symbolum audirent

Prouerb. 9.

cò excelsius Regnum Ecclesiasticum Messiæ temporibus futurum intelligerent Verum enimuero ne in sublimioti spirituali hoc inutato Regno regnandi rationem paritet commutandam suspicarentur; vix Ecclesiasticæ Domus interiora composuerat, cum exteriora quoque vt curaret sapiens Diuinus Ædificator, Ancillarum ad exteros missiones commemorat, simul & institutas inchoat: *Misit Ancillas suas,* Harum sub-Ancillarum humili, abiectaq; conditione contemplantur quidem Sancti Patres, & Docti Expositores missorũ Apostolorum, Apostolicorumq; ministrorum humilitatem, atq; naturę vilitatem, siuè infirmitatem: in sapientiali autem ministerio, atque ancillatione supra humanum aliquod ferè Diuinum, nempè gratiosum charisma admirantur, simul & femineę repręsentationi virilem animum insitum contestantur, quoniam septuaginta interpretes pro Ancillas transtulerunt seruos. Quj igitur inuenientur in nostra Ecclesia Androgini, siuè Hermaphroditi huiuscemodi, qui promiscuum mysticum genus in se continentes, vtriusque sexus prærogatiuas, & excellentias præsefetant? nempè qui vtriusq; in Ecclesia institutę, & ab ipso Christo Regeconstitutæ actiuæ, & contemplatiuæ vitæ charismata, atque eminentias complectantur, simul & in Ecclesiæ bonum ipsi iugiter exerceantur? Non alios certè, apud Diuinorum Oraculorum expositores, tùm Seruos, tùm Saeras Ancillas reperire fas erit; quàm Sacrosanctas Virorum Sodalitates, Societates, & Regulares Monachorum, & Mendicantium, actiuorum scilicèt, & contemplatiuorum Confraternitates in Catholica Ecclesia ab ipso supremo Theatcha institutas, & statutas à principio, vti sępè sæpius iam supra ex multis Ecclesiasticis Annalistis, signanter ex nostro Capuccino Iacobo Bolduco probauimus. Vt igitur nunquam ab initio Ecclesiæ ad finem vsq; Religiosarum Virorum perfectorum Sodalitatum interruptam continuationem, perseuerantiam, & Apostolationem euidentius comprobemus, copulare Capuccini dictis conscripta à Religiosissimo, ac doctissimo viro Thoma Vualdensi Carmelira, & hic describere lubet: *Enos primum meruisse, originemque fuisse in forma Religiosorum perfectorum, in statu natura. Patet: sic ergo fundamento Religionis perfectæ dato satis perspicuè, primò in Seth, Enos, & Henoch primis Fidei Patriarchis, ex verbis scripturæ, & veterum expositorum eius, scilicèt Augustini, & Bedæ cum aliis; & demum ex Cinsis filijs Rechabæum expositione eximij Rhabbani, & famosa traditione Ecclesiæ, & hoc pro statu Natura. Secundò desumpsit in Helia, Helisæo, & cæteris filijs Prophetarum, successiuè sæpius inuicem consequentibus; vsque ad Aduentum perfectionis Euangelicæ, cum expositionibus literatissimorum Hieronymi, & Augustini, & hoc pro statu legis Mosayca. Tertiò in primis fidelibus Hierosolymorum, qui voto abdicabant omnem temporalium proprietatem, continuò degentes in templo, pro quibus Apostoli fecerunt collectas in plebe, secundum expositionem literalem Hieronymi, Isidori, Bernardi, & veteris Dionysij. Deinde in Paulo, quis velauit Theclam, secundum Ambrosium. In Euphemia, siuè Iphigenia quam velauit B. Matthæus Euangelista. Et in cultoribus S. Marci, quos idem Euangelista constituit in Alexandria, secundum quod de eis scribit Doctor Philo contemporaneus S. Petri, & recitat Eusebius in Historia Ecclesiastica, & Hieronymus de viris Illustribus, & hac pro primano tempore legis gratiæ. Quartò de dilatatione eorum per tres Mundi plagas principales Asiam, Africam, Europam, & de laudabili conuersatione eorum in ijsdem, secundum Chrisostomum, Hieronymum, Augustinum, & Possidonium discipulum eius, & sibi contemporaneum.* Hæc ex Vualdensi fideliter breuiterque deducta.

II. Quæ autem, & quales modo recensitas Ancillas Religiones, siuè seruos Religiosos per vniuersi etiam remotissimas regiones mittendi causæ extiterint, nullas alias aptius adducere conuenit, quam vniuersalis Ecclesiæ ædificandæ perurgentes necessitates, quas manifestissimè indicat Spiritus Sanctus in præcitatis scripturæ notis: *Misit Ancillas suas, vt vocarent ad Arcem, & mœnia Ciuitatis: Si quis est parvulus veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis: Relinquite infantiam, & viuite de reliquo, & ambulate per vias prudentiæ.* Domus sapientię, nempè Ecclesia Catholica, ob eminentiam ęterandorum, & sublimitatem inuincibilem credendorum nuncupatur Arx; ob verò congregatorum fidelium charitatis vnionem, dicitur Ciuitas; tandem propter obseruandarum rationabilissimarum legum Iustitiam, & æquitatem, simul & legislatoris prudentiam, sapientissimamq; prouidentiam, inremeritò vocitatur Domus Sapientiæ: ad quam, si sibi consulere in æternum velint, accedere, & peruenire tenentur totius Orbis habitatores vniuersi, sicuti & tenebantur tunc paruuli, & insipientes. Paruuli meritò computabantur Iudęi, quos lex Mosayca ad nihil adhuc perfectum adduxerat, hoc est Dei cognitionem nullam perfectam tradiderat, quibusque Synagoga Mater lac temporalium, non escam, aut solidum ętęrnorum bonorum cibum premia gustanda proposuerat: ideò veluti modò geniti infantes futilia, & puerilia ludicra ambitione, auaritia, & libidine agitati tractabant, nec grandiorum cibum, nempè spiritualium virtutum, & Cœlestium charismatũ appetebant. Vnde Incarnatę Sapientię, nempè tamdiù expectato Messię, qui demani-

bus

Imperfectiori Eccl. sublimiori missiones instituuntur.

Religiosæ cõgregat. actiuorum, & cõtemplatiuorum ab initio, & per secula Ecclesię à Deo institutæ, & constitutæ.

Proverb. 9.

bus illorum infantilia corporalia eripere gestiebat, vt virilia, & Spiritualia illis largiretur, grauiter adeo excandescentes succensuerunt; vt eum morti traderent, sicque enormiter desiperent: sapientissimam ab eo promulgatam Euangelicam legem gratiæ respuentes, vocationem renuentes, & nouam Ecclesiam persequentes, imo extinguere, & suffocare conantes. Insipientium postmodum nomine censentur Gentiles, qui in Græcię scholis, & Romanis Theatris dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, eòq; dementiæ illorum stultitia processit; vt tùm flagitiosis hominibus, tùm luxuriosis mulieribus, tùm immundis animalibus: imò lapidibus, & lignis incommunicabile Deitatis nomen communicauerint, imò vnum verum, & legitimum Deum Cœli, & Terræ Dominum quasi Anonymum, imò Acæphalum insipienter ita oblini cerentur; vt cum naturali dictamine, quasi congenito lumine illum cognouissent, non sicut Deum illum glorificauerint, sed euanuerint in turpioribus, simul & insipientioribus cogitationibus suis: Ioui adultero. Marti sicario, Mercurio Circuitori, Baccho bibacci, & Salaci Veneri solicitè litantes, imò instar bacchantium furentes aduersus Christi Crucifixi legem, Ecclesiam, & Religionem, eam cunctis conatibus de Mundo eijcere satagerẽt Paruulos tandem, simul & insipientes tertiò addere debemus Hæreticos signanter Nicolaitas, Symoniacos, & præcipuè Arianos, & Donatistas, qui ab incunabilis nouam Euangelicam Ecclesiam, & vix quartum sæculum attingentem subuertere, atque peruertere conatibus omnibus enixi sunt, non falsis dogmatibus duntaxat, sed & eò magis Hæreticorum Regum, & Imperatorum Tyrannide, violentia, & ferro iugulare Ortodoxos fideles, præcipuè sacros Præsules, Antistites, & validos Antagonistas festinabant. Vnde & firmiores Columnæ nutantes Domum Dei mox collapsurã minabantur. Quare ter maximus ipse Thearca Deus, vt confirmaret columnas eius nẽpè Ecclesiæ tibi familiare, & consuetũ regnãdi ius, nempè Ecclesiasticas Religiosorum Missiones continuare, & iugiter adhibere decernens, in quaternis prioris Ecclesiæ durationibus, cum ad vineam spiritualem exercendam emisisset Religiosas filiorum Dei, & Prophetarum sodalitates, tamquam sollicitas Ancillas, & seruos fideles; nouissimè ad paruulos insipientes, & desipientes conuocandos, atque ad sapientiæ domum inuitandos perfectiorum seruorum, & Ancillarum acies prouidit, destinault, & ordinauit.

Ad Paruulos Hæreticos insipientes Gentiles, & ad desipientes Hæreticos conuocandos mittuntur Relig.

In quinta igitur Ecclesiæ vniuersalis duratione nobiliorum plurium ancillarũ missiones, hoc est perfectarum magis Sodalitatum Religiosorum seruorum Dei institutiones intra nouam Euangelicam Ecclesiam numeramus: siquidem vna cũ ipsa Christiani nominis Religione Religiosæ quoq; sublimioris vitæ professio exoria est: nam ex magno illo inter Dei Filium, & Ecclesiam Euangelicam contracto per Spiritum Sanctum Sacramento, ideſt Sacro Matrimonio, hæc Mystica Eua omnium credentium effecta parens, vnico priori partu gemellas edidit sorores, perpetuò, & integras Virgines, & fœcundissimas Genitrices futuras; quarum altera cunctis fidelibus in Christum credentibus vocatur communis Religio; Altera verò, ex Christianis quibusdam obseruantiorem vitam, perfectioresque mores profitentibus, simul & ex instituto virtuti incumbentibus, sub certa viuendi regula, & exercendi Diuini cultus disciplina approbata, in Congregatione concorditer degentibus coalescens dicitur peculiaris Fraternitas, seù Religio Monastica, quæ in nouo testamento Iesum Christum quidem habuit Primarium institutorem legitimum, & Canonicum, tàm in propria ipsius, quàm in suorum Discipulorum personis hanc incohantem, simul & profitentem: verùm Præcursorem & prioritate temporis exercitatione Principem, & Primarchain fundatorem Ioannem Baptistã agnouit: quippè qui vix septimum suæ tenellæ ætatis annum attigerat, quando ad deserta confugiens Anachoreticam, simul & Monasticam, ante similem (ne dicã) humanam vitam agere cepit. Incæpit ergo perfectorum ad Apostolicum ius regnandi in Ecclesiastico Regno in perpetuũ à Deo Rege mittendorũ excellentior Religio, antequam Cœlorum Regni prædicatio vel per Præcursorem, vel per Messiam initiaretur. Priora igitur, simul & principaliora sua primordia in Christi Messiæ, & Ioannis Præcursoris personis insignioribus accipiens Euangelica perfectio, exordialia sua incrementa tum in Iesu Christi Saluatoris, tùm in Baptistæ Fundatoris Discipulis successiuè percepit, ipsis in exorientis Ecclesiæ initijs. Crescente autem post Domini Ascensionem Discipulorum numero, excreuit pariter cum illis perfectorum Religio; ita vt perfectionis Euangelicæ obseruandæ voto emisso, terrenarum suarum opum diuenditarum pretium, tamquam quid vile pedibus Apostolorum calcandum exponerent, quò impensius ipsi spiritualibus professi Religionis, atque sublimioribus virtutum exercitijs incumbere, & vacare valerent. Vnde hi fideles ex proposito perfectioni studentes, Discipuli antonomasticè nuncupabantur in primæua illa Ecclesia (vt patet ex Actis) eorumq; Sodalitas Discipulorum Congregario vocitabatur in Indea, ad cuius exemplum, & imitationem D. Marcus Euangelista, Diui Petri Summi Pontificis Assecla, præcecen-

Religio Christiana duplex communis, & peculiaris.

III.

sitę

sitæ Congregationis & ipse alumnus, vt potè qui Discipuli nomine pariter censebatur, factus, & ordinatus Alexandriæ in Ægypto Metropolitanæ Ciuitatis, & Ecclesiæ Antistes, Religiosam Discipulorum Societatem inibi congreganit, quibus viuendi perfectius Euangelicum institutum proposuit, atq; ex hac, à Sacro Præsule, & Euangelista Marco instituta in Ægyptiana Ecclesia Congregatione egressi sunt Ægyptij viri Religiosi, qui Anachoretica In vniuersis illius regionis desertis postmodum per plura priora sæcula viram tàm admirabilem sunt prosecuti, sicuti in tota Syria ac Palæstina veterum Patriarcharum Eliæ, & Elisæi, necnon D. Ioannis Baptistæ vestigijs inhærentes, solitariorum acies antra deserti, & desertos specus incolere, atq; inhabitare in sæcula futura perseuerauerunt, vsquequò à Diuino Theatro diuinitus emissi noui rectamèti perfectioris generationis, & posteritatis Patriarchæ superuenerunt, Paulus scilicèt, Antonius, Pachomius, & Hilarion illis per desertas solitudines dispersis Anachoretis Diuinitus acceptas Sacra colendi Regulas præscribentes, Anachoreticæ solitariæ, simul & Monasticæ regularis vitæ copulandæ, in communi deinceps instituendæ modum tradiderunt: quos in posterum secuti Basilius, Benedictus, Romualdus, Bernardus, & Bruno in Monasterijs, & Cœnobijs deserti solitudinem inuenire, & arctiorem viuendi formam prosequi, atq; diligentius excolere suis regulis docuerunt.

Congregationes Discipulorum, & Hierosolimitana, & Alexandrinæ.

IV. Quò igitur fundato in spirituali suo Regno Ecclesiastico ius regnandi Apostolicum continuari valeret: Apostolicam perfectionem profitentes instituit mediatè Monasticos Ordines infra numeratos Filius Dei Iesus Christus, vniuersorum Protopatriarcha, simul & ter Maximus Præsul:

Primò: Incolæ Deserti à

Ann. Christi 7. D. Ioanne Baptista, sub ipsis Euangelicæ Ecclesiæ primordijs, discipulos congregante exordium acceperunt in desertis Palestinæ: In cuius Carmelo Monte Filij Prophetarum Eliæ, & Elisæi adhuc perseuerabant in Religioso cultu, vnde RR. PP. Carmelitæ processerunt:

Secundò: Discipulorum Congregatio Hierosolymitana ab

Ann. Christi 32. & deinceps. Iesu Christo primùm, postmodùm ab Apostolis in Hierusalem sub D. Petri supremo Pontificatu, & Iacobi Alphæi primi Hierosolymorum Episcopi regimine: ex Actis Apostolorum.

Tertiò: Discipulorum Congregatio Alexandrina à

Ann. Christi 48. D. Marco Euangelista, qui ex antiquis religiosis Essenis Christi Discipulis effectis, Monachismum instituit ad formam Euangelij, in Ægypto sub Petri Pontificatu. Ita Baronius Annal. Tom. 3. num. 16.

Quartò: Anachoretas

Ann. Christi 250. D. Paulus I. Eremi dictus cultor, vel in Thebaide suo exemplo instituit, vel à D. Ioanne Baptista primùm institutos, postea destitutos sua directione restituit: Regnante in Ecclesiastico Regno Romano Pontifice Fabiano: ex scriptoribus vitæ Sanctorum.

Quintò: Cœnobitas

Ann. Christi 328. D. Antonius à D. Marco institutos, ideſt instituta Cœnobitica vitam iam deperditam in Terra Ægypti ob Tyrannorum in Christianos persecutiones instauravit, sub Pontifice Diuo Siluestro, vti asserit Baron. Tom. 3. num. 16. & 17.

Sextò: Monachorum

Ann. Christi 330. D. Pachomius, accepta Diuinitus per manus Angeli Regula, constituitur Pater Tabennesiotarum, sub eodem Siluestro Pontifice, sicuti legitur apud Lippoman. Tom. 3 vitæ Sanctorum.

Septimò: Monachos, & Cœnobitas

Ann. Christi 361. D. Basilius vnà cum D. Gregorio Nazianzeno à Regulari tramite declinantes reduxit, & Monasticam vitam reformauit in Armenia, Ponto, Paphlagonia, alijsq; adiacentibus Prouincijs, sub Pontifice Liberio, iuxta Baronij testimonium Tom. 3. num. 50.

Octauò: Clericos Regulares

Ann. Christi 400. D. Augustinus instituit, & adhibita Regula firmauit; quos D. Eusebius Vercellensis Episcopus accepta à Sanctis Antonio, & Hilarione methodo in sua Ecclesia informare inchoauerat. Augustini verò institutum confirmauit siue Anastasius, siue Innocent. Rom. Pontif. ita Bellarminus in Chronol

Monasticam Professionem in Italia

Ann. Xpi 524. D. Benedictus Romanus cepit instaurare, sedente Ioanne Pontifice in Petri Cathedra.

Anachoreticam Solitudinem in Italia

Ann. Chr. 1009. D. Romualdus Italus reflorescere fecit, sub Sergio Quarto Romano Antistite.

Carthusianos

Ann. Chr. 1084. D. Bruno Colonienſis, sub Pontificatu Victoris Tertij in Gallia, & Italia instituit.

Ordinem

Ordinem Cistercienſium, & Cluniacenſium
D. Bernardus Burgundus in Gallijs reſtaurauit, ſub Pontifice Gelaſio. Ann. Chriſti 1118.

Hæ igitur hactenus à nobis ſignatæ computantur ſelectiores, & inſigniores Religiones Monaſticæ, Religiosorum militum Cohortes, quas pro Apoſtolico iure regnandi, in Eccleſiaſtico mo Regno exercendo poſt Epiſcopos Cœleſtis ipſe Rex elegit, ſimul & per Proreges Spirituales, nempè Romanos Hierarchas ad Eccleſiaſticas Miſſiones per Orbem emiſit, primam per Eccleſiæ Catholicæ Chiliadē, ideſtdecem per priora Euangelij ſæcula.

CALCVLVS SEPTIMVS

Eccleſiaſtici ſpiritualis Dei Regni indigentijs ſublenandis Apoſtolico regnandi iure, Religioſorum nempè continuata Miſsione & ipſe Ieſus Chriſtus Filius Dei Primarchius, & ſucceſſores Summi Pontifices Euangelicæ Eccl. vſi ſunt per Quinta Ætatis Mundi ſæcula decem Prima Chiliadis.

I.

PRimo exorientis Chriſtianę Eccleſię ſæculo Hierarchicum clauum tenuerunt Primarij Hierarchæ ſeptem, qui ſui Sacerdotij diebus, & annis quotidianas exurgentes, & perurgentes Eccleſiaſtici Regni ad ſublenandas neceſſitates, Iure regnandi Apoſtolicum perpetuò adhibuerunt, Religioſos tum Propagatores, tum Propugnatores cunctis emittendo. Horum igitur mittentium Primicerius, & Primarius ad vniuerſum iure naturæ ſibi abſolutè ſubiectum ratione gratię proprio ſpirituali Regno liberè ſubijciendum, miſit

IESVS CHRISTVS Meſsias Proto Pontifex Per ſua Vita Annos 34.

PRimum Ioannem Baptiſtam Eremi incolam, & ex Diſcipulis eius nonnullos Viros Religioſos. Ab Anno Mundi 4011. vſque ad 4046.

Secundò Duodecim Apoſtolos: Tertiò Septuaginta duos Diſcipulos, pluresq; alios, vti Paulum, Barnabam, Marcum, Lucam, & conſimiles, Vniuerſos Euangelicę perfectionis profeſſores eximios, & ſingulares, ad Quatuor Orbis plagas. Chriſti vitæ 29. ad 34.

D. PETRVS Vniuerſalis Eccleſiæ Prorex, Primus Romanus Antiſtes Per ſui Pontificatus Annos 35.

Baron. Tom. 1. An. Coriol Capuc. in ſuo Bren. Chron. Bozius de Sig. Eccl. Tō. 2. lib. 4. & alij

QVamplurimos, imò ferè cunctos Primæuę Congregationis Diſcipulos, & Religioſos Fratres miſit ad diuerſas Mundi partes, & partium Regna, ac Prouincias Epiſcopos Curatores Animarum, Sacroſancti Euāgelij Prędicatores, Fidei Satores, ſimul & Eccleſiarum fundatores (vt ex Baronio, & alijs) ſignanter in Aphrica, & Europa, nempè in Italia, Hiſpania, Germania, & Gallia. Ab Anno Chriſti 35. ad 69.

LINVS Petri ſucceſſor, Romanus Pontifex Per annos Vndecim

Baron. Tō. 1. Annal. Ann. Chriſti 80.

FEcit ordinationes duas, quibus ordinauit, & miſit Epiſcopos quindecim, Presbyteros decem, & octo viros religioſos. Ab Anno Chriſti 69. ad 80.

CLETVS. Pontifex Maximus Per annos duodecim

Baron. Tō 1. Ann. Coriol. Cap uccin. in Chronol. Breuiario.

EX præcepto Beati Petri viginti quinque religioſos Presbyteros ordinauit in Vrbe. Ab Anno Chriſti 80. ad 92.

CLEMENS

Clemens Pontifex Maximus
per annos nouem

Ab An. Christi. 91. ad 99.

QVi D. Dyonisium Pauli discipulum, simul Rusticum, & Eleutherium viros Apostolicos in Gallias misit: Vltra Diaconos duos, Presbyteros decem, & Episcopos quindecim, quos ad diuersa loca ordinauit ex perfectioribus assumptos.

Tō. 1. Annal. Baron. Platina in Vit. Pont. Bozius T. 1. l. 4. fig. 6. c. 8. de fig. Ec.

Anacletus Pontifex Romanus
per annos nouem

Ab Ann. Christi. 99. ad 108.

QVi mense Decembri ordinatos pios homines Diaconos tres, Presbyteros quinq; Episcopos sex ad varias Ecclesias destinauit.

Baron. Tō. 2. Annal. Platina in Vit. Pontif.

Euaristus Pontifex Romanus
per annos nouem

Ab An. Ch. 108. ad 117

CReauit quadruplici ordinatione fideles Operarios Diaconos duos, Presbyteros decem & septem, Episcopos pro varijs Ecclesijs quindecim.

Baron. Tom. 2. Annal.

SÆCVLO SECVNDO.

ECclesiasticum Spirituale Regnum administrauere decem Romani Pontifices, qui distinctis Ordinationibus initiatos discretè miserunt:

Alexander per annos vndecim

Ab An. Ch. 117 vsque 128.

Diaconos duos, Presbyteros quinq; Episcopos quinque.

Baron. Tō. 2. Ann. Platin. & Corsolan.

Sixtus per annos decem

Ab An. Ch. 128. ad 138

Diaconos vndecim, Presbyteros vndecim, Episcopos quatuor.

Baron. Tō. 2. Annal. Cor. Plat. & Boz.

Telesphorus per annos quatuordecim

Ab An. Ch. 138. ad 152.

Diaconos octo, Presbyteros duodecim, Episcopos tredecim.

Baron. T. 2. Annal. Cor. & Platina.

Hyginus per annos quatuor

Ab An Ch. 152. ad 156.

Diaconos quinque, Presbyteros quindecim, Episcopos sex.

Baron. T. 2. Annal. Cor. & Platina.

Pius per annos nouem

Ab An. Ch. 156. ad 161

Diaconos viginti vnum, Presbyteros decem & octo, Episcopos duodecim.

Baron. T. 2. Annal. Cor. & Platina.

Anicetus per annos octo

Ab An. Ch. 165. ad 173.

Diaconos quatuor, Presbyteros decem & septem, Episcopos nouem.

Baron. T. 2. Annal. Cor. 1 Breu. Chr.

Soterus per annos quatuor

Ab An. Ch. 173. ad 177

Diaconos nouem, Presbyteros decem & octo, Episcopos vndecim.

Baron T. 2. Annal. ex Corsolano.

Baron. Tó. 2. Annal. Coriolan & Platina Beda in hist. Anglorũ lib. 1. cap. 4. Pat. Zac. Bouér. Capuc. Dem. Symb. Fid. Tom. 3. Dem. 1. art. 3.

Eleutherius per annos quindecim

VLtra Diaconos octo, Presbyteros duodecim, Episcopos quindecim misit in Britanniam, à Rege Lucio rogatus, quasi Apostolos (air Coriolanus nostr:) Fugatium, & Damianum viros religiosos, qui totã Insulã Christo, Spiritu aliq; eius Regno subiugarunt, vnde post eos submissi sunt illo tres Archiepiscopi, & viginti octo Episcopi. Ab An. Christi 177 ad 192.

Victor per annos nouem

Baron. Tó. 2. Annal. Coriolan. Brev. Chron. H. C. Boetius lib. 6 hist. Scotorũ.

DIaconos septem, Presbyteros quatuor, Episcopos vndecim, & plures viros Religiosos ad Donaldum Scotorum Regem, inter eos Albionem. Ab ann. Christi 192 ad 201.

Zephirinus per annos decem & octo

Platina in Vit. Pontif. Baron. Tó 2. Annal. & Coriol. in Brev. Chron.

VLtra Diaconos septem, Presbyteros tredecim, Episcopos tredecim misit Origenem celeberrimum illius seculi Theologum, simul & Magistrum in Arabiam, & Palestinam, qui tandem Alexandriam regressus, Cæsareæ scholam aperuit, inde Græciam petijt. Ab Ann. Christi 205 ad 220.

TERTIO SÆCVLO

Pontifices Ecclesiæ præfuerunt Quindecim

Ita Baron. T. 2 An. Coriol Platina, & alij.

CAlixtus, Vrbanus, Pontianus. Anterus. Fabianus. Cornelius, Nouatianus, Lucius, Stephanus, Sixtus II. Dyonisius, Felix, Eutichianus, Caius, Marcellinus, qui omnes in diebus sui Sacerdotij, variis & discretis temporibus Religiosos, & doctissimos viros in Diaconos, Presbyteros, Episcopoq; ordinatos diuersis in necessitatibus, & angustijs Ecclesiastici Regni in subsidiũ miserunt. Per Ann. 84. ab Ann. 221. vsque ad 304.

QVARTVM SÆCVLVM:

Pontifices numero decem:

Bozius de Sig. Ecc. T 1. lib. 4. Sig. 6. cap. 2. Baron. Tó. 3. Annal. Coriol. & Plat.

MArcellus, Eusebius, Melchiades: quorum primus vltra duos Diaconos viginti quinque Presbyteros, simul & Episcopos viginti vnum misit etiam in Persiam ad Saporem eum familia Regem baptizandum Cyriacum Romanum Diaconum. Secundus, nempè Eusebius creatis Diaconis tribus, Presbyteris tredecim, Episcopis quatuordecim per loca diuersa misit: specialiter ad Ecclesiam Vercellensem conuertendam perfectè, simul & administrandam Eusebium Sardum Religiosissimum Operarium, cui in baptismate suo nomine impositio, In ordinatione singularem Galliæ Cisalpinæ Missionem commendauit. Tertius tandem Melchiades ordinatos Diaconos senos, Presbyteros septem, Episcopos duodecim ad egentes Ecclesias destinauit. Ab Ann. Christi 304 ad 309.

Baron. Tó. 3. Annal. Coriol. & Plat. in Vit. Pontif.

Silvester Romanus Pontifex
Per annos viginti duos.

Memorãda permulta ab Ecclesiasticis scriptoribus describenda patrauit pro Ecclesiastico Spirituali Regno Christi promouendo, ad sublimioremq; statum prouehendo, quæ cum passim apud Annalistas, & Ecclesiasticos historicos perleguntur, pro meo more Apostolicorum Ministrorum dumtaxat Missiones mihi epitomaticè recensendæ supersunt, à Silvestro Pontifice pro diuersis Ecclesiæ Catholicę indigentijs subleuandis præstitæ. Præter igitur Diaconos triginta sex, Presbyteros quadraginta duos, Episcopos sexagintaquinque ordinatos, & Canonicè ad diuersas Ecclesias missos; Silvestri Pontificis Romæ tunc regnantis auctoritate sibi cõmissa, D Athanasius Episcopus, & Patriarcha Alexandrinus selectos, & vocatos à Cœnobijs Sanctissimos Monachos, inter hos Serapionem, Apollonium, Agathonem, Aristonem, Aminonium, Cuem, Paulum, & Dracontium ordinatos Episcopos aduersus Arium, & Meletium misit strenuissimos Operarios, pro Ecclesiastici Regni vnitate propugnanda, anno quinrodecimo Pontificatus Diui Silvestri Papæ. Ab Ann. Christi 314 ad 336.

Baron. Tó. 3. Annal. Plat. in Vit. Pontif.

Ann. Christi 318.

Coriol. Capuccin. in suo Brev. Chron

Ann. Christi 335.

Marcus

Marcus per Annum, & Iulius per Annos quindecim.

De priori, Marco scilicèt Romano Antistite nihil referendum occurrit, nisi quod Diaconos sex, Presbyteros vigintiquinque Episcopos octo ordinatos misit. Huic succedens Iulius in D. Petri Cathedra ordinauit quidem & ipse Diaconos tres, Presbyteros decem & octo, Episcopos nouem, supra quos sui Pontificatus intra annos Abrahamius Anachoreta per Parthenium Episcopum ordinatus mittitur in Hellespontum ad prædicandā Christi Fidem Idololatris, ex quibus Tenianos, alioiq; ad Ecclesiam perduxit Anno primo Iulij. Tempore cuius pariter administrationis D. Antonius Monachorum Patriarcha pluries signanter ab Athanasio Episcopo Alexandrino aduersus Hæreticos in Ægyptum mittitur.

Ab Ann. Chri. 336. ad 337. Baron. Tō. 3. Annal.

Ab Ann. Chri. 337. ad 352. Coriol. & Platina.

Liberius Romanus Antistes per annos quindecim:

In subleuandis Ecclesiastici regni angustijs per sui temporis Hæreticos excitaris Liberius Pontifex Maximus prudentissimè regnandi Apostolica ratione vsus, Religiosos integerrimos, & doctissimos viros legatos ad Ecclesias Orientales, & Occidentales mittere multiplicauit, inter hos Eusebium Vercellarum Episcopum semel ad Imperatorem Constantium Arianum pro Concilio congregando, iterum & pluries ad nutantes Ecclesias confirmandas, & subuersos reducendos. Hnius sub Pontificatu Apollonius Monachus ad gentes prædicans, & signa faciens, plurimos conuertit. Liberius ordinatos Diaconos quinque, Presbyteros decem & octo, Episcopos decem & nouem ad indigentes Ecclesias emisit.

Ab Ann. Chri. 352. ad 367. Baron. Tō. 3. & 4. Annal. Eccles. Bozius de sig Eccles. Tō. 3. li. 5. sig. 1 a. c. 4. Platina in Vit. Pontif.

Damasus Romanus Episcopus per annos decem & octo.

Sæuientibus Arianis aduersus legitimam Dei Ecclesiam, hanc vt propugnaret Damasus Sanctissimus Pontifex, Apostolico regnandi iure adhibito, Eusebium Vercellensem, & Luciferum Calaritanum Episcopos ad Orientales Fideles mittere perseuerat: Ad Gothos Vulphilam; ad Mediolanensem Præsulem Ambrosium, simul & Ecclesiam Simplicianum Religiosum Magistrum mittere inchoat. Sub hoc Pontifice in Ægypto Vniuersi Monachi in Deserto Nitriæ viuentes ab Arianis expulsi suis solitarijs sedibus, atque in infidelium proximè adiacentem insulam in exilium pulsi vniuersos insulanos, ad Christum perduxerunt. Damasus igitur Diaconos vndecim, Presbyteros triginta vnum, Episcopos sexaginta duos ordinatos ad propria loca destinauit: Suaq; auctoritate Sanctum Hilarionem Monachorum parentem ad infideles Sarracenos prædicantem, & Moysen ex Monacho Episcopum consecratum eiidem Præsidentem confirmauit.

Ab Ann. Chri. 367. ad 385. Bozius Tō 1. lib. 5 sig. 1 a. cap. 4. de Sig. Eccles. Plat. in Vit. Pont.

Syricius Pontifex Romanus per annos quatuordecim:

Laborabat in Gallijs Spirituale Dei Regnum tempore Syricij, qui propterea Legatos misit ad congregandum Concilium in Vercellensi Ciuitate. Hi cum essent Viri Religiosi, nempe Presbyteri nomine Crescentius Leopardus, & Alexander; demandatum onus fideliter impleuerunt. Syricius itidem ordinatos Diaconos sexdecim, Presbyteros triginta vnum, Episcopos triginta duos per indigentes Ecclesias distribuit.

Ab Ann. Chri. 385. ad 398. Baron. Tō. 4. Annal. Coriol. Cap. in Breu. Chr.

Anastasius per annos quinque:

Qui Diaconos quinque, Presbyteros octo, Episcopos decem ordinatos dimisit.

AbAn. Ch. 398. ad 402. Baron. Tō. 5. Annal. Cor. & Platina.

QVINTVM SÆCVLVM

PEr cuius durationes Romani Pontifices duodecim texerunt Ecclesiam, Apostolicam imperandi rationem, nempè Religiosorum Missiones adhibendo.

Innocentius per annos sexdecim, & Zosimus per annos duos:

Hi Cathedram Petri ascendentes sua ordinatione miserunt: Primus scilicèt Innocentius Diaconos quindecim, Presbyteros triginta; Episcopos quinquaginta quatuor. Zosimus rursus Diaconos tres, Presbyteros decem Episcopos octo. Inter hos D. Augustinum Sanctissimum simul, & celebertimum Ecclesiæ Doctorem in Mauritaniam destinauit, vt Donatistarum temeritatem in Aphrica reprimeret. Anno 418. delegauit pariter Zosimus legatos à latere Religiosos viros ad Carthaginenses, & Picenos Sedi Apostolicæ reconciliandos.

Ab Ann. Chri. 402. ad 419. Baron. Tō 5. Annal Cor. ntē, & Plat.

Bonifacius per annos quinque

Diaconos tres, Presbyteros tredecim, Episcopos triginta sex ad diuersas Ecclesias misit. Sub his diebus Euthymius Monachus in Arabia infideles quamplurimos Christiano Spirituali Regno subdidit, & nouum Episcopatum fundauit anno 420.

Ab Ann. Chri. 419. ad 424. Baron. Tō 5. Annal. Cor.

Cœlestinus per annos nouem:

Ecclesiastici Spiritualis Regni tranquillitatis emulator, & zelans hic Sacerdos Summus supra ordinatos Diaconos duodecim, Presbyteros triginta duos, Episcopos sexaginta duos, intelligens remotiora Regna Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Pelagiana Hæresi infecta graniter laborare, opportunè pro illarum Ecclesiarum indigentia, ad eos misit Palladium Diaconum Romanum, D. Germanum Autilio-

Ab Ann. Chri. 424. ad 432. Bar. T. 5. An. Cor. & Plat. Boz. T. 1. lib. 5 sig. 3 a. c. 1. de sig. Eccl.

dorensem Episcopum, Diuumque Patritium ad Hibernos conuertendos.

Sixtus per annos octo

Baro. Annal. T. 5. Coriol. Capucc. & Platina.

Diaconos duodecim, Presbyteros vigintiocto, Episcopos quinquaginraduos misit. Ab Ann. Chri 432. ad 440.

Leo per annos vigintiunum

Strenuè, & laboriosè aduersus diuersos Hæreticos decertans D. Leo Pontifex Romanus, pro Ecclesiastici Regni necessitatibus pluries, & quàplurimos Legatos Religiosissimos viros, & Antistites ad diuersas Orientis, & Occidentis Ecclesias tranimisit. Sub cuius Pontificatu Martinianus, Saturnius cum geminis duobus alijs Fratribus Monachis in Aphrica Maurorum regionem ad Catholicam Ecclesiam perduxerunt. Ille verò Sumnus Antistes ordinatos Diaconos trigintaunum, Presbyteros octogintaunum, Episcopos centum & octogintaquinque per egenas Ecclesias, & diuersas regiones ad Apostolandum distribuit.

Baron. Tó 3. Annal. Co-sinl. & Plat. Ab Ann. Chri 440. ad 461.

Pontifices Seni: Hilarius, Simplicius, Felix, Gelasius, Anastasius, Symmachus, ferè per annos quadraginta

Ordinationibus varijs miserunt Diaconos quadragintaquinq; Presbyteros ducentos & quadraginraseptem, Episcopos trecentos & trigintanouem Viros Religiosos. Ab Ann. Chri. 461. ad 5 4.

SEXTVM SÆCVLVM

Baron. Tó. 7. Annal. Bozius Tó. 1. l. 5. Sig. 11. c. 4. Coriol. & Platina. Ab Ann. Chri. 514. ad 53-.

PONTIFICES tredecim Ecclesiasticum Regnum enauerunt discretis annis, quorum priores quatuor Ius regnandi Apostolicum nequaquam neglexerunt, sed Diaconos, Presbyteros, & Episcopos ordinatos destinauerũt Hormisdas, Ioannes, Felix, & Bonifacius; signanter autem Hormisdas plures pro Catholica Ecclesia ad Græcos Imperatores, & Patriarchas Religiosorum Præsulum legationes ordinauit.

Ioannes Secundus per annos tres.

Bar S. Annal. Tom. 7. Ab Ann. Chri. 532. ad 535.

Huius tempore Sanctus Quiriacus Anachoreta laboriosè pro Catholica Fide, aduersus Origenistas destinatus decertauit.

Agapitus per annos duos:

Bar. T. 7. An. Boz. de Sig. Eccl. T. 1. l. 4. Signo. 6. Ab Ann. Chri. 535. ad 537.

Ordinatos Diaconos quatuor, Episcopos vndecim emisit ad diuersa loca, signanter à Frotone Rege Daniæ postulatos Doctores religiosos eoneessit, vti alterit Bozius.

Pontifices per annos vigintitres.

Baron. Tó 7. Annal. Ab Ann. Chri. 537. ad 560.

Siluerius, Vigilius, Pelagius ordinarunt, & distribuerunt Diaconos 12. Presbyteros 28. & Episcopos 42. Ministros Religiosos,

Ioannes Tertius per annos tredecim

Baron. Tó 7. Annal. Cor. & Platina. Ab Ann. Chri 560. ad 573.

Diaconos tredecim Presbyteros triginta octo, Episcopos sexagintaunum per loca diuersa distribuit. Sub his temporibus Martinus Dumiensis Monasterij Monachus, & Abbas ad Sueuos missus, regulam Fidei, & Religionis illis populis tradidit, Ecclesias informauit, & condidit Monasteria, religiosæ institutionis præcepta tradens. Regnante eodem Pontifice D. Columbanus Monachus ad Hibernos, Anglos, & Pictos venit, Euangelium prædicauit, conuertit, & Monasteria fundauit. Ann. 565.

Benedictus, & Pelagius per annos decem & septem

Baron. Ts. 7. Annal. Ab Ann. Chri. 578. ad 590.

Ad Ecclesiam excolendam Diaconos, Presbyteros, & Episcopos ordinatos emiserunt suis temporibus.

Diuus Gregorius Magnus per Annos Quatuordecim,

Baron. Tó 8. Annal. Boz. T. 1. lib. 4. Sig. 6. n. 1. de Sig. Eccl. Beda, Coriol Capuc. & Plat Ab Ann. Chri. 590. ad 604.

Celeberrimus hic Ecclesiæ Doctor, & Sanctissimus Romanus Antistes, non per seipsum solummodò, sed & per electos à se Ministros Apostolicum ius regnandi exercere perseuerauit. Vltra enim quinq; Diaconos, trigintanouem Presbyteros, & sexaginta duos Episcopos, quos bina ordinatione creauit, & destinauit; diuersis etiã continuatis Missionibus Religiosos Pugiles, & Monachos integerrimos in Ecclesiastici Regni subsidium delegauit pro varijs indigentijs:

Primò, Ad Theodelindam Reginam Longobardorum pro laborante Ecclesia misit Ioannem Abbatem, & Hyppolitum Notarium. Ann. 593.

Secundò. Ad Sardiniam Insulam pro reliquis Idololatris, Barbaricinis dictis, conuertendis Felicem Episcopum, & Cyriacum Abbatem. Ann 594.

Tertiò. Ad Anglos reducendos Augustinum, & Mellerium, aliosque nonnullos Monachos, qui remotum illud Regnum Ecclesiæ Catholicæ conciliarunt. Ann. 596.

Quartò In Siciliam pro Iudæorum Conuersione Faustinum delegauit. Ann 598.

Quintò Ad Galliarum, & Hispaniarum Ecclesias Cyriacum Abbatem. Ann. 599.

Sextò. Iterum ad Anglos plures alios Monachos, nempè Petrum, Laurentium Iustum, Paulinum, & Ruffinianum: Imò quoadusq; in Petri Cathedra sedit, nun- Ann. 601.

quam

qui cessauit à Religiosorum, signanter Monachorum Missionibus multiplicādis

SEPTIMVM SÆCVLVM

Pontifices Viginti.

Ab Ann. Christi 604. ad 607.

DVo Priores huius septimę Centurię Romani Præsules, nempè Sabinianus ac Bonifacius tertius, vltra consuetas Diaconorum, Presbyterorum, & Episcoporum Ordinationes, & Emissiones ex Sacris Ordinibus Religiosis electorum multos præterea Operarios in Domini Vineam destinasse legūntur per sua tempora.

Baron. Annal Tom. 8.

Bonifacius Quartus per Annos septem

Misit quidem ipse Diaconos octo, Episcopos verò per diuersa loca viginti quinque: Sed & eius tempore missus Beatus Columbanus Monachus, & Abbas Presbyter Venerabilis profectus est in Hiberniam, Angliam, & Scotiam. Postmodum ad

Ab An. Ch. 607. ad 614

Suecones accessit, inde ad Gallos, ad Sclauos, tandem ad Italos: quibus omnibus tum Sanctum Domini nostri Iesu Christi Euangelium prædicauit, & conuertit: tùm fidem Catholicam promulgauit, & reduxit plures per Olimpiades.

Baron. Tom. 8. Annal.

Decidedit per Annos tres, & Bonifacius quintus per annos octo

Ab An. Ch. 614. ad 626

Ordinatos plures Diaconos, Presbyteros, & Episcopos ex Religioso statu assumptos ad varias Ecclesias miserunt.

Baron. Tom. 8. Annal.

Honorius per annos tre decim

Consuetis ordinationibus Diaconos vndecim, Presbyteros tredecim, Episcopos octoginta vnum misit: sed & ordinaria Missione geminos duos Insigniores Antistites emisit, nempè Amandum Traiectensem ad Gentes, & Byrinum ad Britannos: imò cum singulari vigilantia Ecclesiasticum spirituale Regnum Christi propagare tageret, Apostolicos plures viros (iuxta Baronium) ad Oceani Occidentalis Gentiles Accolas transmisit. Huius tempore bini Monachi, nempè Blidulphus, & Aidanus electi, & ordinati destinati sunt ad Apostolicum munus exercendum, ille inter Longobardos in Italia, iste inter Anglos in Britannia, ad quam plures Monachi Aidani Ducipulli sunt pluries destinati variis Missionibus.

Ab An. Ch. 626. ad 638

Baron. Annal Tom. 8.

Quini Pontifices per annos sexdecim:

Seuerinus, Ioannes, Theodorus, Martinus, Eugenius. Hi pro suo munere distinctis, & diuersis Ordinationibus electos, & vocatos emiserunt in Vineam Ecclesiæ Operarios Diaconos, Presbyteros, & Episcopos: S. Martyrē Martinū præcipuè qui aduersus Imperatores, & Græcos Patriarchas hæreticos ad sanguinem vsq; decertauit, & Londolinum, atque Follianum Episcopos, simul & Landoaldum; ac Amandum Religiosos Ministros ad Euangelizandum Gentibus Christi Regnum destinauit. Cuius tempore Finanus Anglorum Episcopus baptizato filio Pendæ Regis Anglorum Mediterraneorum, Anglum filium misit, & cum eo ad illos catechizandos, & baptizandos Scotos Monachos Ceddam, Adam, Betti, & Diumam, qui inibi operantes Dominicam Vineam plantauerunt.

Ab An. Ch. 639 ad 655

Baron. Tom. 8. Annal.

Vitalianus per annos quindecim:

Ordinatos discretis temporibus emisit Diaconum vnum, Presbyteros viginti duos, Episcopos decem & octo Vitalianus hic zelotes Pontifex: verùm cum promouendi spiritualis Dei Regni zelo vehementius vrgeretur; binos religiosissimos, simul & eruditissimos Monachos ex Italia in Britanniam ad fidem Euangelicam propagandam delegauit.

Ab An. Ch. 655. ad 670

Baron. Tom. 9. Annal. Corio Capuan. in sua Baron. Chron. Platina in Vit. Pāp.

Pontifices tres pes Annos tredecim:

Adeodatus, Donus, & Agathon

Constitis Ordinationibus creatos Diaconos, Presbyteros, & Episcopos emittentes tres supraenumerati Præsules indigentibus Ecclesiis prouide consuluerunt vniformi consensu: Verùm Agathon intimiori sensu dolens super Græcam Ecclesiam Hæresi Monothelitarum grauiter tunc temporis ægrorante, misit ad illos curandos Monachos nonnullos vitę integritate, & doctrinæ excellentia insignes; Abundantium, & Ioannem Episcopos, Theodorum & Georgium Presbyteros, Ioannem Diaconum, & Constantium Subdiaconum Romanos, & Theodorum Presbyterum Monachum, & ipsum Rauennatem, iuxta Baronios numeros sub anno 680.

Ab An. Ch. 670. ad 683

Baron. Tom. 8. Annal.

Pontifices tres per annos tres:

Leo, Benedictus, Ioannes,

Propter breuiorem singulorum sui summi Sacerdotij, durationem copiosiores Ordinationes efficere nequiuerunt; ideò Episcopos dumtaxat nonnullos ad diuersas Ecclesias destinauerunt.

Ab An. Ch. 683. ad 686

Baron. Tom. 8. Annal.

Cononus per annos duos:

Baron. Ann. Tom. 8. Bozius Tom. 1. lib. 4. fig. 6. c. 1. de fig. Ec

Sacerdos Dei Maximus Cononus vltra sexdecim Episcopos viduatis Ecclesijs concessos, Sanctum etiam Monachum Kylianum Hibernum sponte oblatum in Franconiam ad Christi Regnum inter feras illas nationes promouendum emisit.

Sergius Per annos quatuordecim.

Ab Anno Christi 684. ad 684.

Nec prætermisit Sergius, imo multiplicauit Apostolicam Imperandi rationem pro Ecclesiastico Regno promouendo adhibere; Missiones varias instituendo: nempè Diaconos quatuor, Presbyteros decem & octo, Episcopos nonaginta septè, inter quos geminos Archiepiscopos Damianum Rutennarem, & Berectualdum Doroberncnsem in Britanniam consuetis ordinationibus delegando. Rursus vero celebri, ac singulari pietatis studio, cum S. Egbertus natione Anglus, professione Monachus, Sanctitate morum conspicuus, Gentium conuersionem zelando, seipsum cum duodecim Discipulis, & ipsis Monasticæ professionis alumnis, pro seductione Germanorum adhuc errantium obtulisset, Sergius Pontifex Christi Vicarius sibi oblatos duodecim Apostolicos viros, tamquam duodecim Apostolorum antiquorum nouos assecl as, & imitatores in Frisoniam misit ad prædicandum, & fundandum apud Barbaras illas Gentes Ecclesiasticum Dei Regnum. Duodecim autè Apostolicorū Operariorū Monachorum nomina sunt hæc: Vuillebrordus, Hubertus, Suuitbertus, Acca, Vhlrbertus, Vuillibaldus, Vuinibaldus, Lebuinius, duo Eunaldi, Vuerenfridus, & Marcellinus præsentis historiæ relator. Inter quos à Sancto Egberto nominatos, & præsentatos Pontifex ipse Vuillebrordum Frisonum Archiepiscopum, & Hubertum Leodiensem Episcopum creauit. Huius quoque Pontificis tempore duo itidem Monachi Presbyteri de natione Anglorum, ambo nomine Eunaldus, peruenerunt ad Saxones fidei Christianæ subiugandos Anno 693. Tandem iub finem huius Pontificatus obdormiuit in Domino Sanctus vir Trudonius Abbas, qui Hasbanijs Christi fidem annuntians, & laboriosa prædicatione explicans, tandem Hasbaniorum Apostoli ritulum adeptus est plurimos post exantlatos labores pro Dei Ecclesia sibi stabilienda.

Baron. Tom. 8. Annal.

Ab Anno Christi 688. ad 702.

OCTAVVM SÆCVLVM

Pontifices tredecim.

Pontifices Quatuor per Annos tredecim:

Baron. Annal Tom 8.

IOannes Sextus, Ioannes septimus, Sisinius, Constantinus singulari per sui discreti Regiminis breuiores annos consuetas ordinationes, & missiones haud negligerunt, quamdiu vixerunt.

Ab Anno Christi 701. ad 715.

Gregorius Secundus, & Gregorius Tertius Pontifices per annos decem, & septem ille, vndecim verò iste.

Barbo. Tom 9. Annal.

Vnus, & alter Gregorius Pontifices, sibi inuicem succedentes, congeminatas missiones ad Germanos emittere accelerauerunt. Primo enim Gregorius Secundus prater Diaconos quatuor, Presbyteros triginta quinque, pro diuersis destitutis Ecclesijs admittendis ordinauit Episcopos centum quadraginta octo; inter quos Diuum Bonifacium Episcopum Moguntinum, quem (cum biennio iam ante Sanctum Corbinianum Monachum ad Gentiles Frisingenses reducendos, & dirigendos destinasset) Monasticam perfectionem apud Saxones professum, simul & ad prædicandum Gentibus Regnum Christi profectum in Germaniam Apostolico munere perfunctorum emisit primo, deinde egregiè laborantem, atq; Christi Ecclesiam mirificè propagantem ad Frisones, & Cattos iterū haud inuti litet transmisit. Supra igitur recensiti secundi Tertius Gregorius vestigijs inhærens in Reguandi Apostolica ratione excolenda, varijs ordinationibus Diaconos tres, Presbyteros viginti quatuor, Episcopos tandem octoginta delegauit ad diuersas regiones: inter hos Vuinibum ad Baioariorum Ecclesiam gubernandam ordinauit, & destinauit.

Anno 719.

Ab Anno Christi 719 ad 731.

Anno 731.

Baron. Annal Tom. 9.

Zacharias, & Stephanus Tertius Pontifices per annos quindecim.

Prior Zacharias per decennium iuit Pontificatus octoginta quinque Religiosos Episcopos misit ad viduas Ecclesias. Tertius vero Stephanus præter duos Presbyteros, & totidem Diaconos, nec non viginti Episcopos, etiam Monachos quatuor, scilicet Vuaccarum, Gunderharum, Vuillibertum, & Adulphum Sancto Bonifacio Germanorum Apostolo Coapostolicos vitos copulauit. Iterum vero ex Romano Monasterio SS. Vincentij, & Benedicti Religiosos plures Abbates adscitos ad Aystulphum Longobardorum sequissimum Regem Nuncios destinauit.

Ab Anno Christi 732. ad 752.

Baron. Annal Tom. 9.

Pontifices Quatuor per annos quinquaginta nouem

Paulus, Stephanus Quartus, Hadrianus, Leo Tertius. Qui quaterni Præsules Romani ad quatuor Orbis portiones emittere non destiterunt Episcopos, signan-

rer

Ab An. Ch. 717. ad 816

ter Adrianus, qui centum & octoginta quinque Ecclesiæ Præsules, ac Sacros Antistites prouidit, Brettenū præsertim in Saxonia, cui Sanctum Willehadum Episcopum ordinauit: Sicuti Leo Episcopos viginti sex diuersis pro Diœcesibus creauit.

NONVM SÆCVLVM

Pontifices Decem & septem.

Stephanus Quintus & Paschalis per annos octo.

Ab Anno Christi 816. ad 824.

PRopitio Pontificio nomen satisfacientes Missiones, tum Prælatum, tum Religiosorum Operationum coluerunt pro Ecclesiastici regiminis indigentijs subleuandis.

Eugenius Secundus, Valentinus, Gregorius Quartus.

Tres recensiti Romani Antistites Vniuersalem Ecclesiam promouere satagentes, Ecclesiasticas Religiosorum Operariorum prouisiones magnifecerunt omnes; Eugeniusque præcipue, qui præcipuos Monachos Anigarium, Autbertum, Gisiemarum, & Anymarum ad Danos, Suedos, & Gothos redemendos proficiscentes Pontificia benedictione allocuit. Cui post Valentinum succedens Gregorius, Anigarium Archiepiscopum Amaburgensem consecrandum mandauit.

Ab Anno Christi 824. ad 844.

Pontifices tres per annos quatuordecim.

Sergius, Leo Quartus, Benedictus Tertius.

Ordinationes Diaconorum, Presbyterorum, & Episcoporum, iuxta morem statis temporibus continuarunt.

Ab Anno Christi 844. ad 858.

Nicolaus Primus per annos decem.

Nicolaus Romanus Hierarcha, qui cum promouendi Ecclesiastici Regni vigilans esset zelator, legationes varias ad Schismaticos, aliosque Ecclesiæ Catholicæ hostes reconciliandos emisit. Sacerdotij sui tempore, inter hos Episcopos nonnullos, ac Presbyteros ad Bulgaros, Bohemos, & Sardos, ad hos etiam misit Saxonem Monachum. Verum ter maximè memoriæ commendandum est quod iuxta his diebus binos Apostolicos Operarios celeberrimos, imò validiores, & infatigabiles destinauit ad Bohemos, Moranos, Slauos, Ruticios, Bosneates, Semios, Croatos, nempè Cyrillum, atq; Methodium Monachos vitæ Sanctimonia, & scientiæ eruditione celeberrimos, qui Aquilonares illas Gentes efferas manuetiores docuerunt, atq; Euangelico iugo subdiderunt.

Ab Anno Christi 858. ad 868.

Hadrianus Secundus per annos quinque.

Anno 867.

Hic egregius Pastor, & Pontifex, inter quamplurimos à se missos pro Ecclesiastica Vinea excolenda validos fatores, à suo Prædecessore Nicolao cœptam ad Bulgaros Presbyterorum legationem continuauit, simul & Sanctos Methodium, atque Cyrillum Roma discedentes ad Slauos direxit, & in Apostolico opere confirmauit.

Ab Anno Christi 868. ad 872.

Ioannes Octauus per annos decem.

Anno 868.

Sacros quidem Ecclesiastici Regni cultores emittere, non destitit hic Romanus Hierarcha; Verùm præcipui inter hos enumerantur Monachi plures Corbeienses, qui sanctitate conspicui Slauorum infidelium salutem sitientes, Nuncij Euangelici effecti, ad Slauos venientes ad Danos, siue Rugianos vsque pertenerunt Euangelizantes, & Ecclesias vbique fundantes. Rursus memorabiles signantur Monachi nonnulli, qui in Anglia Ecclesiasticam disciplinam instaurarent, è Gallia missi Guinbaldus, Ioannes, Asserus. Tandem prætatus Pontifex Methodium Moraviæ Archiepiscopum confirmat Anno 880.

Ab Anno Christi 872. ad 882.

Anno 875. 878. & 880.

DECIMVM SÆCVLVM

Pontifices numero viginti septem.

Ab Anno Christi 882. ad 900.

PER hanc decimam annorum centuriam plures electi extiterunt D. Petri successores in Romana Cathedra, nempè viginti septem, qui ferè vniuersi brevioris vitæ curriculo explero, dormierunt cum Patribus suis. Ex his primus Ioannes nonus celebres Cyrilli, & Methodij Missiones suo tempore habitas approbauit.

Anno 901.

Ioannes Duodecimus, & Tertiusdecimus.

Ab Anno Christi 946. ad 972.

Hi duo Ioannes Romani Præsules, sibi inuicem in D. Petri Romana Cathedra succedentes, sibi quoque non cesserunt in Apostolico regnandi iure pro Ecclesia, adhibendo. Ille enim Ioannes nempè duodecimus misit celeberrimos Sanctos

Mona-

Baron. Tom. 9. Annal. Bozius Tom. 4. lib. 4. fig. 6. de fig. Eccles.

Baron. Tom. 9. Annal.

Baron. Annal. Tom. 9. Bozius Tom. 1. lib. 4. fig. 6. cap. 8.

Baron. Tom. 10. Annal.

Baron. Tom. 10. Annal. Bozius de fig. Eccles. Tom. 1. pluribus locis.

Baron. Tom. 9. Annal. Bozius de fig. Eccles. Temploribus locis.

Baron. Tom. 10.

Baron. Tom. 10. Annal.

Baron. Tom. 10. Annal.

Baron. Annal. Tom. 10. B 2110. Tol. lib. 4. Hig. 11. c. 1. in Hig. Ecclesiæ Conrad. Capuc. sub ann. 965.

Monachos Hierotheum ad Turcas, & Niconem ad Cretensem Insulam à Sarracenis liberaram, pro Orthodoxa Fide recuperanda, & recipienda. Iste rursus videlicet Ioannes Tertius decimus Polonis, & Slauis cum Episcopo Tusculano Æridium misit Doctores, & Apostolicos Ministros Sacerdotes, & Presbyteros. Item ad Vuandalos, & Lechitas Vuilibaldum, Prochorium, Iordanum, Gotfridum, Luitbaldum, Angelomum Italum, & Octavianum destinauit, vt Vuandalie Monarcham, & populos Catholicæ Ecclesiæ acquirerent, Christo subingarent, sicuti effecerunt.

Aun. 965.

Benedictus Septimus, Gregorius V. & Siluester II.

Per annos nouem, duos & quinque.

Baron. T. 10. Annal. A.

Imperandi rationem Apostolicam in Ecclesiastico Regno conseruantes semi suprapositi Præsules Romani: Primus Sanctum virum Adalbertum semel, iterum ex Monasterij Claustris ad Præsentem Ecclesiam administrandam, & Bohemos ab erroribus vindicandos emisit: Alter rursus Sanctum Bonifacium Monachum ad Prussorum gentem mansuefaciendam, & Christiana Fide imbuendam electum, & vocatum ordinauit, & destinauit. Tertius denique Siluester Sebastianum Monachum probatissimum Strigoniensi Ecclesiæ Archiepiscopum præfecit, & Hungaris Doctorem dedit.

Ab Ann. Chri. 973. ad 1004.

VNDECIMVM SÆCVLVM

Pontifices numero decem & octo. Ioannes Decimus nonus per annos quinque.

Baron. T. 11. Annal.

ASsumptus in Diui Petri Sedem, Sanctos Episcopos Bonifacium ad Russos, & Brunonem ad Prussios deleganit. Mox Dimum Romualdum Abbatem cum viginti quatuor Monachis in Hungariam misit.

Ab Ann. Chr. 1004. ad 1009. Ann. 1008.

Benedictus Nonus per annos vndecim.

Baron. T. 11. Annal.

Consecrauit, & assignauit dissidijs exagitatæ Ecclesiæ Lugdunensi Episcopum Beatum Odilonem Abbatem Cluniacensem.

Ab Ann. Chr. 1033. ad 1044.

Leo Nonus per annos sex.

Baron. T. 11. Annal.

Romam Gallia regrediens Sacer Antistes Humbertum Monachum Tullensem Burgundum erudicione, & Sanctimonia insignem secum adduxit, atq; Episcopum ordinatum Siculis ad pietatem, & religionem propagandam dedit. Hic præterea Pontifex strenuum alterum celebrem Operarium ad serendum Euangelij semen ad Pazzinacas in Græciam misit Euthymium Monachum integerrimum, senosq; alios Episcopos viduatis quibusdam Ecclesijs prouidit.

Ab Ann. Chr. 1049. ad 1053. Ann. 1049.

Stephanus Decimus per annum.

Baron. T. 11.

Desiderium Monachum Abbatem Cassinensem ad Orientalem Constantinopolitanam Ecclesiam redeundam legatum destinauit, atq; Alphanum Monachum Salernitanæ Ecclesiæ Episcopum confecratit.

Ann. Chri. 1. 58.

Nicolaus Secundus per annos duos.

Baron. T. 11. Annal.

Duobus annis regnauit hic optimus Hierarcha, & consummatus in breui explenit tempora multa, multis, insignibusq; celeberrimorum Apostolicorum Operariorum Emissionibus pro Spirituali Regno reparando adhibitis. Inter has ad Ecclesiam Mediolanensem grauiter sub his temporibus ægrotantem Sanctum Mediolanensem, & præclarum Romanæ Ecclesiæ Cardinem B. Petrum Damianum pluries legatum destinauit. Monachos nonnullos in Episcopos assumptos indigentibus Ecclesijs assignauit.

Ab Ann. Chr. 1059. ad 1061.

Ann. 1060.

Alexander Secundus per annos duodecim.

Baron. T. 12. Annal.

Præcentorem olim Eremi incolam, modo S. R. E. Cardinalem Beatum Petrum Damianum semel ad Cisalpinæ Galliæ, iterum ad Rauennæ Ecclesias Legatum grauimisit aduersus errantes in Mediolanensi Ecclesia Simoniacos, & carnales Clericos. Doctos virosq; tandem in Daniam ad congregandam Synodū destinauit.

Ab Ann. Chr. 1061. ad. 1073.

Ann. 1062.

Gregorius Septimus per annos tredecim.

Baron. Annal Tom. 11.

Visitatores Ecclesiarum laborantium misit Monachos, nempe Gepinonem Abbatem Sancti Bonifacij, & Mantum Sancti Sabæ Abbatem. Rursus Serlandum religiosum virum Episcopum ordinatum in Aphricam ad Hipponensem Ecclesiam regendam direxit.

Ab Ann. Chr. 1073. ad 1086. Ann. 1075.

DVODECIMVM SÆCVLVM

Pontifices numero quindecim:
Honorius Secundus per annos quinque & menses

Ab Ann. Chr. 1124. ad 1130. Ann. 1124.

MOnachorum præstantissimum Sanctum Malachiam Episcopum Connereten. sem crearum ad Hiberniam ab erroribus purgandam, sicuti Mathæum Monachum Episcopum Albanensem ad Albaniam curandam emisit.

Baron. T. 12. Annal. Bozius de Sig Ecclesiæ To. 3. lib. 7 Sig. 15 cap. 1.

Innocentius Secundus per annos quatuordecim.

His temporibus, cum præclarum illud Ecclesiæ lumen D. Bernardus Abbas super Religiosæ Monasticæ vitæ candelabrum positus vbiq; terrarum præfulgeret; Pontificis oculos ad se alliciens, ab eo sæpè sæpius ad varias, ac diuersas, easq; graviores Ecclesiastici Regni angustias subleuandas missus fuit, nempè ad Ecclesiam Mediolanensem laborantem, & semel ac iterum ad rebellantem Aquitaniam, rursus aduersus Schismaticos Antiregni fautores, signanter Italos: Tandem ad singulos, & omnes, qui legitimo Pontifici, & Romanæ Ecclesiæ aduersabantur missus, mirabilia sunt quæ fecit sub Innocentio.

Ab Ann. Chr. 1130 ad 1144.

Burs. Annal. Tom. 12.

Eugenius Tertius per annos nouem.

Hic Sum. Sacerdos, & Doctor quondam D. Bernardi Abbatis In Monasterio alumnus, ac discipulus, sui Sanctissimi Magistri sapientiam, & Sanctitatem peroptimè callens, præcensitum Sanctum Abbatem Bernardum totiàm Apostolicis legationibus præclarè perfunctum iterum pro Ecclesiastico periclitante Regno ad labores prouocat, Cruciatæq; per Europæ Prouincias prædicationem iniungit, mox aduersus Tolosanos primùm, inde aduersus hæreticos Apostolicos dictos, tum contra Arnaldistas, & alios validissimum hunc Antagonistam, verè Apostolum contra Pseudoapostolos emittit.

Ab Ann. Chr. 1145. ad 1154.

Baron. Tom. 12. Annal.

Vibanus Tertius per annos duos

Per quos quàmplurimi Religiosi in Liuonia pro Christi Fide serenda laborauerunt, inter quos quàm maximè enituit D. Bertoldus Abbas in Lubecea, qui relicta Prælatione ad Liuones Euangelium docendos se se contulit, atq; ibi strenuè operatus messem copiosam collegit. Vnde nos ex suprascriptis recolligendo, septimo Calculo primæ Ecclesiastici Regni Chiliadis computando finem imponimus, non tamen admirationi; dum quot, & qualia egregia facinora, & memoranda opera à Monasticæ, religiosæq; professionis cultoribus in subsidium, & profectum Ecclesiastici Regni per annorum Chiliadem laboriosè ad propr ij viq; sanguinis largissimas profusiones præstita suspicimus.

Baron. Tom. 12. Annal.

Ab Ann. Chr. 1186. ad 1188.

Ann. 1186.

APPENDIX SINGVLARIS

Sacro-Politica Diuina, qua, vt Ius regnandi Apostolicum sua in Ecclesia subsidium conseruaret, & augeret; mittendorum Operariorum pacificas acies, per arctioris Euangelicæ perfectionis professores Ordines Mendicantium, in Spirituali suo Regno institutos multiplicauit, quinta huius per Mundi ætatis secundam Chiliadem.

I.

SImile factum est Regnum Cœlorum (asserebat Regis filius Dominus Iesus Christus, referente D. Matthæo) *homini Regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens: Ecce prandium meum paraui, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Tunc ait seruis suis: Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumq; inueneritis, vocate ad nuptias: Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt malos, & bonos, & impleta sunt nuptiæ discumbentium.* Nulli dubium, quin per Parabolicum assumptum (iuxta communem Sacrorum Interpretum sensum) & Iudæorum repulsam, & gentium vocationem ad Ecclesiam Indicare voluerit proloquens ipsum Incarnatum Dei Verbum. Vnde nec cuiquam dubitare fas erit, quin per vocantes seruos Apostolos suos; qui Euangelium prædicantes, prius inuitatos Israelitas, postmodum errantes per deuia conuocarunt Gentiles, demonstrate intenderit. Cum igitur Cœleste istud Regnum in terris positum spirituale illud sit dominium, quod

D. Matt. c. 22.

in congregatione fidelium possidet Dominus: Rex autem Deus, Filius verò Regis Christus existat, cui Cœlestis Pater Virginem copulauit Sponsam, nempè Euangelicam nouam Ecclesiam; Nuptiæ aurem opiparè paratę, Spirituales deliciæ abundantissimæ fidelibus ad Fidem accedentibus expositæ, & vbiq; appositæ computentur: tres rursus cum supra enumerentur Missorum Seruorum, id est Apostolicorum Nunciorum Ordines distinctis boris emissi; nulli dubium esse debet, quin omni iure feruato, fas nobis sit litteraliter exponere, & liberè pleno ore asserere, arq; affirmare: quòd cum priores illi, ac præcipui Apostoli, simul & Iesu Christi Discipuli morte sublati Ecclesiam administrare cessauerint: Rursus cum Ordines Monastici per primam Chiliadem rot gentes, & regna ad Ecclesiasticas nuptias conuocauerint, & laboriosa prolixa sua Apostolatione passima verbis, & operibus prædicando, pariter & actiua in Ecclesiastico Primario Throno per sęcula præsidendo, iamdiù operando perseuerauerint; fas (inquam) liberumq; imò debitum erit nobis asserere, & addere, quòd ne legitimorum Ministrorum seriem in Ecclesia Catholica aliquando intermitti, Apostolicumq; Ius regnandi in Spirituali Regno haud mediocri cum Fidelium dispendio, prætermitti contingat; Diuinus ipse speculator, & pronidus supremus Theocratiæ Administrator posit Apostolorum, Discipulorum, & Monachorum submisit in secunda quintæ Mundi ætatis Chiliade Mendicantium Apostolicorum Operariorum Ordines quatuor priores, nempè iustituti Augustinianorum, Carmelitarum, Prædicatorum Sancti Dominici, & Minorum Sancti Francisci. Quibus posteriores nonnulli superaddunrur, vti Seruorum Beatæ Virginis, Societatis Iesu, Minimorum, &c. Ex quibus omnibus, & singulis singulares Operarios, simul & insignes Euangelicæ perfectionis professores Sanctissimos, Sanctitate, & Doctrina conspicuos electos, selectos, vocaros, & ordinatos ipsi per sæcula Romani Pontifices Vniuersales Hierarchæ ad Ecclesiastici Spiritualis Regni per vniuersum dispersi, ac distributi necessitates, & angustias sublenandas, pariter & ad Ecclesiam propagandam, propugnaudam, necnon instaurandam perpetuò mittere perseuerauerunt, vti olim consueuerant, statutum sibi Apostolicum Ius regnandi apprimè curantes. Vnde ex horum Mendicantium Missorum Euangelicorum Ecclesiasticis multiplicatis Missionibus inexplicabile est; quantum spiritualis emolumenti fideles, & infideles, Latini, & Græci, Barbari, & indocti omni tempore per quatuor Orbis partes & perceperint, & in dies assiduè percipiant, eum ad remotiores etiam, & incognitas olim Mundi regiones, Prouincias, ac Regna Verbum Dei, lumenq; veritatis pertulerint.

Ab Anno Chr. 1200. ad 1240.

Ab Anno Chr. 1240. ad 1340.

Missio Ordinum Mendicantiũ in secunda Chiliade quintæ ætatis.

II.

Reluctantibus acriter, & contra enitentibus perpetuò tenebrarum Principibus, atq; errorum potestatibus, saltorum nempè dogmarum inuentoribus, & profanæ, imo sacrilegæ Religionis professoribus, seù tandem Christianæ pietatis criminosis prosanatoribus, qui Euangelicis parabolicis supra relatis notis, quasi atro carbone denotantur, dum de renitentibus, & reluctantibus refert Euangelista: *Et nolebant venire. Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam, reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt.* Nolebant ad Orthodoxæ Fidei veritatem venire ab initio secundæ Chiliadis in quinta Mundi Ætate Hæretici Albigenses, Vualdenses, & consimiles negligebant ad charitatis, & veritatis nuptias accedere illius temporis Schismatici Principes, Reges, & Imperatores: abierant in Villas, simul & ad negotiationes suas Cletici Simoniaci, & Seculares irreligiosi: verì aurem Dei legitimos emissos Apostolicos Seruos inactabant, & contumelijs affectos necabant Thurcæ, Sarraceni, & Agareni, Christianæ Religionis insensissimi hostes, hostiliter spirituale Dei Regnum inuadentes, integras Prouincias, ac Insulas sub hac tempestate vsurpantes, atq; à Christo separantes. Quàpropter tùm à proprijs legitimis liberis Clericis, & Laicis criminosis, tum à spurijs naris, nempè Schismaticis, & Hæreticis, tum tandem ab extraneis perduellibus Mahumetanis, & infidelibus interius simul, & exterius exagitatum Spirituale Christi Dominium in dies magis, ac magis deficiebat, peniruſq; randem defectum videbatur, & timebatur, iuxta veridicum Ægidij Viterbiensis Augustiniani Ordiuis Generalis in Laietanensi Concilio sub Iulio II. & Leone X. publicè prolatum sequentibus flebilibus vocibus Ephiphonema. *Vidimus Christum in Nauicula obdormientem, vidimus ventorum rabiem, Hæreticorum furorem in candida veritatis vela irruentem: Vidimus malas cupiditates, diram auri, atq; habendi sitim: Vidimus perditam malorum audaciam aduersus iura, auctoritatem, maiestatem Ecclesiæ furentem: Vidimus, iniquam, vim, rapinas, adulteria, sacrilegia, omnem denig; scelerum pestem sua Sacra, profanaq; miscere omnia, ita ut Sanctam Nauiculam imperum facere; vt pene scelerum fluctibus illa latus dederit, ac propè mersa, & pessumdata sit.* Hactenus Religiosus Orator pro Ecclesiastici Regni vrgentiotibus angustijs, & necessitatibus declamans. Quando simul ex quaternis Mundi oris afflictæ, & angustiatæ ad supremum Theatebam eõsolatorem Denm clamabant, & vnanimiter de corde conclamabant particulares Eccleliæ, pro consolationis subsidio, & consolante

D. Matthæ. 22

Anno Chr. 1160. & 1241.

Ecclesiastici Regni deplorabilis conditio.

Ab Anno Chr. 1511. ad 1518.

Concil. Lateran. sub Iulio II. & Leone X.

præsidio,

præludio, quod illis prouidere, atq; opportunè præstare statuens Diuinus Hieratcha, Mendicantium Religionum institutores Patriarchas, seù instauratores Primatchas sub hæc primiora secundæ Chiliadis sęcula misit: Pro Augustiniano rum Gulielmum, pro Carmelitarum Albertum, pro Prædicatorum Dominicum, pro Minorum Ordine Franciscum, pro Iesuitarum Ignatium Fundatores, aut formatores destinando, qui fidelium Dei famulorum religiosas turmas multiplicantes, vice ter Missorum Seruorum ad nuptias conuocantium nolentes, negligentes, aberrantes, & homicidas, obsequentes sodalitates mittendorum parauerunt, atq; Ecclesiastica validissimorum Antagonistarum Castra congregauerunt, dum Mendicantium Regulares Congregationes instituerunt, atq; pro Ecclesiastico Spirituali Christi Regno propugnando, & propagando, seù restituendo, in promptu esse voluerunt omni tempore, omnisq; pro temporis siue differentia, siuè difficultate, & inclementia Ecclesiæ Catholicæ necessitatibus accurrendo, succurrendo, & subueniendo aduersus Schismaticos, Hæreticos, Turcas, & infideles ad sanguinis vsq; effusiones, imò propriæ vitæ profusionem pacificè & religiosè decertando, seù saltem contra irreligiosos, & criminosos vtriusq; status fideles validè, & solicitè declamando, nulla prorsus habita delinquentium, etiam insignium personarum acceptione, siuè munerum acceptatione, siuè tandem propriæ commoditatis, vel vtilitatis, aut etiam necessitatis consideratione, aut considerata ratione.

Mis. Patriarcharum Mendicantium Ordines instituentium.

Primæuam suæ Ecclesiæ difficilem fundationem per operosam vineę plantationem: protectam sui spiritualis dominij promotionem atq; erectionem per sapientialis amplissimæ Domus Regiæ constructionē: consummatam tandem Ecclesiastici sui Regni profectionē, perfectiq; Euangelici sui Regni gratiosas, & gloriosas diultias, per regaliū personarum regia & palaria, & cōuiuia, & connubia demonstrauit Diuina Sapientia: vniuersalis autem suæ Ecclesiæ operosam fundationem, spiritualis rursus sui dominij laboriosam erectionem, Euangelici tandem sui Regni consummatam ad perfectionem consequendam quò regnandi iure vsus ab initio Mundi fuerit, apertè ipse demonstrat; cum ad vineam plantandam, ad Domum ædificandam, & in Areem promouendam, ad nuptias tandem regias celebrandas, aliam nullam potiorem rationem, quàm Operariorum, Ancillarum, & seruorum missiones multiplicatas perpetuò se adhibuisse fatetur. Plantatam ergo vineam per quatuor Mundi ætates exoluerunt Religiosi Operarij veteris Ecclesiæ, & Synagogæ: Ad Sapientiæ, & Euangelij erectam magnificam domum, imò Areem, & Ciuitatem vocauerunt insipientes Gentiles, & paruulos Iudeos Ancillæ Apostolicæ, nempè Religiones Monasticæ per quinę ætatis priorem Chiliadem: Ad nuptias tandem regias gratiarum, & donorum, siue deliciarum spiritualium regalium sponsorum Christi, & Ecclesiæ à Summo Thearcha in sapientiali Palatio paratas, conuocant per præsentia vltimæ durationis sęcula, & secundæ Chiliadis iā ferè septenas annorū centurias, laboriosos, æruminosos, sed insignes, & celebres Apostolatus ad vsq; extremos terminos terræ exercentia, & sustinentia Mendicantium Religiosa Castra, & acies ordinatæ. Ordines igitur reliqui Mendicantes, cum nequaquam egeant mendicare exteros scriptores, qui suorum celebrium virorum scribendo referant præclara gesta, cum domesticis tùm Chronistis, tùm Annalistis singuli pluribus abundent. Penuriosus, & mendicus ego mea penuria aliorum abundantiam temerariè supplere nequaquam præsumam, sed ex illorum cornucopia fragmenta quædam compendiosa, signanter ex nostris Minorum Ordinis Antiquis, & Neotericis Chronologicis, siuè Annalisticis monumentis selecta, meoque Epitomatico instituto congrua, ac deseruientia summatim colligam: vt voberrimos, atque in Dominico ærario recollectos per Minoritas spirituales prouentus vel laconicè, & cursim indicem; vt tandem sufficienter propositum Rationarium plenariè conficiam, postquam Mendicantium Religionum institutorum litterarium perfecero.

ACh. anno ad An. 1100.

Ab Anno Chr. 1000. ad 1658.

Pro omni Mundi ætate vocarunt ad Sapientiæ domū Regiū filios, prouisimè cōuocant ordines Mendicantiū

Augustinianorum plures familias

Tùm ipse Magnus Pat. Augustinus, tùm ex D. Augustini doctrinis religiosè viuendi Methodum, & Regulas diuersi Religionis professores desumentes, varias constituerunt: Signanterq; Eremitanorum S. Augustini congregationem confirmarunt Innocentius, & Alexander Pontifices nomine Quarti.

Ann. Christi 1243.

Carmelitarum Institutum

Beatus Albertus ab Eliæ temporibus constitutum instauravit, & Alexander Tertius Pontifex approbauit: Mitigauit verò Innocentius Quartus.

Ab Anno Chr. 1180. & 1248.

Prædicatorum Ordinem

D. Dominicus instituit, & Honorius tertius confirmauit.

Ann. Chr. 1216.

Minorum tres familias

Seraphicus Pater D. Franciscus ordinauit, Innocentius Tertius approbauit, & Honorius similiter Tertius comprobauit.

Ann. Christi 1220. & 1224.

Seruorum Beatæ Marię Congregationem

B. Philippus Florentinus inchoauit, Bonifacius Octauus approbauit. Ann. Chr. 1209.

Societatem Iesu

Sanctus Ignatius de Loyola congregauit, & Paulus Tertius inter Mendicantium Ordines comprobando adnumerauit: Ex quibus sex præcipuis Mendicantium Religiosorum Ordinibus. Regularium postmodum plures Congregationes sua duxere primordia, & sumpsere initia saltem Idealia, seù exemplaria. Ann. Christ 1540.

CALCVLVS OCTAVVS

Ecclesiastici Spiritualis Dei Regni conseruandi pro sublevandis angustys, Apostolica regnandi ratione, continuata videlicet Mendicantium Religiosorum Missione vsi sunt Pontifices Catholica Ecclesia, per Quinta Mundi Ætatis secundam saculorum Chiliadem:

TERTIVMDECIMVM SÆCVLVM:

INnocentia, & honestas Orthodoxæ Religionis perpetuę extitere nutrices, ne dicam genitrices. Qui enim in interiori homine innocentiam, in exterioti verò honestatem custodire, nec non præseferre diligunt; hi quoq; & Deo vero debitum cultum, & Diuino cultui solicitam reuerentiam, atque venerationem exhibere amant in Catholica Ecclesia. Quid igitur mirum, si sapientissimus ipse supracœlestis Hierarcha pietatem, ac Religionem suo in Ecclesiastico Regno conseruare, vel instaurare, vel promouere satagens, idque per religiosæ vitæ incrementa præstare dispouens, antiquorum Monachorum ordinatis aciebus nouos Mendicantium Ordines cumulauit, secunda in hac Quintæ Ætatis Chiliade sub felicissimis auspicijs, & auspicato omine ac nomine duorum Pontificum.

Innocentij Tertij, per Decem & octo Annos, & Honorij Tertij per Decem. Ab An. Ch. 1198. ad 1225.

Ipse Summus Pontifex Innocentius cum in somnis perspexisset Lateranensem Basylicam ruinæ forè iam proximam, quam quidam pauperculus modicus, & despectus proprio dorso submisso, ne caderet, sustentabat, cognouit Ecclesiam Dei & fidelium flagitijs, & perfidorum Schismatibus, & hostilibus incursionibus exagitatam ad funera violenter rapi: quare B Francisco regulæ approbationem postulanti benignè annuit, institutum approbauit, & dedit de Pœnitentia prædicanda mandatum. Diuo verò Dominico nouam regulariter viuendi formam instituere volenti tradidit de seligenda ex antiquis approbata regula consilium: Consultò interim eum ad Albigenses Hæreticos expugnandos Tolosam remittens. Ann. 1210. Vuading. Annal. Tom. 1.

Interim Francisco post biennium Italiæ suæ Missionis, & prædicationis ad se regressum, simul & progressurum, se insosque ad Turcas, & Sarracenos, Mahumeranos scilicet, & Tartaros proferentem, Apostolicamq. benedictionem præstolantem, & perentem gratanter excepit, postulantem exaudiuit, benedixit, & ad infideles reuertendos emisit. Ipse verò missus Marochium versus iter arripuit, per Gallias, & Hispanias Verbum Dei interim disseminando, vbique Terrarum, & egrediendo, & progrediendo, & regrediendo à se Institutæ Minoritanæ Religionis solidiora fundamenta & iaciebat, & iacta firmabat. D. D. Francisci & Dominici Instituta approbat, & ad prædicandū mittit.

Honorius itidem Tertius, immediatè in D Petri Cathedra Innocentio Succedens, octauo suæ assumptionis anno Regulam confirmauit, & Religiosos Sancti Francisci ad Apostolandum per vniuersas Mundi partes destinauit, ipsum Patriarcham Seraphicum ad Orientales regiones delegãdo. Ipse igitur duodecim adhibitis socijs, & Apostolicis Cooperatoribus, proinus trans Mare progressus in Syriam prius, postea in Ægyptum peruenit, vbi Soldano Ægyptiaco aduersus Christianos belligeranti, actualiterq; in Acie hostili commoranti Christum annunciauit, Paganorumque Turmis intrepidè prædicauit, donec Orientalibus nonnullis Prouincijs peragratis, cum ex Euangelica fatione nullum se se emolumentum relaturum sperarer, ad Soldani primum, postmodum ad Christianorum Principum in conspectu posita Castra reuersus, aliquandiù inibi fidelibus militibus pleratem, religionemq; concionando commendauit: tandem à Deo admonitus in Hesperiam adnauigans remeauit, Missionemq; suam inter fideles etiam aduersus perfidos Hæreticos, & Schismaticos admorrem vsq; exercere perseuerauit, sub præceensitis geminis solicitioribus, & pro Ecclesiastico Regno instaurando vigilantioribus Præsulibus, qui propterea in diebus sui Sacerdotij Ordines plures, signanter quatuor Mendicantium Augustinianorum, Carmelitarum, Præ- Ann. Chr. 1224.

dicatorum

Ann. 1221. dicatorum, & Minorum, editis Pontificijs Diplomatibus approbarunt, & confirmarunt, comprobatarumq; Religionum Religiosos plures electos, vocatos, & ordinatos ad nutantem Ecclesiam per quatuor Mundi partes instaurandam emiserunt: Augustinianos, Carmelitas, Prædicatores, & Minores, Honoriusq; præsertim, qui anno sui Pontificatus quinto generalem vniuersorum Ordinum Mendicantium præcipuam ad gentes missionem destinauit; Vixque elapso biennio, plures ex approbatis Prædicatorum, & Minorum familijs ad Miramolini Regnum delegauit. Vuad. Annal Tom. 3.

Ann. 1225.

Gregorius Nonus per annos Quindecim:

Ab Anno Chr. 1227. ad 1245. Pius, ac Religiosissimus hic Pontifex cum apprimè aelaret zelum legis, legitimorum Ministrorum Apostolicas Missiones multiplicare numquam destitit: quamdiù enim vixit, Apostolicum regnandi ius ad Ecclesiasticum Christi Regnũ propugnandum, & instaurandum adhibere studuit, religiosos Agonothetas, & Dei Athletas diuersa ad Orbis Regna ex Minoribus, & Prædicatoribus singulariter mittendo. Omissis igitur Legatis, & Concionatoribus, quos diuersis temporibus, tùm ad Græcę cum Romana Ecclesia vnionem procurandam, tùm ad Cruciatam aduersus Ecclesiasticj Regni hostes prædicandam pluries destinauit; ordinauit hic Magnus Antistes ex Minoribus plures Euangelicos Operarios, ordinatosque ad Soldanum Damasci, Georgianos, Sarracenos, ad Calypham de Balac, ad Regem Miramolinum, & alios reducendos ablegauit. Rursus aduersus Hæreticos Albigenses Inquisitores: Ad Regem Tuneti in Aphricam Oratores: Ad Cumanos & Regem, & Populum in Hungaria exules Doctores: Ad Nauarręos hæresi laborantes Curatores: in subsidium Terrę Sanctæ Procuratores ex Minoribus legault. Vuad. Annal Tom. 3.

Ann. 1233.

Innocentius Quartus per Annos duodecim.

Ab Anno Chr. 1243. ad 1254. A supremo Thearcha institutam innocentem regnandi rationem in sua Ecclesiastica Hierarchia consecuate, & exercere voluit Romanus Hierarcha Innocentius nomine Quartus: Quamobrem selectos Apostolicos Viros religiosos ex Minoribus, pro propagando Ecclesiastico spirituall Regno transmisit ad Sarracenos, & Paganos Asiam rursus, & Europam inuadentes: Ad Tartaros sub his temporibus Nuncios, & Legatos præmisit. Marochijs, Afris conuersis, Bulgaris schismate subuersis Pastores, & Doctores prouidit. Fr. Laurentium Minoritam in Orientem per Græciam, Armeniam, Iconium, Turchiam, ad Græcos omnes, tàm in Regno Cypri, quàm in Patriarchatibus Antiocheno, & Hierosolymitano, ad Maronitas, Iacobitas, Nestorianos cum plenaria auctoritate Legatum Instituit. Ad Græcos Patriarcham, & Imperatorem Ministrum Generalem Fratrem Ioannem Parmensem Oratorem pro Ecclesiarum vnione constituit. Per Diœceses Præsules, per regiones vero, signanter Italiæ, Prædicatores, & Minores Fratres Inquisitores aduersus hæreticam prauitatem, simul & rebellantes Hæreticos distribuit. Vuad. Annal Tom. 3.

Ann. 1254.

Alexander Quartus per annos septem:

Ab Anno Chr. 1254. ad 1261. Vltrà Minoritas permultos, quos ad Schismaticos, Hæreticos, & deuios reducendos ordinauit: quàmplurimis præterea facultatem amplissimam fecit, atque Apostolicam benedictionem impertiuit euntibus ad Terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Æthyopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Ziehorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mozelinorum, Tartarorum, Hungarorum, aliarumq; infidelium nationum. Vuad. Tom. 3 Annal.

Ann. 1258.

Vrbanus Quartus, & Clemens Quartus per annos quatuor, & quatuor.

Ab Anno Chr. 1261. ad 1269 Præsignati bini Pontifices consueto regnandi iure in Ecclesia eoutentes, missiones plures Minorum Fratrum ad infideles, Hæreticos, Schismaticos, & malos Christianos instituerunt in diebus sui Sacerdotij. Vuad. Tom. 3 Annal.

Gregorius Decimus per annos quatuor.

Ab Anno Chr. 1271. ad 1275. Non paruus inter Magnos hic Gregorius Prædicatores, & Minores solemnes Nuncios constituit, pro Græca cum Latina Ecclesia concilianda. Ad Concilium itidem Lugdunense pro vnione stabilienda Sanctos Doctores Thomam Angelicum, & Bonauenturam Seraphicum emisit, plurcsq; vtriusq; familiæ religiosorum staturas iam Missiones continuauit. Vuad. Annal Tom. 3.

Ann. 1274.

Nicolaus Tertius per annos tres:

Ab Anno Chr. 1277. ad 1280. Ad concilianda Christianorum Principum Ciuilia dissidia in Galliam, & Hispaniam: ad confirmandum verò contractum Ecclesiasticum fœdus in Græciam Minoritas misit hic Pontifex; sed non prætermisit ad Quolibæy Imperatorem, & Abagham Tartarorum Regem pacis, & Euangelij Nuncios destinare Fratres Gerardum de Prato, Antonium de Parma, Ioannem de Sancta Agatha, Andream de Florentia, & Matthæum de Aretio Viros Doctos, & Religiosos Oratores: Doctores quoque ad Cumanos superaddendo. Vuad. Annal Tom. 3.

Ann. 1275.

Nicolaus Quartus per annos quatuor:

Ab Ann. Chr. 1288. ad 1292.

Confirmauit, & roborauit hic sacer Antistes ad Tartaros missiones Minorum, quos præterea ad Cumanos, & Sclauos in Illyricum, & Dalmatiam transmisit pro Regibus, & Populis reducendis, emittendo Fratres Marinum, & Cyprianum cum sociis pluribus; Armenos quoque & Palestinos tunc fideles per Minores Fratres hic Pontifex curauit; Expeditionem pro Terra Sancta procurauit: Apud Palestinos, & Bothenics Sanctæ Inquisitionis Officium instituit.

Vuad. Annal Tom. 3.

Ann. 1288.

Bonifacius Octauus per annos nouem:

Ab Ann. Chr. 1294. ad 1303.

Cunctis vt bona faceret hic Magnus Sacerdos; & Schismaticis reducendis, & Hæreticis compescendis operam dedit: Quapropter ex Minoritana familia electos Oratores ad Siculos dedit, & in partibus Scruitiæ, Rusciæ, Dalmatiæ, Croariæ, Bosniæ, atque Istriæ Inquisitores statuit. Pro expeditione Palestina Cruciatæ Prædicatores emisit: atque aduersus Bizochios Hæreticos in Piceno, & Aprutio inquirendum mandauit.

Vuad. Annal Tom. 3.

Ann. 1298.

QVARTVMDECIMVM SAECVLVM

Clemens Quintus per Annos nouem

Ab Ann. Chr. 1305. ad 1314.

Reconciliandis Christianis Principibus, & adinuidis in Syria fidelibus operam nauauit: Tartaris quoque Archiepiscopum ex Minoritis assignauit, eorundem missiones multiplicauit, nec non Ruscis, Armenis, & Sclauis expostulatos Minores Operarios concessit.

Vuad. Tom. 3. Annal.

Ann. 1307.

Ioannes Vigesimussecundus per annos decem, & nouem:

Ab Ann. Chr. 1316. ad 1333.

Pro domesticis, nempè Christianorum Principum bellicis dissidijs conciliandis solicitus Pacificos Nuncios Minoritas in Galliam, & Belgium misit hic Pontifex. Pro Hæreticis quoque profligandis de terris Bohemiæ, & Poloniæ Inquisitores delegauit: Ad Tartaros, Armenos, Lithuanos, & Georgianos, Æthiopes, Sarracenos ex vtraq; Prædicatorum, & Minorum familia Euangelicorum Operariorum Missiones confirmauit, & continuauit: Quos ad Perfidis, nec non varias Orientis regiones, ad Malabaricà Regna Indiæ Orientalis mittere inchoauit, & persecutauit: In Corsicam quoque Eremitanos Sancti Augustini cum Minoribus pro incolis instruendis destinauit, nec quandiù vixit ab Apostolico regnandi iure exercendo cessauit.

Vuad. Annal. Tom. 3.

Ann. 1316. & cæteris.

Clemens Sextus per annos vndecim:

Ab Ann. Chr. 1342. ad 1353.

Ad Tartaros, Armenos, Cumanos, & Iacobitas ex Minorum familia Doctores misit: Aduersus Hæreticos Galliæ Viennensis, Albaniæ, Rusciæ. Sclauoniæ Inquisitores emisit: Ad pacem inter Christianos Reges stabiliendam Oratores transmisit.

Vuad. Tom. 4

Ann. 1350

Innocentius Sextus per annos decem.

Ab Ann. Chr. 1353. ad 1363.

Petitas à Tartariç, & Rasciæ Principibus Minoritarum Apostolationes concessit: Aduersus Hæreticos Fraticellos in Italia per Minores processit: Græcos vnioni Ecclesiç restituere curauit: Hæbreorum perfidiam in Hispania exterminare laborauit.

Vuad. Annal. Tom. 4.

Ann. 1355.

Vrbanus Quintus per annos nouem.

Ab Anno Chr. 1363. ad 1372.

Pro Ecclesiæ rebellibus Schismaticis, & Hæreticis in Italia, in Corsica, in Bulgaria, Rascia, & Bohemia reducendis laborauit Romanus prædictus Pontifex per Djui Francisci filios, quos non dumtaxat Inquisitores constituit diuersis in Prouincijs Europæis; sed & Doctores simul, ac Apostolicos Prædicatores instituit, & amandauit ad terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Cumanorum, Ruthenorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Scytharum, Indorum, Mochitarum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, aliarumque non credentium Nationum Orientis, & Aquilonis. Ad Tartaros rursus Fratrem Gulielmum Pratensem Minoritam cum duodecim sociis direxit, quibus octo Italos, octo quoque Hispanos Fratres cumulauit: Fr. iterum Nicolaum Meliat ad partes Rusciæ, Lithuaniæ, & Vuallachiæ viginti quinque Coapostolicis illi additis Operarijs: Et Fratrem Antonium Episcopum Millcuitanum, totidemq; Fratres, & collegas ad Georgianos emisit, nihilq; prætermisit, quò Ecclesiasticum Christi Regnum promouceret, & sustentaret.

Vuad. Annal Tom. 4.

Ann. 1372.

Gregorius Vndecimus per annos septem.

Ab Anno Chr. 1372. ad 1379.

Consuetа in Spirituali Christi Theocratia regnandi ratione perutens Sacer hic Romanus Antistes ad Tartaros, Aquilonaresq; præcipuè, & Hungaros Minoritarum missiones continuauit: Nec non ad Græcos reducendos, Hæreticosq; in Syria, & Viennensi, ac Naibonensi Gallijs conuertendos, vel comprimendos ex Minorica familia Inquisitores, & fideles Operarios amandauit.

Vuad. Tom. 4

Ann. 1375

Vrba-

Vrbanus Sextus. & Bonifacius Nonus per annos viginti septem.

Ab Ann. Chr. 1379. ad 1406.

Vrbanus Lithuanos Neophitos per Fratres Minores, signanter per F. Andream Polonum curauit. Bonifacius autem ad Tartaros, Bosnenses, & Dacios mittere Apostolantes persecuerauit: Contra perduelles Ecclesiæ Cruciatę Prædicatores Minores delegauit.

Vuad. Annal. Tom. 5.

Ann. 1395.

QVINTVMDECIMVM SAECVLVM

Ioannes Vigesimus tertius per Annos quinque.

Ab Ann. Chr. 1410. ad 1415.

AD conseruationem Spiritualis Christiani regiminis Ioannes Romanus Prorex statutas iam olim sacras Missorum excubias in Bosnia. Russcia, Lithuania, & Tartaria conseruauit, & Minores mittere persecuerauit: Ex quibus quoque in Regno Lusitaniæ, & Algarbiorum Inquisitores constituit aduersus obrepentem hæreticam praultatem.

Vuad. Annal. Tom. 5.

Ann. 1413.

Martinus Quintus per annos tredecim.

Ab Ann. Chr. 1417. ad 1430.

Nequaquam hic vigilax speculator supremus à continuando Apostolico regnandi iure in Ecclesia, dum regnauit, cessauit; imò aduersus Fraticellos in Aulonia BB. Ioannem Capistranensem, & Iacobum Picenum egregię Sanctitatis Minoritas excitauit, & ordinauit: Contra Hussitarum errores Doctores gnaros ordinauit in Aquilonaribus Ecclesijs Bohemię, Dacię, Norwegię, Scotię, & Ruticię: Minorum preterea non paruam manum cum Ianuensibus ad Græcę Europę remotiores partes, & insulas transmisit.

Vuad. Annal. Tom. 5.

Ann. 1435.

Eugenius Quartus per annos sexdecim.

Ab Ann. Chr. 1431. ad 1447.

Ab Apostolorum seculo si quis D. Petri successor in Romana Cathedra sedens ius regnandi Apostolicum pro Spirituali Christi Regno defendendo, & promouendo excoluit, hic profecto computandus est Eugenius quartus nomine, sollicitudine paucis secundus: Nam ad Græcos iterum reducendos Fratrem Bartholomeum Sacrę Theologię Magistrum Minoritam: ad Bosnenses, & Hungaros ab erroribus perpurgandos Beatum Iacobum de Marchia, & Fratrem Nicolaum Tragurinensem: ad Armenos, & Æthyopes, & Indos schismaticos vitos doctos, ac precipuos ex Minoribus Fratres Ludouicum, Iacobum, Baptistam, Bartholomęum, multosq; preterea, signanter insignem Preconem Fratrem Albertum de Sarciano emisit: In rerris autem Sarracenorum, Græcorum, Paganorum, Bulgarorum, Persarum, Medorum, Zigorum, Indorum, Turcarum, Scelitorum, Tartarorum, Pannonum constituit diuersos Euangelicos vigiles ex Franciscana familia, Fratremq; Iacobum Bononiensem precipuum suum statuit Orientalium partium Vicarium. Contra Fraticellos Hæreticos, & rebellantes Catholicos, simul & terrarum Christianarum inuasores Turcas, ac Sarracenos, alios amandauit Concionatores, & Oratores Minoritas, ac Inquisitores, nec non Apostolicos Nuncios ad Christianos Principes: Ad partes rursus Regni Danię, & Saxoniæ, & Germanię Nuncium Romanæ Sedis designauit Fratrem Antonium de Troia. Aduersus Moldaulæ; Vuallachię, Bollachiæ, Bulgariæ, Rasciæ, & Selauonię inne grassantes hæreticales errores Fratrem Fabianum de Bacchia delegauit: tandem B. Ioannem de Capistrano, iam olim Missionum Præfectum, signanter in Hungaria, misit ad varias Mundi partes, ad Galliarumque Regem præcipuè Romanæ sedis Nuncium emisit: nec vnquam (quamdiù Pontificium Clauum tenuit) à multiplicandis missionibus cessauit.

Vuad. Annal. Tom. 5.

Nicolaus Quintus per annos octo.

Ab Ann. Chr. 1447. ad 1455.

Optimis moribus, ac Sacra Doctrina præditus Pontifex Nicolaus, à suis prędecessoribus statutas per Quatuor Orbis partes Minorum Missiones & confirmauit, & conseruauit, ad Infideles, Hæreticos, ac Schismaticos doctos, ac integerrimos Curatores emittendo: Ideo B. Ioannem de Capistrano, simulq; cum eo duodecim Coapostolicos pugiles aduersus Hæreticos in partes septentrionales, Bohemiamq; precipuè transmisit: In Regno Neapolitano Sacræ Inquisitionis Tribunal erexit: Atque ad Prouincias Albaniæ, & Selauoniæ Fratrem Antonium de Oliueto Nuncium delegauit: Per Minores denique aduersus Turcas Constantinopolim expugnantes Cruciatam predicari præcepit.

Vuad. Tom. 5 & 6. Annal.

Ann. 1450.

Calixtus Tertius per annos quatuor.

Ab Ann. Chr. 1455. ad 1459.

Memoratas sępè sæpius supra Missiones ad septentrionales Prouincias Hungariæ, Boemiæ &c. continuauit, Minores Religiosos, inter eos precipuum Beat. Iacobum Picenum frequentius emittendo, Fratremq; Ludouicum Bononiensem præsertim, quem ad Persarum, Armenorum, & Tartarorũ Principes Oratorẽ delegauit, vt gentes illas in Turcam Tyrannũ conciliaret, sicuti & ille fideliter prestitit.

Vuad. Annal. Tom. 6.

Ann. 1455.

Pius, & Paulus Secundi per annos sex, & septem

Ab An. Ch. 1459. ad 1471.

Vzadlg. T. 6. Apostolicam regnandi rationem, nempè continuatam Missionem & ad Fidem propagandam, & ad perfidiam præsertim Turcarum infringendam adhibere voluerunt prælignati gemini Pontifices Fratres Minores ad Æthyopes, & Tartaros emittendo: Sacros Inquisitores aduersus fratricellos, & Gebennenses Hæreticos statuendo.

Ann. 1471.

Sixtus Quartus per annos quatuordecim.

Ab An. Ch. 1471. ad 1486.

Vzading Annal. T. 7. Apostolatus Minorum coluit hic Pontifex Minorita, & signanter ad Æthyopes, & Indos Minores Fratres ablegauit.

Ann. 1480.

Alexander Sextus per annos duodecim.

Ab An. Ch 1492. ad 1484.

Regnandi in Spirituali Christi Regno rationem Apostolicam nequaquam neglexit Alexander Pontifex, imò specialiter coluit, ad Occiduos Indos tunc cognitos per Hispanorum exactiorem nauigationem Fratres Minores Religione, & eruditione insignes emittendo, præcipuumq; inter eos Fratrem Ioannem Perezium de Marchena: Ad Granatenses Mauros reducendos in Hispaniam Fratrem Franciscum Ximenęum: Ad Vualdenses Hæreticos in Cisalpinam Galliam B. Fr. Angelum à Clauasio delegando, simulq; contra Tureas ad prædicandam Crucem: pro Indis verò Orientalibus nuper agnitis Fide imbuendis alios Minoritas amandare non neglexit.

Vzading. T 7. Annal.

Ann. 1500.

SÆCVLVM XVI.

Iulius Secundus per annos nouem

Ab An. Ch. 1504. ad 1513.

Chron. Vulg Par. 4. Vol. 2. lib. 7 cap. 47. TEmpore huius Pontificis cum Lusitaniæ Christianissimus Rex D. Emmanuel validissimam classem ad Indos subiugandos instruxisset; cum militaribus copijs auxiliares pacificas suppetias Fratrum Minorum transmisit, qui vastissimas illas regiones percurrentes, vsq; ad celeberrimam Indorum Ciuitatem Cannanor peruenientes, tandem in Regnis Quelte, & Narsingæ Sacrum Christi Euangelium prædicantes, Idolorum subuersionem procurabant.

Ann. 1505.

Leo Decimus per annos octo. Clemens Septimus per annos vndecim

Ab An. Ch. 1513. ad 1534.

Ad Indos remotiores cum hac tempestate peruenissent Protonautæ Lusitani, penetrarunt pariter Fidei Doctores Fratres Minores, à duobus suprasignatis Præsulibus emissi: Inter Missos autem præcipui enumerantur Fr. Fr. Ioannes Cheuedus, Martinus de Valentia Hispani, Ioannes Chayegdus, & Ioannes Vincentius Britones, & Fr. Andreas ex Olmo, qui inter Indos Occidentales plura grauiora perpessus, multa meliora perpetrauit.

Bzovius T. 1. lib. 14. fig. 57 cap. 21. de fig. Eccles. & Turrianus ii. 2. Annal 527.

SECTIO SECVNDA

APPENDIX PRÆAMBVLA, ET PECVLIARIS

Diuina Sacro-Politica, quæ ad Ius regnandi Apostolicum sua in Ecclesia subsidium continuandum, emittendorum Pugilum expeditiores acies parauit, dum Euangelicæ perfectionis rigidos professores, nempè Capuccinorum Congregationis Fratres Minores, legitimos Seraphici Patriarchæ filios in Ecclesiastico Regno suscitauit, quinta huius per senescentis Mundi ætatis nouissima sæcula.

I.

D. Luc. 14. *Homo quidam fecit Cœnam magnam* (dicebat Dei sapientia apud D. Lucam) *& vocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata sunt omnia, & cœperunt simul omnes excusare. Et reuersus seruus nunciauit hæc Domino suo. Tunc iratus Paterfamilias, dixit seruo suo: Exi citò in plateas, & vicos Ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine factum est, vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait Dominus seruo: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Decantatissimum apud vniuersos fidelis veritatis assertores illud circumfertur Axioma, quòd tota vnum, aut vnus Apex tota in lege Euangelica non supersit: quamobrem confide-

randum,

randum, atq; idem idem animaducrtendum, quòd cum in parabolicis & Vineis, & Palatio, & Conuiuijs, nempè Regijs nuptijs semper plurium M. siorum ieruorum inducantur personæ; in hoc solummodo, non iam prandij, sed cœnæ opiparo apparatu vnius dumtaxat famuli repetitæ tres Emissiones numerantur: quod factũ, siue dictum existimo à Spiritu Sancto, vt manifestè doceret; in hoc ieruo hora nouissima ad conuocandos inuitatos ad gloriam tertiò destinato posse nos iuremerito Diuum Franciscum contemplari, qui tergeminis vicibus, nempè per tres Ordines, sinè per vnius Minorum Ordinis tergeminam Fratrum Conuentualium, Obseruantium, & Capuccinorum Congregationem egressus, diuersorum sæculorum, & nationum, siue conditionum fidcles ad Cœnam Spiritualem Magni Patrisfamilias venire cunctantes vocauit, solicitauit, & tandem compulit per Capuccinos: Quorum Congregationem, siue Ordinem Diuina solummodò manu obstetricante Seraphicus Pater de Cœlis edidit, editamq; Beato Matthæo de Bascio religiosissimo Sacerdoti, & Sanctissimo viro lacte enutriendam tradidit, quam Clemens VII. Pontifex Maximus Anno secundo primò approbauit, & rursus postmodum Canonicè confirmauit Anno quinto sui Pontificatus, & Euãgelicos priores illos Satores ad prædicandum Dei verbum ordinauit, ordinatosq; atq; Pontificali benedictione munitos ad Apostolandum designauit; quò perendinantes, siue procrastinantes, segniores q; Christi fidcles ad paratas in Ecclesia Regias Nuptias efficaciori interpellatione, nempè seruentiori prædicatione intrare compellerent; instando opportunè, & importunè, arguentes, obsecrantes, increpantes in omni patientia, & doctrina, his signanter temporibus, quando sanam doctrinam non sustinent etiam ipsi Orthodoxæ veritatis professores, quia ad sua perficienda noxia desiderij coacernant sibi Magistros ludicros, siuè inutiles, pruricntes auribus; Vnde à simplici veritate quidem auditum auertunt, ad fabulas autem conuertuntur, hinc q; à Deo auersi, ad peruersa subuertuntur, sicuti Euangelicis notis expressis renuentium irrationabilibus excusationibus comprobatur: *Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam, rogo te habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq; & eo probare illa: rogo te habe me excusatum. Et alius dixit: vxorem duxi, & ideo non possum venire.* Et vt ipsi Ecclesiæ filij, ne ad propriæ Matris præparatas nuptias accedant: *Declinant cor suum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem, ideò non communicant* cum electis Dei, quoniam concupiscentia diuitiarum, concupiscentia carnis, & superbia vitæ quibusdam quasi repagulis sponiè obligati, miserrimè ab incorruptibilis vitæ æternis, & incliorib⁹ delitijs vltronei excluduntur. Ad hos igitur voluntariè infelices, qui sensibilium philtro fascinati, grauiori eriminum sopore inter sensuales plumas detinentur, excitandos vehementiori spiritus sono, siuè tonitruo violentiori opus est, quò se se à delictorum, siue delectamentorum somno profundiori excutere, ac expedite valeant: quamobrem Seraphicos declamatores, nempè Capuccinos Concionatores nouissima dici hora misit Paterfamilias; vt austerioris professionis, & rigidioris vitæ Euangelicæ exemplis, pariter & vehementioribus, atq; seruentioribus prædicationibus in auribus dormientium personando iam in vitijs seminortuos, intensibiles, lethargicos non excitarent modò, sed & precationum applicito suffragio, suscitarent ad viram gratiæ, sicq; ad gratiosas nuptias ingredi suauiter, dulciq; saluifica violentia compellerent panperes spirituali sensu, debiles virtute, cœcos ad veritatis lumen, & claudos ad bonum perficiendum, ac consequendum.

D Franciscus vnicus ieruus ad cœnam ter vocã. pertres ordines.

P. Zacc. Capucc. Annal. T. 1. ad annos 1525. & 1528

Ann. Christi 1528.

Capuccinorũ ordinis institutio, approbatio, & missio.

Luc. 14.

Psal. 140.

Professionis & Prædicationis Capuccinorum Finis, & effectus.

II. *Contra malum bonum est, & contra mortem vita, sic contra virum iustum peccatur: Et sic instruere in omnia apera Altissimi, duo contra duo, & vnum contra vnum.* Contra malum perfidiæ stat perpetuo in Ecclesiastico Christi Regno bonum Fidei: & contra mortem nequitiæ perstat vita Iustitiæ, licèt contra Iustum Regem stet peccator Diabolus insidians, & contra vnitatem charitatis, & veritatis instet Schismatica vnio falsitatis, & hæresis. Ideò duo contra duo: sub hoc namq; deplorando, infausto q; textodecimo sæculo, duo ex iufernis latebris eruperunt Hæresiarchæ, qui eunctorum Sectariorum Pseudo Patriarchæ iuremeritò vocitari debent: nempè Martinus Lutherus Germanus, & Ioannes Caluinus Gallus. Illius effrænis luxuria, simul & interminabilis libido vno sæculo centum Sectarum Primarchas viperino partu edidit: Huius verò Sathanica malitia, & Auernalis impietas centum pro eodem sæculo (vt ita dicam) Prouincias hæretico veneno Diabolico dementauit. Duo contra duo: Vera legitimaq; Christi Sponsa, Catholica Ecclesia, duabus inter plures insignioribus notis consignatur; Religionis videlicet Sanctitate, & Integritate, simul & doctrinæ, idest Sacræ Scripturæ vnitate, & veritate sibi à Cœlesti Sponso pro dotalibus, siuè sponsalibus coheredit is, & assignatis. Infernali adultero pudicitiæ, & Virginitati Orthodoxæ Ecclesiæ insidianti vt obsequerentur duo Lenones Lutherus, & Caluinus, geminas illas pretiosissimas gemmas de pectore Sponsę surripere tentauerunt, hoc est de rationali iudicij Summi

Ecclesi. 33.

Ann. Christi 1520. & 1538.

Saeerdotis doctrinam, & veritatem delere festinauerunt, vel saltem gemmarum fulgorem offuscare atq; obnubilare voluerunt. Dum vnus, nempè Lutherus, vitę Sanctitatem, alter verò, scilicèt Caluinus doctrinæ, & scripturę veritatem subuertere, & deturpare studuerunt, impijs saerilegijsq; exeogitaris, & coaceruatis dogmatibus & Religionis libertatem, seù potius libidinem, & doctrinæ Fidei multiplicitatem pro vnitate inducere ambo simul præsumentes. Duo contra duo. Contra igitur duas Religionem, & Fidem subuertentes Lutherizantium 1520. & Caluinizantium circa 1538 à Caeodæmone de Inferno speeu eductas sectas deduxit ipse Dominus Deus de Cœlis immissas geminas Saeras perfectè Euangelizantium Congregationes Capuecinorum vnam 1528. Iesuitarum alteram anno 1540. Apostolica auctoritate à Romano Hierareha accuratè examinatas, atq; vti legitimas Spiritus Sancti filias manifestè agnitas, & Canonicè approbatas. Haiq; verorum Israelitarum acies aduersus spurias Goliath turmas Philistinorum hæretieantium in Eeclesiastico suo Spirituali Regno stare, & dimieare voluit; vt & Religionis integritatem, & doctrinæ veritatem ambæ simul tum conseruare, tum restituere satagant. Quod per sesquialteram Iam annorum Centuriam, si Socieratis Iesu Venerabiles Patres vbiq; terrarum prætiterint, abundè satis Saeræ illius Religionis hactenùs à proprijs alumnis edita clariora monumenta testantur. An verò huie sibi demandato Apostolieo muneri satisfeeerint Coapostoliei Operarij Capuecini; summatim, ae compendiosè hie delibaturi sumus.

Geminę Religiones Canonicę Capuecinorum, & Iesuitarũ contra geminata hæreticas Sectas Caluinianorum & Lutheranorum.

Ann. 1520. & 1538.

Ann. Chr. 1528. & 1540.

Desumendo ex Capitularibus Tabulis quòd nostra Congregatio Fratrum Minorum Sancti Francitci Capueeinorum in Europa circiter quinquaginta regulares Prouineias enumerat, & complectitur quarum vigintittes: omnes copulatim circa centum, & sex Missiones in quatuor Mundi partibus exercent: singillatim verò curant. III.

PROVINCIÆ.

	Num.			Num.	
1. Mediolanensis.		1.	13. Burgundiensis.		1.
2. Brixiana.		1.	14. Tolosana.		5.
3. Genuensis.		1.	15. Aquitanica.		4.
4. Pedemontana.		16.	16. Arugonienſis.		2.
5. Parisiensis.		16.	17. Eluetiea.		2.
6 Turonensis.		8.	18. Flandrica.		1.
7. Normandiea.		5.	19. Tyrolensis.		5.
8. Britanniea.		2.	20. Styrientis.		1.
9. Lugdunensis.		9.	21. Castiliana.		1
10. Sancti Ludouici.		6.	22. Andalutiensis.		1.
11. Lotharingica.		2.	23. Colonienſis.		8.
12. Sabaudica.		14.			

Apostolicum Ius regnandi, pro Ecclesiastici Spiritualis Regni necessitatibus subleuandis, per institutas Capuccinorum in quatuor Orbis partibus Missiones, qui Hierarchici reginiinis Supremi Praesules Romani, ab illorum Congregationis exordio coluerint, explicat,

PER SÆCVLVM SEXTVMDECIMVM.

Praambulus.

Num. I.

Apocalip. 19.

ET *vidi Bestiam* (prophetabat Ioannes in Apocalypsi) *& Reges Terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu suo.* Hanc ferocientem Lernæam Bestiam quis neteiat esse impietatem? quæ infidelium Regum ambitioso famulatu associata, perfidorumq; simul terræ habitatorum saerilegis agminibus stipata aduersus Regem Christum, Christianique Regni Catholicam Ecclesiam prælıatura perpetuò stat, & acriter persistit profana, exeerandaq; in acie: contra quam Cœlestis ille Rex validissima, eoplosaq; Ecclesiastica Castra educens, & dedncens in eampum egreditur, vti supra datus enarrat Ioannes: *Et vidi Cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius Verbum Dei, & exercitus, qui sunt in*

Apocalip. 19

Cælo,

Cælo, sequebantur eum, in equis albis vestiti byssino albo, & mundo: Et de ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Et habebat in vestimento, & femore suo scriptum: Rex Regum, & Dominus Dominantium. Hic igitur Imperantium Monarcha, Verbum Patris carne indutum, cœlestium acierum agmina ducens, & dirigens nulli dubium; quin non aliam ob causam ad bella procedat, quàm vt Ecclesiasticum suum Regnum in terra conseruet, defendat, atq; ab hostilibus perfidiæ inuasionibus protegat: cur igitur inermium, nullis videlicet armis armata Castra ad pugnandum deducit? Ipse enim solus vnicum bicipitem gladium in ore gestans agmina præcedebat. O magnum mysterium: id ita faciebat, quia Verbum Dei titulum præseferebat, cuoctosq; monebat: quod vrgentiores licèt necessitates ob fidelium Christianorum irreligiositates detestandas: arctiores angustiæ propter Hæreticorum execrandam perfidiam: extrema discrimina ob infidelium Sacrilegam impietatem Ecclesiasticum eius spirituale Regnum pernitbent, exagitent, concutiant, & ad excidium vsq; percutiant; cuocta nihilominus grauiora præcensita mala, pericula, & damna ab Ecclesia sua auertere consueuit, non ferro munitorum armatorum turbis, sed verbo valentium Apostolicorum pugilum, morum innocentia, & vitæ puritate, seù conuersationis Sanctitate, necnon Doctrinę sinceritate, ac veritate candidatis turmis. Insolescat igitur quamquam Christianorum irreligiositas, inualescat quamuis Sectatiorum perfidia, conualescat licèt infidelium impietas in quatuor Mundi partibus; vt Euangelicum Regis Regum Iesu Christi Imperium deijciat: in subsidium tamen periclitantis suæ Ecclesiæ, Deus Omnipotens nullum frequentius Ius regnandi adhibere consueuit, quàm Apostolantium auxiliates copias pro temporum, & iocorum, seù Ecclesiarum opportunitatibus, & indigentijs emittere. Quamobrem haud mirum, si quinto, & sexto secundæ Chiliadis sæculis ominosis, quando spirituali suæ Dominationi grauiora imminebant, & in dies imminent pericula, ad ea remouenda, & auertenda, ignobilem, despectam, arq; humilem ancillam, nempè Congregationem Minorum Capuccinorum, veluti Euangelica Castra emisit per varia Mundi climata; quò suæ Ecclesiæ irruentium perduellium conamina illudat, elidat, & reijciat: Ecclesiasticas Religiosorum Operatiorum Missiones per Hierarchici regiminis Præsules Romanos opportunè instituendo, constituendo, & multiplicando, remorioribus etiã diuersis in regionibus, Prouincijs, & Regnis, vti ex infrapositio literculo epitomatico patebit.

Auxiliares copias inermium Apostolantium signanter Capuccinorum mittit Deus in subsidium sui Ecclesiastici Regni.

Apostolatuum Capuccinorum Elenchus

Clemens Septimus Romanus Pontifex ab anno 1523. ad annum 1534.

Ab Ann. Chr. 1523. ad 1534.

AD se humiliter accedenti B Patri Matthæo de Basçio, vt institutendæ Congregationis Fratrum Minorum Capuccinorum facultatem impetraret, benevolam permissionem Impertiuit, Iliumq, ad Pœnitentiam, Sacrosanctumq; Domini Nostri Iesu Christi Euangelium vbiq; terrarum prædicandum, Apostolica benedictione munitum, tunc primò legitimè cum quadrato Capuccio, atq, austeriori rigido tegimento emisit, per Italiam signanter tunc flagitiorum inibi inundante fœtida colluuie.

Pat. Zacchar. Capuccinus Annal. Tó. 1.

Ann. 1525.

Iulij Tertij Romani Antistitis

Ab Ann. Chr. 1550. ad 1555.

Voto habito, Fr. Bernardinus Astensis Generalis Capuccinorum Minister misit ad infidelium Terras Fratres Ioannem à Metymna, & Ioannem Apulum, qui Constantinopolim primò peruenientes, Babyloem vsq; Christum annuntiantes penetrarunt, & simul Martyrium fortiter subierunt.

Pat. Zacchar Annal. T. 1.

Ann. 1551.

Pij Quarti Summi Sacerdotis

Ab Ann. Chr. 1560. ad 1566. Ann. 1561. & 1565.

Sub regimine, Fr Franciscus Æsinus, & ipse Generalis Minister emisit Fratrem Iacobum à Meiphito ad Ausooiam ab hæresibus perpurgandam. Quod & omni solicitudine præstare, & consequi enixus est, eiusdem instituti eximius Sacer Orator Fr. Bernardinus à Monte-Vlmi.

Pat. Zacchar Tom. 1.

Pius Quintus Sacerdos Magnus

Ab Ann. Chr. 1566. ad 1572.

Cum aduersus Turcas instruendæ Classi Religiosos viros adhibere decreuisset, qui & Sacramenta Militibus ministrarent, eosq; fortirer pro Fide dimicare, animasq; pro Christo fundere hortarentur ad hoc munus Capuccinos elegit, Hieronymumq; Pistorienſem hoc anno, in Cretam Insulam cum Anselmo a Petramolaria triginta adiunctis Fratribus mittit.

Pat. Zacchar. Tom. 1.

Ann. 1570.

Gregorius Tertiusdecimus

Ab Ann. Chr. 1572. ad 1585.

Sactos Oratores Capuccinos, signanter Fratrem Bonauenturam Rhegiensem, & Fratrem Ioannem à Terranoua Io Italiam: In Heluetiam verò Fr. Franciscum ab Aquis-Bormijs, cum pluribus Socijs aduersus serpentes hæreses emisit. Fr. itidem Petrus Placentinus Concionator, cum Socio Fr. Philippo à Roccaconrata

Pat. Zacchar. Tó. 1. Annal.

huius

huius Pontificis iussu Algerium profecisci tur; quò captiuos Christianos de Turcarum Tyrannide redimeret: quod abundè satis præstitit & corpora à Tyrannorum, & animas à vitiorum seruitute eripiens, prædicando, & Saerosancta Sacramenta administrando, nutantesq; confirmando. Eò profectum Petrum Placentinum sequitur hoc eodem anno, pro eodemmet charitatis officio perficiendo, Fr. Angelus à Foroliuio, vir integetrimæ castitatis, & excellentioris charitatis. Ann.1582. 1583. & 1585.

Sixtus Quintus

Quamplurimos tum Saeerdotes, tum Concionatores Capuceinos à Generalis Capituli Patribus sibi oblatos (inter quos Fratres Iosephus à Leonissa, Ægidius de Sancta-Maria, & Dyonisius Romanus computantur) cum eis in Missionis Præfectum Fratrem Petrum à Cruce assignasset, ad Constantinopolitanum Apostolatum, amplioribus à Sacra Congregatione Sancti Officij illis concessis facultatibus, Canonicè destinauit. P. Zaechar. Tom.2. Ann. Ab An.Ch 1585. ad 1590. Ann.1587. & 1611.

Gregorius Quartusdecimus

Ad Capuceinæ reformationis, & Euangelicæ perfectionis, atq; veritatis semina serenda per totam Galliam, Fratrem Pacificum à Sancto Geruasio Commissariũ, & Fratrem Petrum à Campis Concionatorem eximiæ integritatis, & strenuitatis Operarios designat. P. Zaech. Annal. Tom.2. AbAn.Ch. 1590. ad 1591.

Clemens Octauus Pontifex Maximus.

Hic Magnus Saeerdos cum prouidus esset Hierarcha, Apostolicum Ius regnandi mirificè excoluit: Vnde Fratres Minores Capuccinos, veluti expeditos Apostolicos Cursores pluries vocatos, electos, ac ordinatos in Gallo-Belgium, in Algerium, in Galliam Cisalpinam, in Bohemiam, in Sabaudiam, in Hungariam, in Algerium iterum, in Constantinopolim transmisit. Ad Tornacensem Ciuitarem Gallo-Belgicam plures Capuccinos religiosos: Ad Cisalpinas Conualles Galliæ finitimas Fratres Valerianum à Pinerolio, Mauritium Murrensem, Stephanum à Gombolato, Philippum à Pancalerio: Ad Pragensem Ciuitatem, & Boheinicum Regnum Fratrem Laurentium à Brundusio religiosorum Cooperariorum comitatu stipatum: Ad Allobroges, ac Tononij Ciuitatem, & Vallesianorum regiones, aduersusq; Gebennenses Fratrem Cherubinum Maurianensem, plurimosq; Sodales: Ad expeditionem Hungaricam aduersus Turcas, vt Pontificijs auxiliaribus copijs religiosè ministrarent, Frattem Archangelum Ariminensem, nonnullosq; collegas: In Aphricam ad Iuliam Cesaream, nempè Algerij Vrbem primò Archangelum Ariminensem, postea Ambrosium Mediolanensem: In Græciam denig; Fr. Ægydium à Portù Sanctæ Mariç emisit, qui Martyrij subeundi cupidine ductus, primum Hierosolymam adnauigauit, indè Constantinopolim reuersus, ibidem ptolixiores moras trahens, vtriuiq; gentis idioma edoctus Græcos, & Latinos fidei rudimenta diù docuit, eosq; ad fidem, & pietatem perduxit. Clemens verò quamdiù Romanę Ecclesiæ clauum tenuit, à Christo prærieriptam regnandi rationem indefinenter exercuit. Vnde iub hulus Magni Præsulis auspicio, Frater Benedictus Kanfeldensis, cum Fratre Ioanne Chrysostomo Scoto in Angliam ad Apostolandum traiecit. P. Zaechar. Annal. T.2. Ann.1591. & 1596. Ann.1595. 1599 & 1601. Ann.1603.

SÆCVLVM XVII.

Paulus Quintus Maximus Pontifex

SPectabili benignitate, atq; exuberantioti zelo perpetuò exæstuans, Capuccinorum Minorum Apostolatus & nouos fundauit, & antiquos instauranit diuersis in Orbis regionibus, vti. Ab An.Ch. 1605. ad 1621.

In Pedemontio, In Dalmatia. Ex P. Zaech. Annal. Tom. 2. Ann.1605. 1608. 1610.
In Anglia, Hibernia, & Scotia.
In Sabaudia, 1611. In Germania.
In Thuronia, & Brasilio. Irerum apud Allobrogos, & Pictauienses, 1613.
In Congo, atq; in Parisiensi Prouineia, & Ibernia. 1618.
In Aquitania, & Tholosana Prouincia, ac Rhætia. 1620.

Delegando illùc insignes Religiosos Athleras amplioribus facultatibus præditos, per plures alias Dioeceses, & Regiones. Ab An.Ch. 1611. ad 1623.

Gregorius Quintusdecimus.

In Gallia Cisalpina, nempè in Pancalerio, & Padusana Valle antiquas Missiones ampliauit: In Heluetia etiam nouas fundauit. Ann.1621. 1622. & 1623.

Vrbanus Octauus.

Animi sui magnitudinem, simul & charitatis amplitudinem non minus, quàm Pastoralis vigilantiæ solicitudinem declarans ter Maximus hic Romanus Hierar- Ab An.Ch. 1623. ad 1644.

cha

cha gentes perfidas, capaces æternæ felicitatis reduceret, eductos de Cœnobijs fidos Athletas Capuccinos remotiores ad Orbis plagas ad Apostolandum ordinatos destinauit per tùl Pontificatus plurimos dies. In Heluetiam, Bohemiam, &
Ann. 1614 & 1615. Morauiam, Engadinam Inferiorem, Thyniſſam, In Flandriam, Hollandiam, Lotharingiam, Styriam, Vallonia, Belgium, Gheldriam, Friliam, & Zelandiam, Burgundiam, Galliam Narbonenſem, Candiam, ſiue Cretam Inſulam, Angliam, Iberniam, Scotiam, & Conſtantinopolim, Galliam, & Germaniam tandem in
Annis quatuor partes Mundi, vt infra, numero tertio compuranus.
1626. In Tranſiluaniam, ad Boſnenſes, & Delphinenſes.
1627. In Cephaloniam, Palatinatum, Caropolim, & Colmariam.
1628. In Coloniam, & Tellinam Vallem.
1629. In Britanniam maiorem, In Rhætiam.
1630. In Britanniam Minorem, & Guineam; in Ægyptum, & Nouam Angliam.
1631. In Normandiam, & Sturianam Vallem.
1633. In Aphricam, Promontorium Viride, in Inſulam Sancti Chriſtophori, in Americam, in Moſcouiam, & nouam Franciam, & Tractum Rhenanum.
1634. In Meloleinam, & veterem Guineam Aphricæ.
1635. In Burgundiam iterum.
1637. In Æthiopiam.
1638. In Barbariam, in Inſuiam Andri Orientalis, & Tabarchæ.
1639. In Nicienſem Diœceſim, & Ponti Vallem Subalpinam, & Sedanum, in Galliam Belgicam, in Inſuiam Maris Ægæi.
1640. In Hungariam, & Regnum Congi.
1642. In omnia loca Americæ Septentrionalis.
1643. In Moream, & Peloponeſum, & Magnam Tartariam.
1644. In Regnum Nigriarum.

Suprapoſitas, & quampluimas alias & ſtatuit, & reſtituit Miſſiones Capuccinorum Capuccinæ familiæ hic benigniſſimus Supremus Parer, & Paſtor.

Innocentius Decimus.

Ab An. Ch. 1644. ad 1646 Annis Zelabat equidem zelum legis, ideo Zelotes Euangelij Satores Minores Capuccinos per exteras regiones remoras diſtribuit:
1645. Per Regnum Mogor, & tres Arabias, & per Indias Orientales, Sorat, & per Indias Occidentales.
1646 Annis Per Regnum Benin, & omnia Aphricæ loca, per Burgundiam Tertiò.
1648. Per Inſulam Granatæ Superiori Regno proximam, Guadalupe in America.
1649. Per nouam Angliam, ſeù Virgineam, & Regnum Congi.
1650. Alexander Septimus.

Integrirate, pietate, zelo, iuſtitia, & Religione verè Magnus, ter maximos in Eccleſiaſtici Regni profectum Spirituales prouentus Paſtorali ſua Suprema prudentia, ac prouidentia præſtare ſolicitè ſatagit: Vnde & ex Capuccinorum Congregatione ad Dominicæ Vineæ Euangelicam culturam emittere non negligit: inchoauit igitur duntaxat illos Sacros Vigiles ſtatuere.

Ann. Chriſti 1655. In Portis Italiæ, nempè Portarum Oppido Pinerolio proximo, ad Cottiarum Alpium radices, & Cisalpinarum Vallium fauces.

Apoſtolicum Ius regnandi, pro Eccleſiaſtici Spiritualis Regni neceſſitatibus ſubleuandis, per Quatuor Mundi Partes emiſſi, & diſtributi, quibus in Prouincijs, Regnis, & Regionibus & exercuerint, & exerceant Capuccini pacifici Fidei Propugnatores, ac Propagatores, explicat Præambulus

Num. II.

QVadratum à pauperum Patriarcha D. Franciſco Minorum inſtitutore eſt formatum, ſed remotorum ſucceſſione deſtitutum, Capuccinum reaſſumpſerunt Minoritæ Capuccini, quoniam inſtituentis Parentis, & Legiſlatoris Seraphici ad quatuor Mundi plagas exercendi Euangelici Apoſtolatus antiquum propoſitum hactenus in Minoritica Religione iugiter pertenerans reaſſumere & ipſi à ſuæ reformationis incunabulis propoſuerant, ſimul & à primordialibus initijs occeptauerant, iuxta tum à nobis ſupraſcripta, tum à Patre Arturio Rhotomagenſi Minorita tuo in Franciſcano emendato Martyrologio, ad annorationes vitæ P. Fr. Franciſci Hielmani Belgæ Capuccini pridie

Idus

Capuccini ad 4. Mundi plagas Apostolando cucurrunt, & militantur. P. Artur. Minorita in Hag. Martyrologio. Iarricus in hist. Ind. Orientalis. Franciscus de Sales tract. de amore Dei Spād. Annal. T. 1. Iuo Parisiensis Bzouius T. 17. Annal. Cochinus, Annonym. & Ignatius Ioseph.

idus Septembris ad § 8. deserpta sequentia verba: *Sanè iam eria Capuccinos à nascentis suæ Congregationis exordia infidelium tum Occidentalium, tum Orientalium Indorum, aliarumq; totius Orbis Regionum conuersiani admodum deditos fuisse. Nam Turcarum, Persarumq; latissimum Imperium peragrarunt. Cyprum, Syriam, Palæstinam, Aegyptum, & Aethiopiam (vbi duo ex illis Martyrio sunt coronati) Iapponium, Canadam, Brasilumq; perlustrarunt. Apud Tampinambatos, Insulæ Marignianæ, in Brasilio habitatores sedem fixerunt: Baya Urbi Aedem extruxerunt, ab anno 1595. cernuntur in Cambaya: in Regno Martauano: in Insula Sumatra ad Regem Achaensem: in Regna Coagaao; & ita Iarricus 1. par. hist. Indiæ Orientalis in Epistola dedicatoria, tum lib. 1. cap. 38. & par. 3. lib. 5. cap. 42. & lib. 6. cap. 31. & 42. Senertius lib. 7. Antimartyrologij Hæreticorum §. 3. cap. 2. sect. 1. Franciscus de Sales de amore Dei lib. 5. cap. 9. Spondanus supp. ad ann. 1613. Iuo Parisiensis in falsicubus successibus pietatis par. 3. cap. 13. Bzouius Tom. 17. Annal. Ecclesiast. ad an. 1471. §. 14. vbi de Paulo V. Papa Articul. 25 Corbinus super pag. 157. Anonymus Tract. de Nauig. ad calcem Historiæ de Canerijs per Bethencourt pag. 140. 141. & 191. & topiosius Ignatius Ioseph in Historia Abba Villæ lib. 1. cap. 58.* Verùm enimuerò quæ ex citatis, ac coaceruatis Scriptoribus præcitatus veridicus Auctor potius delibat, quàm delineat fusius nos colligneare, arq; Topographicè, Chorographicè, seu Cosmographicè compendiosè tamen describere decreuimus, & aggredimur. Ipsum vastissimum terrarum orbem partiuntur Cosmographi quaternas in hetherogeneas sectiones, quæ quatuor Mundi partes ad quatuor Vniuersi angulos sitæ nuncupantur, nempè ad Orientem Asia, Meridiem Aphrica, Occidentem America, Aquilonem Europa. Has diuerso sub climare constitutas incolunt diuersæ, & variæ nationes, gentes, & populi, qui discretis, & disparatis linguis, differentiq; idiomate perutuntur: ex his autem vniuersis habitatoribus mansueti pauci, inhumani multi, ferociores plures; mansuetiores pauciores: Inter hos rursus, qui Orthodoxam fidem, & Christianam veritatem profitentur pauci; qui verò Paganam infidelitatem, & hæreticam perfidiam sequuntur quamplurimi; ad quos reducendos Apostolatum, siue Missionem Christus Instituerat, cum electis suis Apostolis dixerat: *Euntes in Mundum Vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Vt in vniuersa creatura Regnum Dei ad salutem constituerer. Summi igitur Regis regnandi lus æmulantes vniuersalis Ecclesiæ Supremi Pastores, & Ecclesiastici Regni Proreges, Romani Pontifices Apostolicorum virorum, idest Operariorum Missiones ad quatuor Mundi plagas Instituere constituerunt, vt vel Regnum Dei ad salutem generis humani cunctis in nationibus fundarent, vel fundatum perficerent, perfectum consummarent, labefactatumq; restituerent. Inter huiusmodi igitur Emissarios Ecclesiastici Regni Equites propagatores non vltimo numero computantur, & annumerari debent Fratres Minores Capuccini nuncupati, qui Euangelicæ militiæ albo libentissimè sua nomina dantes, in Ecclesiasticis Castris aduersus Christiani Regni, & nominis perduelles militare, & decertare gaudent, non in Patrio solo solùm, sed & in remotissimis oris, magis transmarinas Apostolicas expeditiones ambientes, & ex corde amplectentes, & prosequentes, vtrandem aliquando pro Christiana Religione, & Catholica Fide, sinul & legitima Ecclesia occumbere, arq; sanguinem fundere in sortem illis concedatur, & contingat: Vnde quatuor In quadriformis Orbis plagis fideliter, & solicitè exercuerunt, & exercent Capuccini tum mobiles, tum stabiles sequentes Ecclesiasticas sibi assignatas.

Matth. 28.

Ann. Christi 1595.

Ann. Christi 1613.

MISSIONES

Asiæ intra Confines.

Indiæ Orientalis: In Regnis geminis Magor, & Sorat.
Insularum itidem Orientalium in Regno Pegù.
In Natoliæ Ciuitatibus Aleppi, & Smyrnę.
In Syria Ciuitate Babilone, vel Niniue.
In Palęstina tota; additis Vrbibus Alepsin, Adamas, Baruth, Serid, & Tripoli Soriana.
In Persidis vniuerso Regno, & etiam In Persepoli Ciuitate.
In Regno Parthorum, præcipuaq; in Ciuitate Hispaan præsertim.
In Mediæ Prouincia, & Regali Ciuitate Sumachia.
In vtroq; Regno Armeniæ.
In tribus Arabijs.
In Guindano Regno
In vastissimo Tartarorum Imperio.

MISSIONES

Aphricæ intra Confines:

In Ægypti Regno, & Cayri Vrbe Regia;
In Mauritania, vel Nigritorum Regno.
In Telensino Regno Algerij.
In Insula Tabarca.
In Tunetano Regno, & Tuneti Vrbe, simul & in Tripoli Barbariæ.
In Regno Congi.
In Guinea Veteri.
In Regno Benin.

MISSIONES

Americæ intra Confines:

In Brasilij Vniuerso Regno, ad Caput Northis, atque in Sancti Christophori Insulis.
In Indijs Occidentalibus Brasile versus, vsque ad Riuum Antanorum, siuè Maragnonium flumen.
In Canadæ, seù Virginiæ Regno.
In America Meridionali, idest in Fenamburgo:
In Insulis Marignana, & Granatensi.

MISSIONES

Europæ intra Confines:

In Anglicani Regni binis Insulis Angliæ, & Scotiæ.
In Hibernia pariter eiusdem Regni Insula plures consistunt Missiones, sicuti
In Hollandia cunctaq; Reipublicæ Hollandicę Dominatione, nempè in Zelandię, Gheldriæ, Frisiæ, & cæteris vel Insulis, vel Prouincijs.
In toto opulentissimo Galliarum Regno innumeræ numerantur Capuccinorum Missiones, nempè:
In Britannia Minori plures:
In Aquitania: In Ducatu Sancti Antonij, & Torenæ Principatu:
In Burgundia Multæ:
In Lotharingia non paucæ:
In Lugdunensi Prouincia frequentes:
In Viennensi Gallia, idest Delphinatu quædam;
In Narbonensi Gallia quam plurimę:
In Sabaudia nonnullæ, signanter in oppositum Gebennensis Hereticæ Ciuitatis
In Tolosana Prouincia aliquæ.
In Germaniæ vastissimis regionibus multiplices, imò multiplicatæ exercentur missiones, scilicèt;
In Helvetia:
In Prouincijs iuxta Rhenum:
In Ducatu Iuliæ, & Cliuiæ:
In Curia Rhætorum:
In Prouincia Fortiana:
In Dominatione Bernensi, & Colmaria:
In Dantico, Hassia, & Brandeburgensi Marchionatu:
In Saxonia electorali, & Holani Principatu:
In Morauia, & Transilvania:
In Regnis Bohemię, Hungarię, & Poloniæ:
In Stiria, Rhætia, & Vallonia:
In Palatinatu superiori, & Prouincia Tyroli;
In Magno Ducatu Mosconiæ:
In Insulis Cretæ, & Cephaloniæ:

In Archipelagi Insulis Chio, Andros, & Hixiæ:
In Magna Vrbe Constantinopoli:
In Vniuersa Græcia, & Morea, Dalmatia, & Albania:

In Pedemontano Principatu, qui Cisalpinæ Galliæ nuncupatione comprehenditur, in qua Capuccini Apostolici Operarij sexdecim hactenus Missiones fixas, & stabiles sustinuerunt, & Ecclesiasticas stationes propugnarunt: En igitur qualiter paruulus Franciscus Assysias Lateranensis Basilicæ quatuor nutantes angulos proprijs humeris submissis fulciat, & sustentet; & quo pacto labentem Dei domum proprijs laboribus, & sudoribus reparet, & restauret.

Apostolicam regnandi rationem per Ecclesiasticas Religiosorum Missiones aduersus iniquum Hæreticum ius regnandi, siue deturpandi Christiana Religionis formam, qui Euangelicæ perfectionis professores congruè magis, & aptè, imo sufficientius in Christiana efformanda, seu reformanda Ecclesia subsidium exerceant, explicat Præambulus.

Num. III.

Proverb. 7. ANtiregnum siuè Antichristi Regnum; hoc est hæresicam, signanter Pseudo-Apostolantium Dominandi callidam, vaferrimamque libidinem explicans Spiritus Sanctus, Mereenarias binas fœminas eduxit, atque in Cathedra pestilentiæ, vel scena Mundi sic insipientium eotda solicitantes eas induxit: *Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas, garrula, vagæ, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis iuxta angulos insidians, apprehensumq; deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens: victimas pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Aegipto, aspersi cubile meum, Myrrh, & aloe, & cinnamomo. Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus. Mulier stulta, & clamosa, plenaq; illecebris, & nihilominùs sciens, sedit in foribus domus suæ, super sellam in excelso Vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinera sua: Quis est paruulus, declinet ad me. Et vecordi loquela ait: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.* En typum mulieris adulteræ: en adulterantis Hæreticæ meretricias fraudes. Dominandi namq; in Ecclesiastico Regno, idest Ecclesiastici Regni vsurpandi libidine ducti Antichristi Archimandritæ, vt Antiregnum in Ecclesiam statuerent. Virgineam Religionis Christianæ, Candidamq; atque illibatam formam, ac pudicitiam prostituentes, scortorum lasciuientium immunditias, luxurias, impudicitias, ebrietates, indecorasq; nimis vniuersas vitæ deformitates reformandę (vt aiunt) Religionis formosas ideas, simul & idealia exemplaria esse voluerunt, imperitos, indoctos, imò irreligiosos Christianos ad rebellionis Antiregnum, & sectarum Oligarchiam pellicientes, effusioribus delicijs pollicitationibus, largioribus illicitarum delectationum permissionibus, cuiuslibet enormioris delicti impunitatibus, laxioris, & liberioris conuersationis connuentia, & indulgentia, deformatæ tandem, ac ridiculę, imò meretriculę Religionis malitiosè excogitata carnali licentia, simul & impudentia, vti in duabus supra inductis mulierculis adulteris manifestè ostendunt data sapientialia Symbola. Symbolizantinm ergo Meretricum deformitatem quò clarius, & plenius perspiciamus, Symbolizatarum hæresum, quas Neotherici sectarij profitentur informem diuersitatem inspiciamus, quam vt de propinquo magis intueri possimus, stabulantium in nostris alpibus hæreticorum multiformes in vna Synagoga profanationis monstruositates inuectas perserutemur. Multiplicitatem, & errorum, quos Subalpini religionarij cum pertinacia tuentur diuersitatem enumerans Dominus Marcus Aurelius Lucernensis sic scribit; *Quibus temporibus, aut quibus erroribus hi Vallicolæ decepti fuerint, non ita certè, & determinatè scire valemus: quidam enim Albigenses eos à tempore D. Dominici damnatos extitisse autumant: alij autem Hussitas: Cæmmunis opinio fert; illos fuisse Vualdenses: nonnulli verò Libertinos extitisse affirmant. Reformatio autem, quam in Ecclesiam se se induxisse modò iactant Nouatores; declarat eos Lutheranos, & Caluinistas exstitere.* Concludamus ergo demonstratiuè asserendo, quòd ex prærecensitarum profanarum sectarum execrabili, & detestabili vertigine multipliciter insanientes Phrenetici Interalpini illi populi, monstruo-

Adulteras deformitates Ideas Reformationis facient Religionis deformatores.

Mem. histor. cap. 2.

Interalpini sectarij celsi.

sas plures abominationes recolligentes, profanationemq; religiosi tatis, Religionisq; deformitatem statuerunt in loco sancto: hinamque deliri, & insani Albigenses, pariter & Hussitę, Vualdenses, Libertini, Lutherani, & Caluinistę vniformi sensu deformia quæ sequuntur sentialia, bestialia potius, quàm rationalia, siuè humana deliramenta docuerunt, docent, & mordicùs propugnãt: Primò enim Deum ipsum omnis flagitij, & detestabilioris delicti constituunt auctorem: Filium, & Spiritum Sanctum Patre asserunt minores: Christum insipientem, atque in Cruce saluti renunciantem immaniter blasphemant: Sanctorum Pontificum, & Ecclesiæ Doctorum sacra Dogmata repellunt: Beatorum Confessorum, & Virginum cruciformem vitam, mortificationes, & carnis macerationes respuunt: Iesu Christi Vicarium, vniuersalemque Pastorem Romanum Pontificem Antichristum esse impiè oblatrant: Ecclesiasticam illius Monarchiam pro totis suis viribus impugnant: Hierarchiam destruunt: Aristocratiam astruunt: Democratiam collaudant: Oligarchiam statuunt: Diuinum cultum deierant: Sacramenta pariter, & Sacramentalia detestantur: Sacrificia, & Sacros ritus anathematizant. Altaria diruunt: Sacras Æ des violant: Sanctorum imagines abradunt: Simulacra deijciunt: Monastica vota damnant: Religiones, ac Religiosos eliminant: Bona opera à necessitate excludunt: Diuinas leges impossibiles asserunt: humanas parnipendunt: dominationes sacras spernunt: politicas contemnunt: contra Catholicos Principes coniurant: suos proprios iugulant: Magistratibus, nisi in vilibus obtemperare renuunt: iura, non nisi coacte admittunt: nullis subesse tentant: omnes subijcere, imò decipere student, hæretica lepra inficere anhelant: virtutes, & virtutum egregia facinora sine merito affirmant: Criminum apud eos nulla discretio, nulla piaculorum differentia, siuè retributionum distinctio admittitur: vnicuique per interiorem proprium Spiritum, quid sibi ad salutem præstandum sit, innotescere suadent: Decretum Diuinę voluntatis, etiam ad determinata peccata impellere, consequenter nulla libertate arbitrij, aut voluntatis indifferentia hominem gaudere, imò necessitate præfinitionis, & prædestinationis immutabiliter cuncta euenire, non libertate operantis, sed prædeterminatione, & coactione Dei ita absolutè imperantis docent: Euangelicam legem, non quò ad præcepta dũtaxat obseruari impossibile; sed & quò ad consilia seruari, & profiteri frustratorium, & inutile: Cœlibem vitam ducere homini non possibile: Ieiunare, abstinere à cibis superstitiosum, Apostolicam tandem viuendi formam, & methodum imitari, & profiteri temerarium, & detrimentosum existere suadent, & astruunt. Hinc Euangelij gratiam, nempè spiritus libertatem in luxuriam carnis transferentes, voluptati, concupiscentiæ, & libidinosæ impudentiæ fræna laxare & gaudent, & docent. Gulæ indulgent, sensualibus student, sensibus obtemperant, corpus impinguant, animum macie rabescere compellunt, Spiritum inexcultum negligunt: pro carne solicite de carne cogitant, de carne loquuntur, de carne scribunt, pro carne disputant, carnis curam anxiè agunt, toto suæ brutalis vitæ spatio in carne seminant, & de carne merent corruptionem æternam: Horum enim Deus venter est, Sacerdos Cocus (Tertullianis verbis vtor) Altare focus, Victimę epulæ, quorum fides in popinis lucet, quorum charitas in caeabis, & ollis feruet, quorum spes in ferculis iacet, apud quos, pro iustitia præsidet violentia, pro fortitudine valet pertinacia pro Prudentia temeritas, pro temperantia præualet voracitas: quorum tutelaris numinis cultus frequẽs venus est, Religio Profanatio, Religiosa Claustra Lupanaria, Religiosorum cœtus scortãtium Sodalitia, consummata perfectio complera abominatio desolationis æstimatur. Quapropter ipsa legitima Dei Sapientia, germana veræ Religionis genitrix misit Ancillas suas, vt inuitarent ad victimas quidem, & paratas dapes, sed prius parulos, & insipientes prouocarent, ad expugnandam Arcem virtutis, & superanda Mœnia Observantiarum Ecclesiasticarum, vel Diuinarum legum, sicuti & ipsum Dei Patris Verbum Incarnatum Samaritanæ Mulieri non turtuos latices, & ablconditos panes, sed aquam vitam, aquam puram ad bibendum offert, hoc est fidelem Doctrinam, adorandi Deũ in spiritu, & veritate non in carnis immunditia, & errorũ personatis mendacijs Babylon illa in Apocalypsis tabulis à D. Ioanne descripta, cum hæresis, hæreticalium; falsitarũ, ieù fallaciarũ prothotypũ in propria persona præferret in propria parirer manu circũferebat: *Poculũ aureũ plenũ abominatione, & immũditia fornicationis eius. Et in fronte eius nomen scriptum: Mysterium, Babylon magna Mater fornicationum, & abominationum terræ.* Miserandum, & infandum Mysterium: vt fieret Mater abominabilium sectarum; facta est genitrix, & propinatrix fornicationum immundarum ad aureum poculum faetinationis religionariæ, & hereticalis epotarum. Ad quam deceptionem Babylonicam à sua Ecclesia eliminandam Christus Iesus stabat, & clamabat: *Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ:* ad abluendas catmaiis profanationis immunditias, & abominabiles spurcitias profanæ Religionis. Imò

Interalpinorum sectariorum deliramenta.

Monstruosa Religio impiorum.

Prou. 9.

Ioannis 4.

Apoc. 17.

Ioann. 7.

Matth. 20.

Ridicula & monstru. Religionarium ratio reformandi.

Minoritæ ad reformandas illas deformitates mittuntur.

Matth. 10.

Minoritar. vita legitima reformationis exempla.

Ipsi Discipulis sublimiores confessus in Regno petentibus passionis calicem prius ebibendum & propinat, & proponit: *Potestis bibere Calicem quem ego bibiturus sum? calicem quidem meum bibetis.* Prætecensitis igitur vniuersis, ac turpioribus (quorum explicationem narrationem religiosa nobis modestia interdicit) impurioribus hæresiarcharum profanis placitis, ac libidinibus, pro legitimis iuribus prædominantibus in medio prostitutæ, atque pollutæ Religionariæ Babylonis; quinam vsque adeò & mentis, & oculorum lumine captus, simul & exœcatus extiterit; qui veluti delirus, insanus, & furens, tamquamque multo vino madidus, & Diabolico oestro percitus Babylonicam illam confusionem, profanationem, pariter & abominationem, Euangelicæ perfectionis, Christianique populi sanctificationis, legitimæq; Sacrosanctæ suæ Ecclesiæ reformandæ idæam, & exemplar per scortatorum adulterantium, imò sodomitantium apostatarum, expresbyterorum missiones spurias, violentas, sanguinarias, & Incendiarias à Diuina prouidentia, sapientiq; iustitia, nouissimis Mundi temporibus de Cœlo missam affirmare audeat; vt non potius de puteo abyssi ad depranandos mores, ad dementandos vanos homines, & Christianitatem profanandam à Cacodæmone excitatam rationis, & sacræ intelligentiæ dictamine ductus, & impulsus asserat? Cum vitiatam formam reformare peritus artifex contendit, ad impressæ formæ expressam ab origine idæam, idest originale exemplar confugit: Qui igitur Euangelicam professionem, & Apostolicam vitam, hoc est dicere Catholicam Ecclesiam, aliqua ex parte infidelium moribus deformem factam ritè, & iustè reformare gestierit, ad Euangelicam idæam, & Apostolicum exemplum vt recurrat necesse fuerit; alioquin deformatoris potius, quàm Reformatoris & munus vsurpabit, & nomen consequetur, sicuti hactenùs multiformes, imò multum diformes Hæresiarchæ in suis Antimissionibus corruptorum, & deceptorũ, atq; deformatorum titulum iuremeritò sunt assecuti. Quamobrem Summus Romanus Hierarcha Dei vices in militanti Ecclesia vniuersali fideliter, & sapienter administrans, Prothoregis Christi doctrinis, & exemplis admonitus, ab impostoribus circulatoribus, luxuriæ patronis, Pseudo reformatoribus in Christianam Religionem immissas, & introductas Turcarum immunditias, Gentilium impuritates, & Barbarorum deformitates vt reformaret, auferret monstruositates, Anitæq; & pristinæ Euangelicæ formalitati fidelem plebem restitueret; Seraphici Patris Francisci exactioris Apostolorum imitatoris filios, & Minores Fratres, qui Euangelicam legem à supremo Legislatore suæ Ecclesiæ præscriptam, & ore proprio promulgatam adamussim perfectè quòad non modo præcepta, sed & consilia perpetuò inuiolabiliter obseruandam & susceperunt, & ad litteram seruare consueuerunt, mittendos elegit, electos misit, missos autem in legitima Missione hactenùs paternè fouit, potenter fauit, & sapienter conseruauit. Hi namq; Minoritæ reliquis cum Religionibus, & Religiosis, Ortodoxã Fidẽ, Catholicã Ecclesiã, & Ecclesiasticã disciplinã & recipiunt, & custodire volunt: Sacramentalium, & Sacramentorum vsum frequentant: sacrorum cultum, & omnimodam cum cęteris culturam exercent: Præ alijs vero Romanæ Ecclesiæ, illiusq; supremo pro tempore Antistiti, ex peculiari Regulę promissione, singularem obedientiam pollicentur: Tabulis in Euangelicis à Verbo Diuino Apostolis, Apostolicisq; viris præscriptam, & præfixam viuendi regulam, ac normam operibus imitantur, & imitatione perpetua tàm præcepta, quàm Euangelica consilia possibilia, & obseruabilia fore testantur: vnica namque aspera tunica induti, sandalijs pedibus caleeati, pedestres perpetuò incedunt, baculum in manibus tenentes, in zonis, aut peris pecuniam nullo pacto circumferentes, aut etiam pro necessitatibus perutentes, iuxta Domini Saluatoris monitum: *Hos duodecim misit Iesus præcipiens eis, & dicens: Euntes prædicate, quia appropinquauit Regnum Cœlorum. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neq; virgam.* Altissimam in particulari scilicèt, & in communi Religiosam extremam pauperiem spontanei, & vltronei patiuntur, & prosequuntur: Mundum vniuersum perambulant prædicantes Euangelium Regni, & vbique ægrotos saltem spiritualiter curantes pertranseunt omnibus benefaciendo, in laboribus plurimis, in vigilijs, In ieiunijs, In frigore, & nuditate: à diuitijs abstinent, à delitijs se continent, à mulieribus abhorrent: Monastica vota emittunt, Monasticè viuunt: gaudent solitudine, silentio delectantur, in eremis morantur, abstinentiæ student, mortificationi incumbunt, continentiæ persistunt, tolerantiæ insistunt: sensum (etiam) fetreis catenis, & ferratis repagulis frænant, carnem Inedijs, & flagellis macerant, corpus asperioribus vestimentis, stramentis, & continuis afflictionibus diuexant, mentem ditate, animum impinguate, atq; in suo spiritu Spiritualia ingiter seminare nituntur, vt de spiritu tandem metant æternam: Sicq; nihil populis verbis prædicant, & suadent, quod operibus ipsi non antea præstiterint, dumq; seipsos & rectæ fidei, & bonorum operum exempla, siuè (iuxta D.

Pauli monitum) exemplaria exhibere ſaragunt; deformatæ Religionis reformandæ genuinam regulam, & aptiformem germanam formam perhibent in viuaci, & efficaci, ideſt æmulatrice, ſeù imitatrice imagine Chriſti Crucifixi, qui factus eſt nobis à Deo iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, qui paſſus eſt pro nobis omnibus relinqnens exemplum; vt ſequamur veſtigia eius. Quò enim deformi factæ vniuerſali Eccleſiæ, deformatæ Synagogæ deformitate remota, Euangelij formoſitatem induceret Verbum Patris fidelis populi inſtaurator, & Redemptor; perfectionis, & virtutum formam in ſeipſo formatam Chriſtianis ad imitandum proponere neceſſum fuit. Nõ enim garrulis verbis, ſed loquẽtibus operibus in ſubiectis populis, ſeruntur virtutes, auferuntur vitia, & mores reformantur. Laboranti igitur Ciſalpinæ Eccleſiæ ſub hæreticæ deprauationis grauiori neceſſitate vt ſufficienter ſuccurrerent Romani Hierarchæ Euangelicam viuendi, & Apoſtolandi formam profitentes Capuccinos illic Eccleſiaſticos vigiles iam à pluribus luſtris conſtituerunt, vt fidei Catholicæ formoſitatem reſtituerent, vti fuſius per ſequentia.

RATIOCINII
PROEMIALIS BIPARTITI
SECTIO SECVNDA
De neceſſitate inſtituendi Capuccinorum Apoſtolatus in Gallia Ciſalpina,
CALCVLVS PRIMVS

Apoſtolici Iuris regnandi per Capuccinorum Eccleſiaſticas Miſsiones inſtituendi Originem in Gallia Ciſalpina exulantis ſpiritualis Eccleſiaſtici Chriſti Regni eſſe neceſsitatem computat, per numeros octo:

I.

AD Cortiarum Alpium decliuiores, & fœcundiores radices, in petamæno, & feraci colle, inter amæna (neſcio an dicam) vireta, an vineta, ſub auſpicatiſſimo, & ſalubriori Cœlo, ſupra complanum circumſtans fertiliſſimum agrum eleuatur, & conſpicitur Pinerolij peramplum oppidum, imò prædiues Ciuitas, cuius in capite, hoc eſt prominentiori collis parte inſuperabilis Acropolis reſidet, latiora verò declinantia latera & murus, & aggeres, & fortiores munitiones eingunt, ac protegunt, quibus intercluſa domeſtica interiora ſpatia, hoc eſt vicos, & plateas, eleganter conſtructa ſpectabilia ædificia exornant, atq; commodam ſatis incolis præſtant habitationem. Ciuitas hęc non tam firmiſſimas militares arces, aut magnificentiora optimatum habitacula intra proprios muros concludit, quàm ingentia templa, & Cœnobitieas ſaeras Ædes inſigniores, veluti fortiſſima propugnacula ſuo & murali grẹmio, & agrario termino, ſeu ſpatio complectitur: Canonicorum ſæcularium collegiatas binas Sanctorum Donati, & Mauritij Eccleſias, Regularium verò virorum, nempè Mendicantium Conuentualia & templa, & Cœnobia ſeptem: Eremitanorum ſcilicèt Sancti Auguſtini: Prædicatorum Sancti Dominici: Conuentualium Sancti Franciſci, & Capnecinorum: Ieſuitarum Collegium intra, extra muros verò Carmelitarum, & Obſeruantium Minorum Reformatorum: Sanctimonialium gemina Monaſteria includit murorum ambitus: ſæcularium diſciplinatorum varia Oratoria, & ornata Religioſorum diuerſa viridaria, ſeù pomaria ambiunt muralia clauſtra: à quibus haud longè, ideſt per milliare dimidium ad oceaſum inſignis quædam à Fuldenſibus Monachis inhabitata pertuſta conſpicitur Abbaria intra Cluſonij, & Leminæ fluuiorum iuxta fluentes vndas conſtituta. Adelaſia namque quondam Oldrici Manfredi Segufini Marchionis vnica & hæres, & filia, Amedei primi, ſiuè Humberti Maurianenſis Comitis legitima coniux, ad Eceleliaſticam diſciplinam, & Clericorum continentiam grauiter ſuo tempore collapſam (vti proemialibus alibi numeris narratiimus) reſtituendam, in Sancti Verani Pago olim nuncupato, ad Petruxinæ, & Perrerianæ, ac Cluſonię connallium fauces peramplum Benedictinis Monachis, ſub Altiſſimæ Cœlorum Reginæ titulo, turela, ac patrocinio, Anno à Chriſti Natiuitate ſexageſimo quarto, & milleſimo, & Templum conſtruxit, & copioſis opibus Cœnobium inſtruxit: Abbatialem enim inſulam in eo erexit, Mitratiq; ſaeri illius Præſulis Religioſæ dominationi, ſeù baculo vtrumque gladium tam Petruxiæ, San-Martini, & Ceſanę adiacentium connallium, quàm propè ſtantis, hiſque præſidentis Pineroli, opulentioris Oppidi, temporalem ſcilicèt, & ſpiritualem iuriſdictionem attribuit, & ſubiecit. Temporalem quidem poteſtatem ſucceſſu temporis Thomas Sabaudus, ex Adelaſię ſucceſſoribus vnus permutationis titulo reaſſumpſit anno 1243. ſpiritualis verò ad prætentia ſæcula vſque coram Abbatibus, ſed commendatarijs perſeuerat: vnde inremeritò Pinerolium, vt potè & Arce, & mœnibus, regalibuſq; tùm præſidio, tùm Magiſtratu, Abbatialique præcipuè ſacra Cidari, ac baculo inſignitum Ab-

Pinerolien ſ. Ciuitas deſcribitur.

Abbat. S. Mariæ de Pinerolio fundat.

Ann. Chr. 1064.

Pinerolij iure Ciuitatis titulo gaudet.

Ann. Chri. 1243.

batialis

barialis quoque Ciuitatis honorifica nuncupatione gaudere haud incongruum existimauit: Pinerolienses Ciues, & habitatores affabiles, dociles, mansueti, & pacifici, Mechanicisque & liberalibus artibus valent, mercaturæ, & negotiationi insistunt, litteris, & armis cum incumbunt, excellunt, sed pietatis, & Catholicæ Religionis excellentiori prærogatiua præcellunt: cum enim iam per tot successiua secula vndique ab occiduis proximis Gallis irruentibus, nec modò circumquaq; sed & longè per Cisalpinam Galliam debaechantibus Hæreticis Villæ, Oppida, & Ciuitates hæreticum virus hauserint, vel saltem delibauerint, illibati ipsi à perfidiæ erroribus Orthodoxæ fidei integritatem perpetuò asseruauerunt: Ibi Quiritum illustriores familiæ plures nobilitate insignes enumerari consueuerunt, inter quas antiquitate ac nobilitate non minùs quàm opibus, & potentia Perillustris connumerabatur Berna Agnatio. Catholicã fidem perpetuò seruauit.

II. Huius clarissimę Agnationis reliquus vnus nouissimus, ac residuus cum superfuisset Patricius adolescens Pinerolienſis Ciuis, Fratrum Minotum Sancti Francisci Capuccinorum Ordinem, sicuti prudenter decreuerat, ita maturè ingreditur, & institutum opportunè profitetur, Fratris Valeriani nomen, cum cucullam indueret (vt omen in nomine fuerit) acciplens: se enim supremo fretus subsidio, plurimum in regulari palęstra, & religioso stadio valere præclaris suis facinoribus demonstrauit, cum morum honestate, tùm scientiæ, insignioriſque prudentię excellentia, vitæ tandem integritate, ac probitate fulgens. Quapropter per Hierarchicos gradus ab inferioribus ad sublimiora regularis regiminis claustralia & munera, & onera exercenda aduocatus, Capuccinæ Reipublicæ in Ianuensi Prouincia (cuius ambitu Pedemontanæ regionis Cœnobia tunc concludebantur) gubernacula etiam suprema vtiliter tenuit, & laudabiliter administranit. Contigit igitur aliquandò, scilicet anno 1595 vt Prouincialium Comitiorum, & Patrum dispositione, quin (& eò magis) superni numinis æterno Decreto, Fr. Valerianus Pinerolienſi Conuentui Capuccinorum moderando Guardianus preficeretur, eòque vbi primùm appulisset, animaduerteret Regnum Dei; Hesperiis illis in Oris, non minus quam custodialibus Ostiis ferè collapsum iam iam excidio proximum, perduellium incursionibus, atq; sectariorum diris inuasionibus In dies, quin in horas festinanter ad exitium prolabi. Quamobrem Franciscanæ militiæ se nomen dedisse recolens, cui ex Omnipotentis Regis mandato sustinendæ vel restituendæ Lateranensis molis onus, & opus incumbit, protinùs Catholici Regni instaurationem, hęreticæq; defectionis, & Schismatis deuastationem, atq; reductionem pro virili moliri excogitat. Ad hoc illud in primis sibi opportunum, quin præmeditato operi perquam necessarium forè existimauit; adiacentes scilicèt iandiù hæretica rabie in deterrionem actas conualles, si silenter intraret, cautèq; penetraret, nec non diligenter, ac solerter cunctas perlustraret, sinè periculo perlustraretur. Verùm enimuerò perarduum adeò, ægregiumq; hoc facinus auspicatiùs aggredi vt valeret Fr. Valerianus; orationibus, ieiunijs, vigilijs, supplicationibus supremo cum vniuersorum directore Deo priùs sibi agendum statuit, quod ex tempore præstitit, præconcepros suos cogitatus ac pios ausus Celestis moderatoris pronidæ sapientiæ & commendans, & committens. Tum directo tramite, atque inoffenso pede excogitatum iter vt arriperet, fæliciterq; excurreret; sui cordis propositum Domino Reynaldo Ressano, Collegiatæ Sancti Donati Præposito, atque Abbatiali Generalitùm Vicario communicat, à quò conspirans haud minus, quàm omnibus Calculis comprobans placitum reportat. Ne verò spiritualis iura perquirens secularis Principatus perturbaret Dominium: quin illius sibi vt acquireret subsidiale Patrocinium; regnanti tunc Carolo Emmanueli Primo, pijssimo Duci zelotes suos sensus humilimè aperit, pia molimina pandit, benignos sinę Cęlsitudinis assensus expostular, placitos consensus expectat. Quò benignè non modò annuente, sed & ad Catholicum opus efficaciter consummandum propria & patrocinia, & subsidia abundantiora, atque validiora iuribus, viribus, ære, ac ferro, quin sanguine præstanda spontè alacritetque pollicente. Fr. Valerianus Patritius Pinerolien. Capuccinor. Ordinem ingressus virtutibus fulget.

III. Tandem aliquando præindicato anno 1595. Augusti Mensis in inirijs, ab Ecclesiastico Dominio rebellantes, & Orthodoxę Religionis desertores Cõualles Petruxiæ, & San-Martini pauper, humilis, & nudipes, sed prudens, prouidus, & zelans cum Socio Fr. Valerianus ingreditur, opus aggreditur. Perditionis igitur, & proditionis terras penetrans Apostolicus hic, ac beneficus exploraror vniuersos & Montium ascensus, & declinium descensus, tupium accessus, anfractuumq; recessus perlustrando perambulabat, nec semel, sed iepties, imò sæpiùs reiterata laboriosa, & accurata Oppidorum, Pagorumq; populationum, & habitationum perlustratione, deplorandum illarum Ecclesiarum, vel potius Animarum statum sanguineis rubricantibus notis, non minùs quàm atro carbone notandum offendit: Nam ipsius exaratis, & hactenùs apud nos reseruatis characteribus arrestantibus, ab Abbatiæ Pago Pincrolio adiacente, ad vsq; prædictarum Vallium extre- Fr. Valerian. periculũ Ecclesię animaduertens occurrere cogitat. Valles ingressus perlustrat

ma, ſeù ſuprema Innumeros numeranit Chriſtianorum greges, ſed ſine Chriſto, abiq; Fide fideles, homines ſine Deo, conculcata Sancta Sacroſanctum Dei cultum de ierarum, ac penitus abramm, Sacrorum Miniſtros erectos, Adminiſtrorum proſcripta bona, Præſulum auctoritatem contemptam. Eccleſiarum vſurpata Intra conculcatam Eccleſiaſticam poteſtatem, Eccleſiaſtici Dominij excuſſum iugum, ab Eccleſijs electum Eccleſiaſticum Regnum. Præualebat enim apud voluntariè inſelices non honeſtum, ſed delectabile, licèt detestabile: vtile etiam damnabile, non iuſtum, illud rectum, quod volitum: & ſi violentum. Ducebantur ſcientes errones non conscientia; ſed concupiſcentia, libidine; non rectitudine: non moderante ratione; ſed effræni ſenſualitate ad quodlibet quamuis infandum nefas, dummodò ſentui iucundum, exſtimulante, Religionis gratia in ſacrilegij tranſlata luxuriam. Præualentibus ergò Sacri Regni perduellibus, pauculis imperſtitibus fidelibus vix concedebatur reſpirandi locus, qui enim ſponsè Sacrilegus fieri renuebat, blanditijs, vel minis Auitam Religionem excerari compellebatur: vnde quamplurimi vel inuiti Iam deſertioni nomen dederant: qui verò in Fide firmiores Fideles adhuc perſeuerare ſtudebãt, ab aliquibus iàm annis & Sacris, & Sacramentis, & Sacerdotibus deſtituti, in dies magis, ac magis infirmiores enadentes, & ipſi tandem deficere periclitabantur. Quando opportunus adueniens adeſt alacer Fr. Valerianus, ſingulaſq; Catholicorum domos, habiracula, & receptacula explorat, ab his gratanter, & obuijs vltris exceptus & cepit, & efficaciter, atq; perhumaniſſimè perfecit vniuerſos Filios Regni, & veritatis aſſeclas in perſecutionibus ſolari, adhortari in Fide, atq; Orthodoxa In Religione firmare, ac confirmare: Euangelicam ſubiectionem, necnon Chriſtianam obedientiam Deo, atq; eius ſponſæ Eccleſiæ eis commendauit, Diuinorum, ſimul & Eccleſiaſticorum iurium obſeruãtiam perſuaſit. Quò verò alacriores, ac firmiores In aduerſis ſerendis, & ſuſtinendis, perſeuerantioreſq; redderet; illorum ſpem ſelicioris conditionis promiſſione, tàm Sæcularis, quàm Spirimalis Principatus promiſſis auxilijs erigebat: Charitatem In Deum, & proximum ſeruentioribus Sermocinationibus excitabat: Fidem tandem Orthodoxo Catechismo, atq; Sacroſanctis Miſterijs ſouebat. Secum enim ex Capuccinorum Sacrarijs Sacerdotalibus delatis vtenſilibus (iuxta ſibi facultatem collatam) Catholicorum in Domicilijs pro opportunitate Sacra faciebat, eſurientesq; ſcù indigentes, vel potius deficientes Sacramentis refielebat.

Infandum excidium diuini cultus.

Fr. Valerianus reliquos fideles confortat.

Ann. Chriſti 1595.

Vnum igitur, & alterum Menſem, nempè Sextilem, & Septembrem huiuſmet Anni 1595 reiterandis & ingreſſibus, & egreſſibus cum Fr. Valerianus conſumpſiſſet, Eccleſiaſtici Regni in indigentijs & indagandis, & ſubleuandis; deniq; ad ſuos Pinerolium regreditur, perſpectis, & explora is excidijs opportuna obuiantia præmeditatnrus ſimul, ac molitutus ſubſidia ab vtraq; nempè & Spirituali, & Temporali Dominatione. Quapropter Ordinarios earum Eccleſiarum Præſules, DD. ſcilicèt Taurinenſem Archiepiſcopum, Abbatialemq; & Generalem Vicarium, atq; Apoſtolicum Nuncium, necnon legitimum illarum Regionum Principem Catholicum Carolum Emmanuelem Pedemontij Ducem adeundo, omnibus, & ſingulis vehementiori ſenſu, atq; ardentiori affectu preſine affatu. non minùs quàm fideli, & exactiori relatu proſpectum conteſtatur Inſandum Orthodoxæ Reipublicæ excidium, nec protelandum; roteſtatur efficax ope, & opera præſtandum accurrens remedium: quod quia per ſe ipſam inermis præſtare haud valebat Spiritualis Præſatorum auctoritas, ac poteſtas; accerrimus Eccleſiaſtici Iuris propugnator Carolus Emmanuel Catholici Regni zelo ſuccenſus, integrum vnluerium ſuum & obſequium, & patrocinium, & ſubſidium, quin Patrimonium Vadimonium pro propoſito opere conſummando ſponte deuouet, nec differt præſtare quod ſpopondit. Nam enim minùs tutum, minùſq; opportunum videretur proprijs, & ſupremis morbidi, & efferati Gregis Paſtoribus cubilia illa Leonum, atq; abiqs repagulo fremenrium, & furentium beſtiarum ryluas ad viſitandum ingredi; Sabaudus Princeps Romanæ Curiæ Fr Valeriani verbis Eccleſiaſtici Regni ſubuerſionem, atq; immineus excidium Italicis iſtis In Oſtijs cum aperuiſſet; legitimus Petri ſucceſſor, quininimò zelantiſſimus Chriſti Vicarius Clemens VIII conuenienti ad hoc, & ſufficienti facultate data, Dominum Generalem, & Abbatialem Vicarium Reſſanum, ſimul & Fr. Valerianum à Pinerolio ad perarduam, & perdifficilem Eccleſiaſtici Regni reſtaurationem aggredierídam mittit, & delegat, Apoſtolicaq; inſtione deſtinat: tuncq; ſua ſumpſit, & excepit informia primordia Capuccinorum Apoſtolatus In Gallia Citalpina à Sacroſancta Romana Sede, Obſtetricante religioſa Caroli Emmanuelis I. ac pia interpellatione, memorabili hoc anno nonageſimo quinto ſupra milleſimum quingentéſimum.

Præſatorum & Principum ſubſidiũque ria, & obtinet

Primordia Apoſtolatus Capuccinorũ in Gallia Ciſalpina.

Immediatè igitur imperuenientibus decimi menſis brumalibus diebus, nec vllam vel minimam intercurentes morulam, Diuino numine, ac nutimine in primis freti, accipientes armaturam Dei, ſuccincti lumbos in veritate, & caſtitate, induti loricam Iuſtitiæ, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus ſu-

mentes

mentes scutum Fidei, In quo possent omnia tela nequissimorum ignea extinguere, & galeam salutis assumentes, & gladium spiritus, quod est Verbum dei secum ferentes, per omnem orationem, & obsecrationem orantes, propositum suum, & suas animas Domino commendantes: non ferro, sed zelo præmuniti, stipati non militibus, sed Angelis, fidentes non viribus, sed iuribus Septentrionis angulum nequitiæ receptaculum peruadunt, directèq; ad deserta sacrata limina, vsurpataſq; Ædes Sacras, ac profanata Templa reassumenda haud abiq; enidenti capitis discrimine tendunt, furentibus Sectariorum turmis: contra quas validè decertantes auspicatiora Apostolatui dedere primordia, vberrimos pietatis referentes martipulos { quos suo loco calculandos repono, vt propositò insistam) Apostolicis igitur Operarijs aditu patefacto, Euangelicæq; Missionis præiactis fundamentis, & felicitèr Sacram Militiam auspicati, ad proprios lares trophæa Religiosa explicantes remearunt, abundantiora Ecclesiastico Regno incrementa meditantes.

D. Vicarius Generalis & Fr. Valerianus aggreditur opus recuperationis Ecclesiarum.

VI. Fidelis Seruus, & prudens, non minus quàm zelum legis zelans Sacerdos Fr. Valerianus, cum multiplici præcedente personali Vallium perlustratione, seu persecutatione perspexisset messem multam, quinimmò paucam, zizaniam autem abundantissimè multiplicatam, non tàm Pseudoapostolorum nequitia, quàm deceptorum insciția, ac ignorantia, vel potius Operariorum, qui neglectam plebem excolerent, & diuini Regni legitima iura tuerentur, Orthodoxæq; Fidei elementa, & rudimenta proponerent, penuria, atq; carentia; vix ad claustra reuertus, moræ impatiens Pinerolio Taurinum profectus, non modò Sæculari Principatui iterum perlustratæ regionis seditiosorum factiones remlit, sed & Ecclesiasticis Præsulibus profanatæ Religionis deprauationem semel, & iterum indicauit. Ad cuius restaurationem pro necessarijs pluribus emittendis Commilitonibus non in solas Connalles Perruxiæ, & San Martini tantum, sed & Lucernæ, atq; Angroniæ, Fr. Syluestrum à Montcleone Minorum Capuccinorum tunc Generalem Ministrum, Taurinum pro visitatione appulium, efficacioribus officijs interpellanit, inde religiosum Sabandiæ Ducem, Metropolitanum Antistitem, Apostolicum Nuncium, & Taurinensem Inquisitorem adijt, illisq; omnibus, & singulis prosperè inchoatæ schismaticorum reductionis fælicia exordia aperuit, copiosiora promisit, auspicatiora ominatus eorum zelotes, & zelantes animas ad Catholicum opus promouendum excitauit. Quare Serenissimi Ducis nuncio ipso in limine anni Domini 1596. coram Reuerendissimo Iulio Cæsare Richardo Archiepiscopo Barensi Apostolico Nuncio Religiosorum signanter lesuitarum, & Capuccinorum conuocato conuentu, ipso in primis Fr. Valeriano peroraute, & perurgente, seriò, & maturè de instaurando Catholico Regno Italicis illis in lamis, & Cristodijs peractum à conuocatis grauissimis viris prolixius fuit, pluribusq; propositis, oppositis, receptis, reiectis modis, medijs, seu methodis, illud tandem magis expedire adiudicarunt, & decreuerunt: si nequaquam Castrorum more, armis, vel violentia, sed Pastorum modo verbo, exemplo, & doctrina peruagantes infectos greges allicerent, ac reducerent. Quod prouidum, & pium Senatusconsultum ad te delarum Sab. Princeps elementiæ magis, quàm violentiæ propensum perpetuò animum gestans omnibus tuis calculis comprobauit, atq; singulari expressione commendauit: quin ne pusillus Catholicorum grex inter lanianies Lupos relictus mittendorum ministrorum grauaretur commeatu; ipse ex Ducali Ærario cunibus decreuit sufficientia stipendia, nempè alimoniam. Quamobrem vniuersi in hoc vnanimi consensu conspirantes, ac conuenientes conuenerunt pariter, & designauerunt huic operi, & oneri subeundo proficuos Operarios PP Societatis Iesu Sacrę huiusceinodi militiæ dediros, & iampridem exercitos, & Capuccinos, hos Petruxiam, & Perrerium, illos Lucernam, & Angroniam ad Euangelizandum destinatos. Cui prouidæ dispositioni non obstitit Generalis Fratrũ Capuccinorum Minister præfatus; quin alacri animo, & volucri obsequio per suas Obedientiales litteras idoneos peculiares exhibuit Cooperatores, Fratrem nempè Valerianum instituti aerem promotorem, & Fratrem Mauritium Murrentem Sacræ Theologiæ insignem inter Pedemontanos Capuccinos Prælectorem, qui in sibi assignatis tunc mobilibus Ecclesiasticis excubijs indefinenter vigilare, & infatigabiliter decertare pro Catholicis limitibus, & liminibus propugnandis, & propagandis ceperunt Quadragesimali cursu, & congressu huius Anni 1596. in quo dies Cinerum circa sextum Kal Martij, & Paschatis Festum haud longè ab Idibus notantur Aprilis. Annuente ergo Romano Pontifice Clemente VIII disponente Apostolico Taurinensi Nuncio, annuentibus Reuerendissimo Metropolitano Archiepiscopo, & Domino Abbatiali Pinerolienſi Generali Vicario, Adm. Reu. Capuccinorum Generali Ministro dirigente Fr. Fr. & Venerabiles Patres Valerianus Pinerolienſis, & Mauritius Murrensis integerrimi viri Religiosi non minùs, quam & Theologi, & Verbi Dei præcones eximij, prætignato præsenti anno, & tempore, ad disseminandum Sacrosanctum Domini Euangellum Quadragesimali tempore

Fr. Valerianus interpellat pro Operariorũ multiplicatione.

Ann. Christi 1596.

P.P. Iesuitę & Capuccini mittuntur ad Valles reducendas.

F.F. Valerianus & Mauritius primò egrediuntur ad Euangelizandũ in quadragesima.

nunc

nunc primò mittuntur ad formosiora Missionis Capuccinorum initia promouenda: Ille in recuperata Ecclesia Parochiali Perrerij, & Valle San-Martini: Iste in reassumpta Parœcia, & Connalle Petruxiæ, vnde abundantiorem collegerunt Christianam messem suis numeris calculandam: Cooperante, atq; in Sturiana Valle interim Coapostolante Fratre Stephano à Gombolato, tunc temporis pariter Demonium hæreticali vertigine laborans Oppidum ad Quadragesimales Conciones habendas à Præsulibus emisso, & pro Marchionatu Salutienti Missionario designato: fauente perpetuò, & benignissimè fouente & subsidiali ope, & potestatiua opera Pedemontano pijssimo Principe.

VII. Dum igitur Quadragesimalibus prædicationibus exercendis, atq; exercitationibus Apostolicis frequentandis incumbunt Cœlestis Patrisfamilias serui emissi Seraphicæ familiæ alumni Fr. Fr. Valerianus, & Mauritius; perrerantibus, sed potius percuntibus ouibus Ecclesiastico Ouili restituendis vnicam Ordinis neqnaquam inficere, immò amplioris potestatis alteram clauem profiere, quinimmò veluti sibi necessariam adijcere manuali quotidiana experientia edocti animaduertunt. Quamobrem immediatis, proprijsq; Sacris Pastoribus plenariè admonitis, proinde de illorum consensu vniformis sensus, & sensatæ formæ simul similibus sub die 25 Martij anno 1596 Taurino Romam exaratis communibus epistolis, & Reuerendissimus Taurinensis Nuntius, & Pinerolienſis Generalis Abbatialis Vicarius Dominus Ressanus, & PP. Rosetus Iesuita, & Berna Capuccinus de egressibus, & primis progressibus designatæ, & inchoatæ Iesuitarum, & Capuccinorum Missionis Romanam Curiam certiorem reddentes, ad Ecclesiastici Regni promouendam instaurationem præsignatis, & prædestinatis Euangelicis Athletis, signanter Capuccinis, ampliorem Apostolicam tum pœnitentes absoluendi, tum reos reconciliandi absolutè necessariam auctoritatem protestantur, & deprecãtur: quod per Ordinarium suum Romæ degentem Internuncium Catholicus Dux Carolus Emmanuel I. & ipse coram Romano Hierarcha contestans, pro congrua Spirituali facultate emissis Operarijs concedenda expostular.

Ampliores facultates pro Apostolicis Operarijs postulantur à Romana Curia.

VIII. Interim absolutis in Lucernensi, vel Angroniana Valle à Iesuitis, in Petruxina autem, & Perreriana Comiallibus à Capuccinis Concionatoribus Quadragesimalibus concionibus; hi & illi simul Pinerolium conuenientes, coram Sanctæ Inquisitionis Generali Vicario Patre Ioanne Omegna Chieriensi ipsius Sabbati in Albis immediato die congregati de reportatis Spiritualibus pro Christiano Ecclesiastico Regno emolumentis referentes, de vberiori Fidei Catholicæ censu in futurum reportando impensius, & studiosius adinuicem consuluerunt: Vnde de communi consilio multorum articulorum, siuè capitum efformatum, & compositum Memoriale pluribus pro abusibus, retinaculis, & impedimentis remouendis Serenissimo Carolo Emmanueli Duci præsentandum decreuerunt per eòcordi Congregationis sensu deputatos, & destinatos PP. Rosetum Iesuitam, & Bernam Capuccinum, qui expeditè Taurinum peruenientes Reuerendissimis & Apostolico Nuntio, & Taurinensi Archiepiscopo, tum Inquisitori cunctas res gestas annunciantes, Catholico Principi præsentandum compositum Memoriale communicarunt. Illi cuncta peractæ Congregationis, & primæuæ vberis Missionis acta comprobantes, religiosos operarios collaudauerunt. Interea Capuccinæ Religionis Generalis Minister Fr. Sylvester à Monteleone Ianuensis nunc Prouinciæ (pollulante pio Sabaudiæ Duce) Patribus Taurinum pro Prouinciali Capitulo celebrando congregatis, eò etiam aduocauit Apostolicos Prædicatores in Sturiana, & Petruxina Vallibus operantes, nempè Fr Fr. Stephanum à Gombolato, & Mauritium Murrentem, atq; in Congregatis Comitijs completis electionibus, cum electis, & adnocatis granioribus Prouinciæ Patribus de Apostolico opere, ideſt Ecclesiasticis Missionibus in Subalpinis Conuallibus stabiliendis consultat, deq; concordi Capitularium Patrum sensu, & consensu considerabiliori huic Euangelico Ministerio exercendo Sacros Capuccinos Oratores insigniores quatuor (ex pluribus, & Theologis, & Lenitiei Ordinis religiosis, qui sponte animas suas Deo in hoc opere deuouerant) assignat: nempè Fr. Fr. Valerianum à Pinerolio, Stephanum à Gombolato, Mauritium à Murra Astensi, & Philippum à Panealerio, quibus quaternos itidem Sacerdotes collegas designat: designatis Operarijs, & assignato operi Fr. Valerianum præcrecensitum, tanquam præclari huius sacinoris auctorem, in Præfectum, & Prouincialem Vicarium præficiendo, & consignando, quò perielitanti Ecclesiastico Catholico Regno extremis his In Italicis oris, vel prioribus istis in Hespericis Ostijs Apostolando accurrerent, & succurrerent. Dum igitur apud Subalpinos Capuccini Minoritæ tua Prouincialia Comitia celebrant in Romana Curia acceptis, & receptis Reuerendissimorum tum Taurinensium Nuntij, Archiepiscopi, & Inquisitoris, tum Euangelicorum Operariorum PP. Rosetti, Bernæ, Reuerendiq; Præpositi Ressani superaccensitorum informatiuis, & deprecatiuis datis epistolis; Romanus Hierarcha tunc Clemens VIII. prouidus Orthodoxæ

Ann. Christi 1596.

General. quaternos Missionarios designat, quibus Fr. Valerianum Vicarium Prouincialem assignat.

Religionis

Religionis promotor intelligens haſce Subalpinas plagas eſſe Marchias, nempè Cuſtodiales conterminos, & ſores Catholici in Italia Regni, liuitaneorum militum Exeubijs indigentes, protinùs poſtulantibus benignè annuit, atq; Religiosos Viros Ieſuitas, atq; Capuccinos iam in opus aſſumptos, & præmiſſos Apoſtolicos Stationarios inſtituit, ſimul & Miſſionarios rurſus conſtituit, ac confirmauit: Delegatis per Taurinenſes tàm Nuntium, quàm Archiepiſcopum, & Inquiſitorem conuenientibus illis, pariter & ſufficientibus abſoluendi, & reconciliandi facultatibus, atq; poteſtatibus, additis ad hoc amplioribus, & ſpecialioribus priuilegijs, & & hoc per viuæ vocis Oraculi emiſſum ſpeciale mandatum ab Eminentiſs Iulio Antonio Sanctorio S. R. Eccleſiæ Cardinali Sanctæ Seuerinæ nuncupato, noſtri Ordinis Capuccinorum Protectore vigilantiſſimo exceptum, atq; Reuerendiſſimo Taurinenſi Nuncio Domino Iulio Cæſari Barienſi Archiepiſcopo fideliter tranſmiſſum propriis litteris Roma die 20. Aprilis 1596. (quas nos proprio calculo damus) exaratis. Quibus à Reuerendiſſimo Apoſtolico Nuncio acceptis, religioſoq; Sereniſſimo Duci communicatis, de eiuſdem nutu, & conſilio coram præfato Apoſtolico Reuerendiſſ. Oratore religioſorum conuocato conuentu, nempè Theologorum trium Societatis Ieſu, Capuccinorum itidem trium concionatorũ, ſcilicèt Fr. Fr. Valeriani, Mauritij, & Stephani, adſtantibus quoq; Reuerendiſſimo Diœceſano Archiepiſcopo Carolo Broſia, & Ianuenſis Capuccinæ Prouincie Fr. Gabriele Caſalenſi Prouinciali Miniſtro, ipſa ſecunda die Menſis Maij Apoſtollicæ perlectæ coram Congregatione fuerunt epiſtolæ, atq; poſt diutinam, prouidam, & accuratam diſcuſſionem, atq; conſultationem Apoſtolicis iam conſtitutis religioſis pugilibus Eccleſiaſticas in Subalpinis Stationes diſtribuerunt, & de nouo aſſignauerunt Sacri Præſules: nempè Ieſuitis Valles Seguſiæ, Lucernæ, ſiue Angroniæ, cum dimidia parte Sturiæ: Capuccinis verò Conualles Petruxię, ac Perrerij, & dimidiam alteram Sturianæ Vallis portionem: Deſignatos autem Operarios ritè vt ordinarent Præſidentes Præſules Nuntius, & Inquiſitor opportunas eis facultates dederunt die 3. Maij authenticis exaratis Diplomatibus ſuo numero à nobis relatis. Quibus peractis, & Ducali Celſitudini participatis, ab eoq; comprobatis, dum Euangelici deſignati Excubitores Capuccini, & Ieſuitæ ad demandatas Exeubias profeiſci excogitant; Fr. Valerianus in Capitulari Prouinciali congreſſu in Cuſtodem pro proximo, & imminenti Generali Capitulo electus, prolixiorem ſuam profectionem expeditè aggreditur, & Romam verſus ſuos dirigit greſſus, eò diuinitus miſſus, non tàm pro electionum Suffragijs in Generalibus Comitijs ſerendis, quàm pro inchoatæ Subalpinæ Miſſionis primordijs coram Sanctiſſimo promouendis: à ſuprarecenſitis ſiquidem Taurinenſibus & Nuntio, & Archiepiſcopo edoctus, ſimul & à Sereniſſimo Principe admonitus, ſuoq; præſertim feruentiore Catholicæ Fidei zelo permotus, & impulſus ad Romani Sacri Antiſtitis Clementis VIII. exoſculandos pedes, vna cum Fratre Cherubino Mauricanenſi Sabaudarum Miſſionum & ipſo Promotore accedens & procumbens, zelotem Hierarcham de Eccleſiaſtici Regni in liminaribus Subalpinis imminenti exeidio, pariter & de excogitato, atq; oceeptato remedio admonuit, proq; Apoſtolico opere in Pedemontanis Conuallibus promouendo Sabaudæ Celſitudinis verbis, & Subalpinę Eccleſię nomine ſupplicauit, & efficaciter exorauit: ſupplicanti vero clementer annuens ipſe Summus Pontifex Clemens; non modo poſtulata cuncta conceſſit, ſed & inſperata, & inexpectata multa conrribuit pro Alpigenarum errantiũ reductione. Primùm enim ipſum preſentem Fratrem Valerianum Apoſtolicum Miſſionum Capuccinorum in Citalpinis Vicarium conſtituit, congruatq; pro Euãgelico opere perficiendo, pro ſe ſuiſq; collegis facultates attribuit: Plenatiam Indulgentiam vniuerſis ad ipſius Quadraginta horarum ſermones conuenientibus fidelibus conceſſit: Et tandem pro reparandis, & inſtaurandis diruis à perduellibus Eccleſijs, Eccleſiarumq; de noua Sacra Supellectile prouidendis Sacrarijs, quatuor millia aureorum de Apoſtolico Ærario liberaliter ſuppeditauit, necnon Reuerendiſſimum Pinerolij Abbatem Dominum Rogerium Tritonium, Conuallium Petruxiæ, & San-Martini Ordinarium Preſulem, tunc Romę commorantem, ad proprię Abbatialis reſidentię expeditam profectionem, & viſitationem compulit. Vnde Fr. Valerianus ſui per omnia voti compos effectus, Roma digreſſus in patriam regrediens in Pedemontium feſtinus appulit, quò appulſus vix Subalpino Principi, & Sacris Præſulibus reportaras prouiſiones nuntiauerat, cùm ad Apoſtolicum exercendum opus vt expeditè regrederetur; Fr. Philippo à Pancalerio in Collegam aſſumpto, ad Petruxinam, & Perrerianam Conualles ipſo in Matris Dei Natalitio die ſeptimo Septembris perrexit, & inibi Apoſtolantem Fratrem Mauritium cum Socijs Cooperatoribus viſitauit, atq; feliciter Rome peractis negotiationibus communicatis In Domino exhilarauit: quò verò validius Coapoſtolicorum pugilum turma pro Fide, & Eccleſia decertaret; ipſe Fr. Valerianus religioſę militię Dux, & Præfectus in Caſtris Euangelicis militare, Eccleſiaſticiſq;

Sum. Pont. deſignatos Miſſionarios Ieſuitas, & Capuccinos confirmat.

Noua diſtributio Sacrarum Excubiarum.

Fr. Valerianus coràm Sũ. Põt. agit pro reductione errantium.

Vicarius Apoſtolicus conſtituitur.

Roma regreſſus ad Apoſtolandũ rurſus egreditur

Ann. Chriſti 1596.

Missiones in Marchia Saluticnſi fundat.

In Excubijs lmulgilare perſeueraſſt apud Petrerianam, & Petruxinam Cuſtodias, non citra modò, ſed & vltra Cluſonium flumen religio a-ſtationes extendendo, & dilatando, donec nono ſuperueniente anno, de Pedemontani Principis conſenſu, & Apoſtolici Nuncij aſſenſu, ad Marchiam Salutienſem progrediens, hereticali morbo infectas Valles, & herética phreneſi deliros Vallicolas, & Marchionenſes perpurgare aggreditur: Ceſcrem primò, ſtabilem poſtmodum Apoſtolatum inibi exercendo, & in Draconerij, Accelij, & Sau-Damiani Oppidis conſtituendo, de Generalis Capimlatis Vicarij beneplacito, & Sacri Inquiſitoris approbatione, anno Epiſcopalis Inſulæ vacantis primo, humanę verò ſalutis milleſimo qningenteſimo nonageſimo ſeptimo. Fratri autem Valeriano in Miſſionum Præfectura immediatè ſuccedens Fr. Philippus, Euangelicas Capuccinorum Stationes in Verzolio, & Caſtro-Delphino Marchionenſibus Pagis, ſimul & in Mediana Villa Segusinæ Vallis poſt elapſum luſtrum multiplicauit Sicq; Capuccinorum Apoſtolatus in Ciſalpina Gallia ſua primordia poſuit, & hactenus perdurauit.

Ann. Chriſti 1597.

Successor Fr. Philippus Miſſiones multiplicat.

CALCVLVS SECVNDVS

Apoſtolici regnandi Iuris per Capuccinorum Euangelicas Miſsiones in Gallia Ciſalpina originandi principium, periclitantis Eccleſia, & exulantis Orthodoxæ Fidei, eſſe neceſsitatem computat per Numeros Tres.

I.

QVamquàm limitaneis his Subalpinis In Heſpericis plagis, ab exordio exorientium per ſecula hæreticantium Sectarum Arianorum, Iconoclaſtarum, & Berengariorum, quinimmò in proximarum Alpium latibulis, & receptaculis ſe ſe recipientium decipientium Vualdenſium, Libertinorum, ac Gazarorum Orthodoxæ Fidei Chriſtianęq; Religionis legitimus cultus quàm maximè periclitatus fuerit; nunquam tamen magis, nec vmquam grauiora diſcrimina ſubijt, quàm quàdo cſi Vualdenſibus, pariter & Libertinis Lutherani, ſimul & Caluiniſtæ conuenientes, confuſè, & promiſcuè ſuccedentes rebellantium ſeditioſorum, & furentium Sectariorum coacto intra Alpes agmine hereticali (hoc eſt dicere) Infernali œſtro perciti, aduerſus Catholicam Eccleſiam conſpirantes manifeſtè arma ſumere, & publicè in ſeditioſa acie ſtare præſumpſerunt Alpigenæ, Siuriæ (ſcilicèt) Macræ, Varaitæ, Padi, Lucernę, Petruxiæ, San Martini, & Prati Iallati Vallicolæ, pluries quidem inſolentiùs circa initium, & dimidium, verùm ferociùs, & furentius nunquàm, quàm ſexti-decimi ſæculi circa finem, ad nouiſſimam ſcilicèt centurię annorum decadem: quando in Gallici Regni regio ſolio, Chriſtianiſſimis Catholicis Regibus deficientibus, Henricus Nauarrens Rex adhuc Caluiniſta Galliarum ſupremum ſceptrum tamquam ſibi debitum affectans, Aſſeclarum copioſis ſtipatus Caſtris Francorum Regnum poteuerat inuaſerat. Tunc enim, quia Carolus Emmanuel I Catholicus & ſtrenuiſſimus Dux ab Eccleſia deficiens, ſimul & à ſuo Dominio rebellantes aduerſus Gebennenſes delectores primò, ſecundo verò à Narbonenſis Galliæ fidelibus populis aduocatus, contra Inua ores Sectarios validum duxerat exercitum, atq; pro Religione, & Fide aduerſus perfidiam armatus proceſſerat: Ideò Franciſcus Dux de Dighieres dictus Delphinenſis tunc Caluiniſta Sectariorum Ductor, ab Eccleſiaq; Apoſtatarantium Archimandrita, pariter & rumpruantium, atq; ſeditioſorum religionariorum Agonotheta Concaluiniſtarum habito delectu, ex Templorum Sacrorum, ſeù Eccleſiaſticorum direptis bonis, expilatiſq; Sacrarijs Sacrilego ære conflato, per Cottias Alpes, ſeù per Cottianas Conualles irrumpens alibi belligerantis Sereniſſimi Allobrogum Ducis captata abſentia Pedemontanum Principatum ingreditur anno 1592. principeſq; nonnullas limitaneas regionis arces ſuo primò In acceſſu ex inſidijs exurgens aggreditur, nempè Seguſiam, & Pinerolium. Verùm à cuſtodientibus prælidiarijs militibus, ſimul & à Ciuibus turpiter ejectus, & repulſus, rubore ſuffuſus, & furore impulſus dum ex improuiſo Imparatos armata manu ſupergreditur; Bricheraſium, Caburrum, Miradolium, & Mirabocum expugnat, & validiſſimas munitiones occupat, cum nullus eſſet qui propugnaret. Huic enim alienum Dominium inuadenti, legitimiq; proprij Principis Dominationem pacificam vſurpanti hæretico Duci Cohæretici Lucernenſes, Petruxini, & Perreriani populi cohærentes, Diuinæ ſemper, & humanę Lætæ Maieſtatis ſæpiùs rei, ac rebelles vltrò ſacrilegas manus dederunt, & contra proprium Principem belligeranti omnimodas, hoc eſt ope, & opera ſuppetias attulerunt.

Ann. Chriſti 1592.

Sęua hæreticorũ in Conuallibus aduerſus Eccleſiam Seditio, & inuaſio.

II.

Quinimò & ipſi ad arma currentes, aduerſum ſuos Conuallicolas Catholicos

hoſtiliter

hostiliter insurrexerunt, vt Orthodoxam fidem pariter, & religionem proprijs in Vallaribus laribus funditùs euerterent; quod ad votum ferè præstiterunt, sacra cuncta pessumdantes. Primò enim violentas, & sacrilegas manus in Clericos, & Sacerdotes, eos turpiter ejicientes, inlecerunt, nec à proprijs Vallium Dominis, ideſt Comitibus, & pro Fide, ac Ecclesia stantibus Dynastis diuexandis abstinuerunt Lucernenses, & Angronianiſed his inhumanl magis, & scelestiores, ac ferociores Perrerianl in Vallis San Martini suos Condominos armata manu consurgentes, cum reliquos absentes inuenire non potuissent, repertos DD Georgium, & Vincentiam Fratrem, & Sororem de Truchietis pugionibus, & gladijs impetitos grauiter vulnerauerunt, anno Domini 1593 hinc in reliquos Catholicos statura semel in San-Martini Valle, iterum in Vico Pinacchiæ, Tertio in Oppido San-Germani coniuratione consPirantes, & ex condicto conuenientes, fideles vniuersos vna à se peculiari decreta die interneeioni tradere, & ferro consumere statuerunt: statutum autem credentibus malum ad propositum à Diuina prouidentia, & protectione præpediti inereduli perficere non prævaluerunt; valuerunt tamen, & voluerunt eos perpetuò violentet opprimere, Tyrannicè subingare, atque inter se commorantes, velut agnos inter lupos immaniter dilacerare, dilaniare, atque acrioribus morsibus eruentatos diuturno illos exetueiare Martyrio. Nam pulsis Sacerdotibus Paræcias vniuersas in connallibus vsurpauerunt: Perrerij Sanctæ Mariæ Magdalenæ vnam, in Pago San-Martini alteram, In Montano, & vico, & agro geminas Parochiales, in Vallari toro spatio S. Ioannis Baptistę Præcursoris vnam, Diui Petri Apostoli secundam, S. Thomæ alterius Apostoli tertiam, S. Laurenrij quartam sacras Ædes occupatas profanauerunt: in Petruxina autem inferiori Valle saeris Ædiculis diuersis in locis pro ædificantium deuotione erectis, per profanos deiectis: Patochiale S Nicolai Templum transflumen primò inuasinm, & expoliatum sacrilegis Caluinisticis abominationibus inseruire feecrunt, mox illud destruere, & solo æquare, sicuti eogitauerunt, ita & præstiterunt. Pinnachiæ Sanctæ Mariæ, sicuti & Villarij, & San-Germani, & in loco Portarum, Pratiqne Mollis Parochias præocupatas in delubra sacrilegè conuerterunt: vbiq; saecella Campestria, vel suburbana subuertentes aut violantes, à Connallium vertice ad Abbatiæ præ vallium foribus positæ limites Catholicæ Religionis exercitium, & Othodoxæ fidei publicam professionem eliminantes, postrema in sextidecimi centenarij annorum decade: cuius per extremum biennium truculentius in Ecclesiasticos desquientes denuò expilatis Ecclesijs, Altaribus expoliatis, e combustis super his Sacramentis, & saeris Imaginibus, binos innocentes Sacerdotes, qui Missionatiorum opera recuperatis quibusdam Ecclesijs restituti fuerant, Diuinis dum incumberent, aggredientes trucidauerunt, specialiter D. Paulum Lupum Dybloni Præpositum, iterum in Christianam Religionem, & Catholicæ Fidei, atque Ecclesiæ professores pariter, & cultores barbaricè irruentes, imò immaniter debacchantes.

Ann. Christi 1593.

Sœuitia hæretcorũ in Catholicos, & Ecclesiastic.

Ann. Chr. 1598 & 1599.

III. De miserabili harum Ecclesiarum, & deplorando statu sub hæc tempora Dominus Marcus Aurelius Lucernen compendiosè vulgari idiomate sequentia signat: *Intra Narbonensi Gallia & Viennensi confines Alpes, apertis in Connallibus Secusiæ, Petruxiæ, San-Martini, Lucernæ, Angroniæ, Padi, Varaitæ, Macræ, & Stiriæ, per quas à Francis per Pedemontanos progrediendo ad Italos peruenitur, Catholicæ Religionis status eò miseriarum, & arumnarum deuenerat; vt intra prominentiores, & sublimiores præruptas rupes pluribus ex partibus inaccessibiles, veluti intra tutissimi Asyli arcem recollecti Vallicolæ Vualdensium, Albigensium, Libertinorum, Caluinistarum, cæterorumq; (vti supra dedimus) hæreticantium erroribus præoccupati, & depranati, ad libitum, imò ad propria libidinis effrænes sensus, sensualesque effrænatos appetitus phantasticum Ecligma ex fœtida, abominandaq; collunione tot hæresum, imó scelerum confiecrent, sathanicaq; exæcatione, pariter & dementatione insani & delirs tenaciter adeò, & pertinaciter, quas profitebantur, ac propugnabant sectis adhærerent (siguanter sauente bellorum turbine, quò Pedemontana iamdiù regin exagitata, & concussa fuerat) vt Sacerdotibus pulsis, Altaribus deiectis, Templis profanatis, conculcatis sacramentis, surreptis, & aspurgatis sacris vasis, abrasis Saluatoris, Deiparaq; Virginis, ac Sanctorum dentoris imaginibus, bonis Ecclesiasticis occupatis, & vt vnicn verbo cuncta completar, qui busdam in Alpinm recessibus Catholica Fides pennùs collapsa iacerct: cui attamen cadenti & Emmanuel Philibertus felicis recordat. adhuc viuens, & Carulus Emmanuel illius filius, & successor efficaciter occurrere, & succurrere sategerunt. Aduenit interim Annus Domini nouagesimus quintus supra milleſimum quingenteſimum, quando in Patrum Capuccinorum Pinerolicnſis Ciuitatis Conuentu Guardiani munus exercebat Pat. Fr. Valerianus, Cius, atque ex Pinern'ij Quiritum tlariori Berua familia oriundus, in regularibus administrationibus dirigendis exercitatiſſimus, Diuini Verbi præclariſſimus declamator, & Orthoxa fidei acerrimus zelntor, qui cum rebellantium ad Vallium fores, & fauces consistutum se conſpiceree, deſertorum receſſus, & refugia ingredi, & aggredi, & perlustrare de-*

Dominus Lucernēſ. memhiſt. cap. 29. Immanis Eccleſ. regn de naſtatio ab hæreticis.

Ann. Christi 1595.

ereuit. Hæc, & alia plura à nobis fusius superiori Calculo numerata de Fratris Valeriani ad hæreticas Valles accessu vniformiter scribit prædictus Dominus Lucernensis pro suo instituto epitomaricè. Nos verò, quibus ex constituto, & præscripto nostrorum Missionis primordia in nutantis fidei, & periclitantis Ecclesiæ subsidium, & ad necessitatem subleuandam originaria describere incumbit, plenius ista explicanda, & recensenda suscipimus.

CALCVLVS TERTIVS

Apostolicæ Regnandi rationis per Capuccinorum Ecclesiasticas Missiones in Gallia Cisalpina exercendæ Principem causam Ecclesiastici Christi spiritualis Regni esse necessitatem, ex Alpium situ, & asperitate, simul & ex Alpigenarum indiga qualitate, seu conditione computat per numeros tres.

OCcidentalis hæc postrema, vel potius prima Italiæ portio ab antiquis Subalpina, à Neothericis verò Chorographicis Prædemontana regio nuncupatur; eò quod sublimium ad Montium pedes iacens perampla, secundaque satis planities, prominentioribus proximis subiaceat Alpibus Ligusticis, Maritimis, Cottijs, Gralis, atque Penninis: non quibus tamen per longum media Interfecatur Hesperia, sed ex quibus, nempè Ligusticis ad Ausoniam in directo diuidendam exordiuntur, seù exoriuntur Apennini, & quibus iterum Saturnia ipsa à Gallia, & Germania, ab Adriatico ad Mediterraneum per centum millia passuum (iuxta Celsi) vel tria millia stadiorum (secundum Liuij probabiliorem sententiam) procedentibus Iulijs, Rhætijs, Lepontijs, Penninis, Graijs, Cottijs, Maritimis pariter & Ligusticis segregatur, atq; separatur Alpibus. Alpes igitur (secundum Calepini placitum ethymon) quasi Albes, à sabina voce Alpum pro Album, ab albedine niuis toto anni tempore inibi perseuerantis, & albicantis denominantur: denominantes igitur niues, & alpi pro albi communis denominario denominatę alpenis regionis austeriorem conditionem apertè satis manifestam: quod nempe plaga frigida, nebulosa, & ventosa, veluti solaribus radijs quasi imperuia, & Ignota sterilis sit, & infæcunda, ideòq; maiori ex parte inexculta, veluti saxosa, mõtuosa, intra inaccessibiles rupes, insuperabiliaque Montium iuga vt plurimum Inclusa doliteicat aspera, inclemens, & horrida tellus. Panduntur ibi inter Montium culmina, & Alpium cacumina profundarum Vallium irregulares. & tortuosæ voragines, per quas flexuosa, & rapida pereffluunt cum torrentibus flumina, rupium sinuosos anfractus aperientia: vnde in inferioribus patent macetiarum cauetnę, in superioribus autem latent antra deserti, deserrorum angulorum spelunce pro fundę pro ferarum cubilibus, & bestiarum latibulis reconditę, intraque petrarum grandiores, & obscuriores scissuras absconditę. Abscondi autem non possunt supra Montes positę regionis Villulę, Populationes, atque per asperiores rupes dispersa rustica alia, & agrestia pariter, & alpestria Oppida vel in sublimi alpium, vel in decliui Vallium ad fluuiorum, vel torrentum, aut voraginum crepidines posita, pro exilio potius, & incolatu, quàm pro domicilio seruientia pauperrimis alpigenis. Qui vniuersi ferè nec litteris, nec moribus exculti, inciuiles, rudes, & inexculti ruricolę, Pastores, Armentarij, Bubulci, Agazones, Muliones, Mechanicique Operarij laboriosi computantur. Inter quos vilium mercium negoriatores, & tabelliones ad summum prędominantur, qui cum angusto Cœlo, & infęcundo solo vrantur; steriles segetes segalis vix, & hordei, & fœni summo labore, & laboriosa agricolatione recolligunt: Vnde ratò, imò numquam diuites, frequenter autem, ideſt semper inopes pauperrimam vitam ducere coguntur: frugalissimè namque vt in plurimum victitantes, austerioribus pulmentis vescuntur, pro poculentis verò ad extinguendam sitim aut serum lactis, aut latices frigidos adhibent, nisi alinnde vinum magno dispendio sibi aduehendum curent. Haud igitur mirum, si qui honorabiliores, docibiliores, prudentioresque ibi nascuntur, vix inter eos adolescant, patrios lares propter locorum asperitatem, & sterilitatem deserere festinantes, vt mellorem incolatum nanciscantur: ex quibus illud necessariò consequitur; vt ad domesticum illarum regionum regimen publicum, & commune vix vir vnus, qui verè vir dici mereatur, aliquando resideat: vnde consequenter extremis istis Italici Ecclesiastici Regni Limitaneis remotioribus, ac periculosioribus in Oris, & Oris vix aliquis reperitur, qui Ecclesiastica in custodia

I.

Alpium nomen, situs, conditio, & asperitas.

Asperiora Alpium incolarum qualitates.

inuigilando, pro Iustitia, pro Pietate, pro Fide, & Religione certare cogitet; ne dicam, contendat, nisi prouida supremi Hierarchæ prouisione aliundè mittatur: Et qui mittuntur, asperioribus his in Italiæ recessibus Diuina charitate firmati diù consistere valeant, & velint ex proposito, & Religioso institnto voluntariam profitentes paupertatem, atq; Eremum, nempè Alpes, & inter rupes, ac Valles ipontè pro Fide, & Religione inhabitare gaudeant, vt ennsuenerunt Minoritæ Capuecini austeriorem vitam exercentes.

II. Quoniam (iuxta Psalmidicum affertum) vbi ascendnnt Montes, ibi descendunt Campi, quòd est dicere: Inter se se ad Cœlum extollentia Montium caenmina, vt præterlabi valeant ad profundum Oceani properantia aquarum flumina peruia Conuallium aperiuntur decliuia, & per apertas voragines inrer varias, etiam aduersarias gentes parent commercia, liceètq; difficiliora, permeabilia tamen sternuntur itinera. Vnde (pro vt nostro proposito insetnit) per Iulias & Alpes, & Valles ab Istria, & Austria ad Taruisanam Marchiam: Per Rhætias à Rhætorum, sinè Grisonum Dominio in Venetam Brixianl Dominationem: Per Lepontias ab Helvetia in Insubriam: Per Penninas à Vallinsana in Vercellensem, & Bugellensem tractum: Per Graias à Centronibus ad Salassos: Per Cottias à Celtica, & Viennensi: Per Maritimas à Narbonensi Gallia in Subalpinam regionem penetrant, adlibitumq; Gallorum, & Germanorum peruenirnt efferæ, martialesq; nationes: Inter quas cum Protestantinm, Puritanorum, Lutherizantium, imò Vualdensium, Libertinorum, & Caluinizantium copiosè computentur turmæ, imò turbæ, & turbulentiores parirer, atq; ferociores inueniantur acies infensissimorum, irreconciliabilium Ecclesiastiel Spirituatis, Italicisq; præcipuè Regni illius Regiæ perduellionnm: cum rursus intra Pennlnarum, Graiarum, Cottiarum, Matitimarumq; Alpium prominentiora iuga rùm natura, rùm arte complanata peculiaria duodecim Francis, Theutonibus, Transalpinis ad Cisalpinos Italos pandantur Ostia, licètq; asperiores, frequentiores tamen sternantur semitæ, referentur viæ; hoc est dicere: reseratæ pateant aperræ Conualles Ponti, Secusij, Petrnxiæ, Perrerij, Prati-Iallati, Lucernæ, Padi, Varaitæ, Maeræ, Granæ, Sturiæ, & tandem Vari Hesperiam à Gallia distinguentis, perpetuò autem patentes huiuscemodi magnæ Vallium fauces, veluti cõmunes fores, forinsecæque portę nunquàm, aut nusqnàm, non die, aut noctu elaudibiles extraneis, alienigenisq; vniuersis tùm amicis, tùm inimicis indistinctè suaptè natura, & conditione recludantur; Italica consequenter Ecclesiastieis Spirltualis Regni Sacrosancta Regia, illinsq; conspicabile Atriũ Pedemontana regio insidiantium adnersariorum, adnetsantium pariter, & imadentium hostium inferentium bella, afferentium mala, graulora damna irrogantium patebunr incursibus, inuasionibus expositæ perstabunt; quinimmò ad Supremi Romani Hierarchæ, hæreticæ, Sectarlaq; Tyrannidis, ac rebellionis perpetui, & validioris domitoris, pacificam dominatinnem perturbandam, & diuexandam patebit aditus, aperieturq; lngtessus importunus, imò lnopportunus præstabitur accessus omni tempore, propter situs, idest transitus per Vallares aperriores hiatus opportunitarem, & incastoditam commoditatem.

Inter Alpes per Valles pãduntur viæ plures.

III. Sicuti in præruptis rupibus & rapaces volueres, & carniuori vultures nidum, ita in inaccessis Montibus, & inaeeessibilibus Alpibus ferociores belluę, ac voraciores feræ eubile suum collocare assueuerunt. Ferarum igitur, & bellnarum potiùs, quàm rationabllium ereaturarum speciem prę se ferentes, moresq; atq; conuersationem profitentes religionarij, legitimæ Religionis violatores, parirer & profanatores, brutalissimi immundiriarum carnis amatores, voraciores vultures, imò carniuoræ lamiæ, veluti lucifugæ Harpyæ, quoniam à Sacrosanctis Ciuiratum, Prouinciarum, & Regnorum Tribunalibus, ac Magistratibus, ipsorum propria veeordia, lmpudentia, vltraq; modum lasciuienre indecora libidine detecta, ae damnata, turpissimè ipsi, inhonestèq; signati ab Vrbibus, & Prouincijs Canonicè condemnati, veluti Reipublicæ pestis eijciuntur, turpioris fiię fugę in turpius refugium earnis perulantiæ nidum, inper omniaq; dilectæ omnigenæ spurcissimę luxuriæ cubile lmmundum intra prescriptas rupes, inaeeessibiles Alpes collocare malitiosè festinauerunt. Pater hæc veritas ab initlo, & ante sæcula quinq; à Naro Saluatore, quam vt propiùs attingamus, per annorum Centurias indueere, & demonstrare exordiamur.

Brutales Sectarij nidum suũ inter rupes collocãt.

Ann. Chri. 1160. I. Annis 1160 Petrus Vualdus impurus Hęresiarcha de Ciuitate parirer, & Lugdunensi Gallia Canonicè expulsus, ad Cottiarum Delphinarul finitimarum Alpium, ne à Carnalibus spurcitijs refugeret, Asylum confugit.

Ann. Chri. 1200. II. Annis circa 1200. Comes Tolosanus Raymundus, Albigensium, Idest Libertinorum tutelaris, cum asseelarum lasciuientium exercitu ad Cottias peruenit, & per Sturianam Vallem ad Maritimas vsq; penetrauit.

Ann. Chri. 13 .5. III. Annis circirer 1305. Dulcinus Nouariẽsis, discipulus Gheratdi Sagarelli Parmensis, cum impudica Margarita de Tridenro à Lombardiæ Ciuitatibus electus,

Inter Penninas, & Graias Alpes cum Gazatorum armata manu se recepit.

IV. Annis circumcirca 1530. Guillielmus Farellus Lutheranus à Germanis quasi noxia indigeries eiectatus, ad Cottijs, Grajis, ac Penninis Alpibus proximas plagas, tandemq; Gebennensem ad Ciuitatem confugiens Lutheranicis impudicitijs, commessationibus, ebrietatibus, & dissolutionibus eam deprauare occeptauit. Ann. Chri. 1530.

V. Quam Anno 1540. ad Alpes, simul & Alpestres Italiæ conterminos de Picardiæ Gallicana Prouincia Sodomiticum incendium effugiens, ob infanda crimina Lilio inustus Nouiodunensis Ioannes Caluinus refugiens contra Fas, Ius, & Naturam, aduersus temporale, & Ecclesiasticum Regnum, imò aduersum Religionem, pietatem, ipsumq; in Cœlis regnantem Deum phrenetieari, insanire, debacchari, & blasphemare docuit. Cui. Ann. Chri. 1540.

VI. Sub annum 1560. succedens in ministerio, seù potius maleficio, & venefielo de Gallia profugus Apostata Expræsbyter Theodorus Beza, paratum ad Gebennense prostibulum confugit, vbi adulteris, & sodomiticis scortationibus insignis, & turpiter clarus, inter Lemani lacus aquas, & Alpium anfractus effrænis libidinis & immenit, & confirmauit asylum, hoc est semel, & Iterum à Sæculari, & Spirituali Regno rebellantem, & deficientem Ciuitatem Gebennæ facinorosorum, sceleſtiorumq; proscriptorum receptaculum. Quis ergo tùm ex Alpium situs asperitate, tùm ex inter Alpes patentium Conuallium transitus commoditate, tùm præcipuè ex perduellionum Ecclesiæ, & Italicæ Regiæ infensissimorum hostium Hæreticorum, atq; Sectatiorum Alpini, seù Alpestris Asyli vicinitate euidens, imminens, manifestum perurgens discrimen, ac periculum, periculosamq; Spirituali Ecclesiastici Regni necessitatem perpetuam non animaduertat? Hanc igitur Fidei necessitatem, hęcq; Religionis pericula ab Italico Ecclesiastici Spirituali Regno vt pro virili auerteret, à Sum. Hierarcha constitutus extitit apud Subalpinos Capuceinorum Apostolatus, vti calculandum & susceepimus, & aggredimur, præmissa origine, & Hæresum introductionis in Alpes notitia. Ann. Christi 1560.

CALCVLVS QVARTVS

Apostolicum Ius regnandi per Capuccinorum Ecclesiasticas Missiones in Gallia Cisalpina quas difficultates, & contradictiones in primæua sui fundatione sustinuerit, computat per numeros sex.

PRiores emissi ex Capuccina familia Euangelici Ædificatores vnanimi scriptorum huiusce historialis, & primordialis egressionis assertione recensentur duo, scilicèt Fr. Valerianus à Pinerolio, & Fr. Mauritius Murrensis: Primi verò ex nostris duobus prioribus adaucti Cooperatores prænotantur Fr. Fr. Stephanus à Gombolato, & Philippus à Pancalerio: Quatuor ergo hi celeberrimi & Theologi, & Declamatores, Prophetali saluationis efformata quadriga ad Lateranensis Templi instantationem viuos silices per se ipsos coædificabiles coaceruare haùd modico labore occeptauerunt, pro quadrangulari in his Italicis angulis Euangelica domo restituenda, nullum non mouentes lapidem. Plurimo igitur certamine dimicatum est; primarium vt fundamentum Catholicæ structuræ construeret, & supra firmam petram firmaret: Quin maximo cum discrimine sudatum est; vt ex hospitibus, & aduenis, vel potiùs exulibus & Schismaticis Hæreticis superædificarentur Ciues Sanctorum, & domestici Dei supra fundamenta Apostolorum, & Prophetarum ipso Summo Angulari lapide Christo Iesu. I.

Quatuor Primarij Apostolici Operarij plurimum laborauerunt in fundatione.

Ann. Chri. 1595. & 1596.

Dum igitur illa exorientis Apostolicę Missionis primordia difficulter admodum emicarent, indiuisis adhuc in indistinctis limitibus, & residentijs, singuli vniuersas circuibant Conualles, opportunis temporibus, & locis, & importunis, prædicando Verbum Dei, monendo, corrigendo, docendo, reducendo, arguendo, obsecrãdo, increpando in omni patientia, & doctrina. Aduenerat enim (iuxta Apostolicam prædictionem) tempus cum sanam doctrinam non sustinerent, sed ad sua desiderta coaceruatent sibi Magistros, nempè Hæresiarchas innumerabiles, & à veritate quidem auditum auertentes ad fabulas conuerterentur. Ipsi vero vigilabant, in omnibus laborabant, opus Euangelistæ exercebant, Ministerium suum implebant, sobrij, continentes, in vigilijs, & ieiunijs, orationibus, & obsecrationibus: vnde intrepidè Pseudoapostolis occurrebant, teinctantes obsistebant, coarguebant, & Ministros confusibiles confundebant, ita vt lumen veritatis elarum ferre non valẽtes, aufugerent, receptacula iniquitatis, in angulis scopulorum, II.

2. Timot. c. 4.

& Mon-

& Montium requirentes. At noſtri Apoſtolici Operarij inſiſtebant, circuibant per Vicos, & Caſtella, Montes, & Valles Chriſtianam, & Catholicam veritatem proponentes publicè, & priuatè, etiam in cauſis Dominicos greges edocentes, vt reducerent: in frigore & nuditate, in laboribus plurimis, in anguſtijs, cunctis indiſtinctè temporibus æſtiuis, & brumalibus rigoribus ſæuientibus; aquis madefacti, gelu obſtupefacti, niuibus immerſi, alluuionibus fetè ſubmerſi, meridianis ardoribus exuſti, & nocturnis algoribus exhauſti. Non eos deterrebat multitudo nimiũ, altitudo aquarum, longitudo itineris, magnitudo operis: non detinebat altitudo inacceſſibilis rupium, profunditas Vallium, aſperitas viarum: non perterrefaciebat feritas Incolatum, ferocia aſpectuum, multiplicitas iniuriarum, confuſio ſcommatum: non formidabant minaces vultus, minacia verba, intentata verbera, inflicta vulnera: quinimmò nihili faciebant illata & verbera, & vulneta, vt ſæpè ſæpiùs accidit, ſpecialiter Fr. Mauritio Mutrenſi in Vico San-Germani Vallis Petruxiæ (vti authentica monumenta teſtantur) vbi cum publicè ad proponendum Verbum Dei accederet, exceptus fuit non obuijs vlnis, ſed clauſis pugnis, etiam pedum calcibus, & in terram deiectum percutiebant, & barbæ pilos rabioſè euellebant, certatim viri, & mulieres turpiter illum verberantes, & pertractantes indecenter cum eo egerunt: Idem & de Ft. Ludouico Concionatore ab Alexandria teſtimonia fide digna aſſerunt, nempè dum in Valle San Martini concionantem Pſeudominiſtrum falſitatis coargueret; concitata concione, excitato tumultu, ſpecialiter à fœminis viliter arundinibus fuit verberatus, & pugnis, & colaphis ceſſus, quæ omnia patienter ſuſtinens factis verum edocuit Euangelium, & ſe legitimum Euangelicum Miniſtrum conteſtatus eſt. Allis, ſignantet Fratri Valeriano Pinerolienſi mortales inſidias tetenderunt, & pluries parauerunt, ipſum aliquando Sacra facientem tormenti bellici ignitarum glandium perterrefacere exploſionibus conati ſunt, & ab incepto Myſterio deturbare: verùm hæc omnia fruſtra, conſtanti enim animo Sacris peractis, petegit pariter ad Sacra, & Sacramenta illos reducere. His toleratiæ, patientiæ, ac inſſerentiæ muniti auxiliaribus copijs aditum Eccleſiaſtici Regni armis religioſis aperuerunt ad vſurpatas regiones, & deficientes populos ad fidem reducendas, inter quos iugiter Regnum Dei ſic communiter promouerunt. *Hi primùm Euangelicum opus aggreſſi* (Compendio vſus ſcribit Pat. Zaccharias Bouerius) *Petraxie, & San-Martini Valles, qua pleriſq; Oppidis conſtant, Sacro Dei verbo adoriantur, atq; in Saa-Germani præſertim Oppidum; vbi Sathanæ Sedes erat, omnem præſtus Fidei doctrinam reſpuens, cananeuens Syluam hanc frementium Leonum Dei gladium are ferentes inuadaat, nihilq; vitæ pericula facientes publicè in errores inuehantur, hæreſum Miniſtros ad Fidei diſputationem prouocant, Verbo, ac ſcripto Catholicam Fidem propagant: At qui iam ante Mercetricis Calicem ad fœtem vſq; ebiberant, eam Catholicum anuen exhorrerent, Dei Præcones iniurijs primùm, & contumelijs excipiunt, intrepidèq; Romanam Fidem prædicantibus, eorumq; errores ex Euangelio, atq; Apoſtolicis ſcriptis conarguentibus ſæpè inſidias ſtruant, vt vniuerſos è medio tollant: at eorum conſilijs Dei conſilia diſſipatis, ad tandem inuedibili patientia, atq; innumeroram malarum taleraatia aſſequantur; vt ex iis pleriq; Viri inter eos inſignes, ac primarij hac tempore hæreſim deteſtati, Catholicam Fidem amplexati fuerint: Interea verò quanto ab his labore ſudatum fuerit, vt Chriſto animas lucrifacerent: quot bi vitæ periſala contempſerint, vt immortalem hiſce populis vitam comparerent: quot ab his conuicia, contumeliæ, verbera tulerint, vt ſua patientia eos ad Fidem prouocarent: quot denique corporis incommoda, dum iciunij temperibus per Montium præruptæ per glacies, per niuas nudis pedibus reptant, haud facilè enarrari poteſt. Hæc verò nemo ad Religionis noſtræ typhum dicta; ſed eò tantum conſilia hic conſcripta fuiſſe exiſtimet, vt & præclara eorum, qui pro Catholica Fide deceertarunt exempla ſuauiter poſteris noſtris redoleant, & ipſorum rebus geſtis uentura Religionis ſoboles ad hæc ipſa, & præſtantiora audenda, quaſi adiectis ſtimulis pronocetur.*

Difficultates & ſpedimẽta ſuperãt Apoſtolici Operarij.

Ann. Chriſti 1597.

Ann. Chriſti 1606.

P. Zaccharias Boerius Annal. Capuccinorum T. 2. ad annũ 1596.

III. Verùm enimuerò propiùs vt accedamus! magis proprièrem ex propinquo pertingentes ex Ordinationibus Ducalibus hæreticales inordinationes conjectare valebimus, quò pleniùs ab aduerſarijs difficillimas contradictiones Apoſtolico Operi fundando oppoſitas calculemus: Interminabile, ac irreconciliabile religiouare bellum inter Apoſtolos, & Pſeudoprædicantes Sathanæ Miniſtros perpetuò interceſſit, eò quod iſti impijs, & violentis inuaſionibus deſtruere, illi pijs, & vehementioribus conatibus Eccleſiaſticum Catholicum Regnum conſtruere moliantur. Quamobrem Schiſmatis illi, & hereticę defectionis auctores, & conſtatores Miniſtri Apoſtolicum Canonicè Miſſorum Opetariorum miniſterium vt reijcerent, aut ſaltẽ prepedirent; impletatis cõſiatorio incẽdijs ris facibus, vel dnris fuſtibus exagitati, acrioribus obiurgationibus, aſperioribus increpationibus, acerbioribus comminationibus, minacibus interdictis, necnõ indictis ridiculis cẽſuris excommunicationis, ideſt à Synagoga ejectionis, deceptos populos, Miniſterialibuſq; ſuis præſtigijs dementatos retrahebant, prohibebant, ne Sermocinanti-

bus, vel Concionantibus noſtris Præconibus Intereſſent: quin ne familiariter alloquentibus adeſſent, aut auſcultarent, ſed potiùs exhorrerent, & deuitarent, Quinimmò quotieſcumq; aut quomodocumq; poſſibilitas afforet, noſtros Sermocinari, Concionari, ac docere, Apoſtolica munera exercere omnibus artibus techniis, & dolis vetabant, Impedlebant, multò magis ſi quis ex à ſe faſcinatis pauperculis ab Euangelicis præceptoribus edoctus reſipiſcere cogitabar, per perduelles ſicarios (vt eorum æterni moris eſt) intentato exterminio ab æternæ ſaluationis propoſito deterrebant: quòd ſi quem ſolerter ab Infernalis aucupis retibus elapſum, rectum victuris, & rectæ Fidei tramitem arripuiſſe, reſipuiſſe animaduerterent; innumeras pedibus eius abſcondebant pedicas, & mortales In via vitę inſtruebant inſidias, quò à Catholicis illum greſſibus, ſeù progreſſibus retraherent. Quæ omnia, & ſimilia, ne dicam pernicioſiora nequiſſimæ defectionis conamina facillùs, vel potiùs facinoroſiùs, atq; violentiùs vt exequerentur; Impoſtores Pſeudominiſtros multiplicare, & etiam extraneos vndecumq; aduocare populis ſuadebant, & ipſi lam præxiſtentes deceptores cum alienigenis cohęrentiuni Conuallium Pſendopaſtoribus ſeditioſos, ſchiſmaticoſq; conuentus contra fas, & legitimum Principum Ius congregare, & celebrare frequentabant, præſcriptos quotidie violantes limites, ne vſurpata limina Apoſtolici milites ſanctificanda ingrederentur. Quare inuictiſſimus Dux, & Princeps Carolus Emm. à Fr. Valeriano admonitus, efficaciori promulgato edicto, capitalibus pœnis, & mulctis grauioribus impoſitis ſingulis, & vniuerſis Conuallium illarum incolis cuinſlibet conditionis, vel ſtatus abſolutè interdixit; ne Catholicorum Miniſtrorum Ieſuitarum, vel Capuecinorum inteteſſe volentes Concionibus, Sermocinationibus, Congreſſibus, ſeù exercitijs, vel Catholicam veritatem acceptare optantes quòquo modò impedirent, multò minus Orthodoxos Miniſtros In ſuis Miniſterijs perturbarent, aut ab exercitio deturbarent. Interdixit pariter, ne Pſeudominiſtros vllo prætextu de nouo conducerent, ſeù multipllcarent; exiſtentibus verò indigenis deceptoribus inhibuit, ne cum alienigenis communicarent, his, & Illis interdicendo, ne conuenticula abſq; Ordinarij Iudicis loci præſentia celebrarent, neue extra toleratos confines zizania diſſeminarent. Dat. Taurini die 5. Februarij 1596. cuius Edicti integra ſeries iacet in proprio capite.

Impiorum molimina & conamina ad opus Apoſtolicum impediendum.

Ann. Chr. 1596.

IV. Veruntamen cum à perditis illis deſertoribus excuſſo Eccleſiaſtici Regni Iugo Eccleſiaſticorum etiam iura reijci, ac contemni, Imò vſurpari In dies à quotidie inſolentioribus ſecta rijs animaduerterent Fr. Fr. Valerianus, & Mauritius, demandato ſibi operi, & muneri conſulentes, ſupplici efformato, & daro libello à ſæculari poteſtate, & auctoritate legitima Principis Caroli Emman. congruentia, & conuenientia ſubſidia, & præſidia expoſcunt, quibus ille benigniſſimè annuens, atque accurrens occurrit, & ſuccurrit, vti ſuis numeris calculanimus. Rurſus quoniam frementes ſacri Dominij perdnelles ægrè admodum, imò vix ſufferre valebant ereptas ſibi, ac Diuino cultui reſtitutas Eccleſias; Vnde Pinnachienſem Paræciam obſtinatius retinere tentauerant, & iam emundatam armato agmine iterum occupauerant, atque polluerant, nullumq; non mouebant lapidem, quinimmò quamlibet quamuis inopportunam, vel etiam importunam anſam arripere ſtudebant, vt ſaltem ſub ementito titulo publicorum obeundorum munerum templis debitam vel diminuerent, vel auferrent venerationem, & profanationem inferrent: Fr. Valerianus per ſuas Carolum Emmanuelem ſacri cultus acerrimum defenſorem buius irreligioſi, vel potiùs ſacrilegi propoſiti temerariorum ſectariorum auſus commonefecit: quare ex templò Satbanicum tale Eccleſiaſtici profectus noxium retinaculum pius ille Dux de medio tollere geſtiens, expedito opportuno Decreto Taurin. die 20. Februarij An. 1596. acerbiores interminatus prędarleatoribus mulctas interdicit; ne quis quauis auctoritate, aut Miniſterialì poteſtate prædltus, qualicumque de cauſa, ſub quouis prętextu ſacras Ædes ingredi, & inibi ſæcularia Comitia conuocare, negotia publica, vel priuata pertractare, aut cuiuſuis generis ibi acta profana exercere, ni ſolummodò Diuino cultui ſacra præſtare præſumat. Cuius Decreti exactam, & completam obſeruantiam, tranſgreſſorumque punitiones Ordinarijs, & delegatis Iudicibus ſub obteſtatione ſuæ indignationis inculcat. Huius Canonis ſeries proprio capite perlegitur.

Sæpe Templa polluere, & violare multimodè tentant Sectarij.

V. Quibus acrioribus adhibitis ſtimulis, haud tamen rebelles, & Increduli induxerant animum; vt Euangelizantibus noſtris Apoſtolicis Oratoribus beneuolum præſtarent auditum: Ideo Fr. Valerianus ab eodem Sabaudo Duce ſuauioribus notis exaratam allicientem reportauit epiſtolam ſub iiſdem & diebus, & annis Taurini datam, qua renitentes Populos ad Apoſtolicorum Concionatorum Sermocinationes audiendas, & dogmata Orthodoxa excipienda, erroneaq; Caluiniſtica commenta euomenda benignè adhortatur, propoſito ſuo, maximorumq; Principum Chriſtianorum exemplo, qui Eccleſiaſtici Regni culmen venerabantur, Romanæq;

manæque Ecclesiæ Oracula amplectebantur, cuius suo loco completa verba dabimus. Inter infensos verò Ecclesiastici Regni hostes infensissimos experti sunt proteriptos quosdam Connallium San-Martini, & Petruxię gladiatores, atque inter insensissimos infensiorem, & ferociorem sustinuerunt perduellem Pseudopastorem, sceleratiorem lupum quemdam nomine Felicem, numeris omnibus infælicem, vt potè cuiusdam exsacerdotis Apostatæ filium, & Apostasiæ ipsummet Protoparentem; hic nequissimorum desertorum vsurparo Ductamine, & assumpto Patrocinio, superuenienti Religioso Euangelicorum Ministrorum pusillo agmini insidijs, dolis, fraude, & violentia quantum valuit obsistere voluit: nulla iurium siuè spiritualium, siuè sæcularium legitimorum habita ratione, seù obedientia, vel saltem obseruantia, quinimmò tamdiù temeratiè perstitit rebellando, quò adusque à Magistratibus emisso satellitio, ipse arrepta fuga in Clusonis Vallem sub Dominium Christianissimi Regis Galliæ se recepit, inueterato malorum dierum expresbytero Parente, & iuniore fratre comprehensis, vinculis constrictis & carceri mancipandis Taurinum adductis. Ille igitur exulans à fide exul ab Ecclesia, Ministerij exors, extorris à Patria, quotidie magis excors, Infernali Oestro percitus multiplicatis in dies exacerandis epistolis, & internuncijs Sathanicis hæreticum Schisma sustinere, quin augere, incendere, & accendere perseuerauit in San-Martini conualle, In quâ Pseudocoapostolis vehementioribus cohortationibus excitatis persuadebat; vt quoquo modo, vel ad niniculo Catholicis Ministris vlteriorem progressum intercluderent: breui ad hoc pollicens adfuturum validius auxilium, Gallicis hæreticorum copijs superuenientibus in Pedemõtanas Oras. Illius igitur, & cæterorum seducentium luciferianis suffurrationibus, atque seductionibus incensa, & accensa popularis multitudo desertorum, arreptis armis, ferro præcincta vniuersorum Carbolicorum internecioni atque iugulationi vnico die peragendæ (ex pluries inito condicto) se accinxit, interim sub finalis excidij obtestatione, vniuersos ab Orthodoxis dogmatibus excipiendis per Apostolicos viros propolitis deterrebant, & de facto plures à concepto proposito retraxerunt, maximumq; propagandæ veritatis offendiculum obiecerunt, quod nulla vel auctoritate, vel potestate, prudentia, vel industria, ope, vel opera, labore, aut tudore, sollicitudine, siuè studio penitùs auferre nostri infatigabiles Excubitores valuerunt vsq; in præsentem diem, perpetuò debacchante Pseudoministrorum perfidia, solo igne emollienda (vel melius) exurenda. Inerme igitur Apostolicorum Virorum, Religiosorumque & exile agmen eò Religionis, seù rebellionis perducta negotia prospiciens, vt non iuribus, sed viribus decertandum sibi fore conspiceret; tutelaris fidei, & perpetui Patroni Screuissimi Ducis Caroli Emman. per litteras implorat subsidium. Ille verò accepto nuncio haud distulit, sed opportunè Ripulis die vndecima Augusti 1596 integerrimum Senatorem Rubinum ad Conuallium rebellantium coercendam proteruiam, & effrænem licentiam refrenandam sufficienti potestate munitum emisit, cui præscripta instructione plura necessaria præstanda præcepit.

Pseudo-Pastor infensissimus Ministri Euangelicis.

Ann. Christi 1596. *Seditio iniquor. contra fideles excitatur.*

VI Huiusmodi igitur, & similibus sæcularis pij Principis præstitis adminiculis repressa, & repagulis obligata perditorum audacia, Ecclesiastici; Regni instauratione inchoata, & hactenùs continuata per sesquiannum in San-Martini, & Petruxię Vallibus (inibi ad custodialem stationem Fratre Mauritio perseuerante) Fr. Valerianus à Pinerolio Apostolatus Capuccinorum Præfectus ad Marchiam Saluttiarum destinatus, grassantem illic hæreticam tabem exurgare designat. Præmissum ergo Fratrem Stephanum à Gombolato insigniorē Scholasticum, & Oratorem Euangelicum Capuccinum anno 1597. ad Demontij Sturię, Draconerij, Macræq; Valliuni opulenta Oppida (vt fusius proprio Calculo tradetur) postmodum & ipse subsequutus est. Quem nunc ille ibi Carholicæ Fidei, & Ecclesiastici Regni statum nactus fuerit, ex eò conijcere licet, quod inter Gallicum Regem, & Sabaudum Ducem pro Salutiarum Marchionatu possidendo, bellica iamdiù efferbuerant dissidia, & Francorum Castra Caluinistis vbique scatebant militibus, ne dicam prædonibus, qui hæretica iam lue laborantes incolas penitùs insanire compellebant: quin eò hactenùs sanos in fide laborare cogebant, impia dogmata, & nefaria placita vbique incessanter, arque pertinaciter dissemlnantes; vt Sturiæ, Granę, Macrę, Varaltæ, Padi Marchionalibus Vallibus sectaria tabe, vel melius rabie iam deprauatis, etiam Insigniora in complanis ad radices Alpium sita Oppida Caluiniana labe aspergere non abstinerent: Carmagnoliam, Draconerium, Costiliolas, Butcam, Verzolium. Qua autem Schismatica, & effrẽni impudentia, quin insolentia debaccharentur antiqui Orthodoxæ pietatis desertores in toro Marchionatu, vnico sufficiat comprobasse contextu ex historica Chronologia Episcopi Salutiens. de statu Ecclesiæ Saluiarum, vbi ad annum 1583. hæc describit: *Antonius Pichat à Monte-Marso in Delphinatu, eximia eruditione, ac doctrina singularis, virtute nobilis, ac pietate insignis, Consiliarius, & Prædicator Henrici*

Christi 1597. Ann. *Impietas, & insolentia hæreticorum in Marchia Saluttensi.*

Ann. Christi 1583. *Epist Salu. tien. Chronolog. cap. 5.*

Tertij Regis Francia, & Catharinæ eiusdem Matris Confessarius, & eleemosinarius, & tandem Episcopus Salutiarum contra Hæreticos, qui tunc propter seditiones, quas in suo Gallicano Regno vigebant, multum in Marchia Salutiarum pollebant, viriliter verbis, & factis se gessit, ex quo graues persecutiones passus fuit, quas tamen Deo auxiliante bonorificè superauit. Ex quibus euidenti demonstratione deduco, si ardenti adeò Caluinistica febre phrenetici etiam in proprium Episcopum pluribus titulis Venerabilem Antistitem desæuire non verebantur seducti illi, rebellauteiq; populi; quam effrenibus phrenesi laborantium furijs superuenientes ignotos Medicos, nempè Religiosos Viros Apostolicos Capuccinos Concionatores excepisse credendum est? eoque durius, & asperius exceptos difficiliorem ad illos ingressum offendisse existimandum arbitror; quod ad Marchiæ limina peruenerunt anno 1597. quando pariter strennus Hæreticorum Antagonista numeratus Antistes D. Episcopus Salut. è vinis sublatus, & Cælo redditus fuerat Nonis Iulij, Pastoralisque insula vsque ad Annum 1602. per quinquennium cessauit. Episcopali igitur Sede vacante, prolixo Marte furente, hæretico furore bacchante in Salutiensi Marchionatu, Ecclesiasticum Regnum nutans sustinere, ex parte collapsum restituere ingressi aggrediuntur Fr F. Valerianus à Pinerolio, & Stephanus à Gombolato Apostolici Operarij Capuccini; Hi illarum Ecclesiarium miserrima iam perspecta conditione præuidentes impostorum, & sibi prouidentes, quò facilius opus Dei inchoare, & prosequi valerent; confugij fidei tutelaris Caroli Emman. inibi tunc dominantis commendatitias litteras accipiunt, & adferunt Marchionatibus populis directas, quibus eos quàm vehementissimè cohortabatur ad Romanæ Ecclesiæ obedientiam, & fidem amplectendam sub datum Taurini die 27. Martij 1597. quas suo loco dabimus. Apostolica ergo auctoritate emissi, Ducalibus litteris allociati ad Salutiensem Marchiam peruenientes primo appulsu Draconerium, & Demontium adoriuntur, ibiq; Euangelicæ decertandi methodo Antiregni euersionem, & Catholici Dominij erectionem moliri, & promouere enituntur, vsquequò Anno Domini 1600. Auernalibus obortis turbinibus, bellicis seditionibus proscriptorum factionibus excitatis illis in Italiæ Ostijs, Patres Ianuensis Prouinciæ Capuccinos Religiosos suos, & Apostolicos viros alibi elaboraturos ad se reuocarent. Suprapositis igitur nunc numeris ad Calculũ deductis ratiocinando obseruo: priores emissos Apostolicos Ædificatores sacri Apostolatus Capucinorũ in ipso limine fũdationis nec paucas, nec paruas difficultates, oppositiones, & contradictiones sustinuisse, ac superasse: quinimmò in multa, eaque magna pericula incidisse, tandem plurima, maxima, & frequentissima capitis sibi isse discrimina, contrarijs nefarijs, atq; sectarijs obluctantibus, enitentibus, & effurentibus potestatibus, nec non turmis ieù turbis Ecclesiastici Regni perduelliũ deterrorum: Qui tamen, etiam Auernalibus furijs, & Sathanicis Satellitibus constipari debacchantes haud quaquam impedire valuerunt; quin destinati Vigiles, & Custodes Ecclesiasticas stationes Italicis illis in foribus, nempè & toto Salutiarum Marchionatu, & Petruxię, & San Martini Conuallibus fundarent, atque firmarent viq; in hodiernum diem, ad Orthodoxę fidei conseruationem, simul & exaltationem, nec non ad perfidię depressionem, ac tandẽ propitio aspirante flamine omnimodã suppressionem. Amen.

Difficultates oppositę in Salutié Marchionatu ingrediendo.

Ann. Christi 1597.

Ann. Christi 1602.

Ann. Christi 1597.

Ann. Christi 1600.

CALCVLVS QVINTVS

Apostolicum ius regnandi per Capuccinorum Ecclesiasticas Missiones, collabentis Catholicæ Ecclesiæ in Gallia Cisalpina, quas in prioribus, & egressibus, & progressibus vrgentiores necessitates subleuauerit, computat per septem numeros:

L.

QVoniam tum Ecclesiasticum Spirituale Regnum ob impietatis violenter inductum Antiregnum, & vsurpatam Tyrannidem, simulque Tyrannicam Oligarchiam ab Hespericis his inter-Alpinis Orisiam iam exulabat: tũ Catholica Religio, atq; Orthodoxa Fides, pariter & legitima Ecclesia ruinę iã proxima, propter irreligiosas sectas, & erronea fallacia dogmata apud Alpigenas deceptos hos populos sacrilegè inuecta, & mordicùs retenta, atque protecta, manifestè periclitabantur conteri; ad prosternendam Sathanæ Synagogam, & Ecclesiam instaurandam: ad fallacia damnanda, veraciaque fidelia oracula confirmanda: ad irreligiosas profanationes eliminandas, & religiosum Dininum cultum reuocandum: randem ad destruendam Apostaticam rebellionem, & fidelem Apostolicam subiectionem Ecclesiastico Spirituali Regno restituendã;

à supremò Apostolici Ordinis Magistro, & Ecclesiastici regiminis Hierarcha Canonicè emissi adfuerunt, pariter & ad Cisalpinę huius nostrę Gallię hęretica phreneśi deliras decem, aut duodecim supra enumeratas Valles Apostolantes peruenerunt Sancti Francisci Minores Fratres, & alumni Capuccini. Horum autem originalis Apostolatus à principio pro fidei, Religionis, Ecclesię, Ecclesiasticique Regni periculis auertendis, pariter & grauioribus necessitatibus subleuandis primarios egressus, & præclpuos progressus copulatiuè, & procuinaliter potius delibandos, quàm numerandos decreuimus, vt discretis suis singula singulis numeris calculentur. Nc autem equiuocis inhęrere, vel laborare contingat; distinguendum admoneo huius nostri Seraphici in Subalpinis Apostolatus duplicem statum; mobilem à primęua sua origine, & constitutione, fixum à grandæua sua perfectione, seù profectione. Primores namque illi quatuor Capuccini Agonothetę Fr. Ft. Valerianus, Mauritius, Stephanus, & Philippus relicti auxiliares copiæ, & expeditæ turmæ ad incerta loca, & certa negotia, vbi Ecclesiastici Regni opportunior exigeret indigentia, bini, & bini, singuli cum singulo Commilitone mittebantur. Hi igitur primò quidem ad Petruxiæ, & San-Martini Conuallcs destinati, postmodum ad Salutiensem Marchiam aduocati, expediti velut ceieres acies castrorum ordinatæ præsto adfuere, nec iterum interpellati vel Segusinæ Valli, vel Castridelphini Satrapiæ defuere, quinimmò modo huc, modo illuc ad spirituales ferendas suppetias circuibant, cursitabant, siuè à Romana Curia inssi, siuè ab Apostolico Nuncio admoniti, siuè ab Ordinarijs locorum Præsulibus aduocati, seù tandem à Rectoribus Paræciarum, aut Parochialibus populationibus euocati, expostulati, donec pernigiles Ecclesiarum Præsides stabilis residentiæ necessitatem animaduertentes Apostolicis Exculitoribus, seu Operatoribus certas, & firmas singulis opportunioribus Ostijs, atque Italici Regni Oris stationes decreuerunt circiter annum 1603. pro Dominico Ouili custodiendo multiplicatis à supremo Hierarcha per temporum differentias, & emergentium indigentias Religiosis custodijs, & custodibus, vti singillatim distinctis calculis computabitur primoribus primò congressibus explicatis.

Ab Anno Chri. 1595 ad 1603.

Duplex Apostolatus mobilis, & stabilis.

Ano. Chri. 1603.

II. Primarios nostræ Apostolicæ Missionis progressus calculandos censeo à priori Fratris Valeriani Pinerolienfis eum Domino Generali Abbatiali Vicario Præposito Ressano egressu, quando Auctoritate Apostolica ad Petruxiæ, & San-Martini Conuallcs accedentes anno 1595. decimo mense, primo aggressu viriliter progredientes, quinque Parochiales Ecclesias à profanantium violentis manibus eripuerunt, lustralique lympha Episcopali benedictione sacrata, nec non Catholicis ritibus, ac cæremonijs expiatas reconciliarunt, impièq; à sacrilegis indè proscriptum Diuinum cultum piè restituerunt. Ad restitutorum igitur templorum emundationem vndique conuenientibus Catholicis, solemnem de Romano, & consueto more supplicationē indixerunt, cui vniuersi adstantes collatantes fideles melodis vocibus pro relatis de perfidia triumphis Omnipotenti Deo gratiarum personant, persoluuntq; laudes. Reconciliatæ autem sacræ Ædes hæ recensentur; Pagorum nempè Portarum, Dibloni, Petruxiæ, Petrerij, & Pinnacchiæ, quatuor illas à tribus iam annis violenter occupatas, quintam verò hanc à sexto peracto iā lustro execrandis sacrilegijs addictam, ac violatam: Quare cum primò cò aduenerunt Catholici Ministri, illius occlusas fores obfirmatis vectibus, ac seris adinuenerunt, his tamen violenter vlfractis, illis validè reseratis introgressi, Carhedram pestilentiæ, & Demoniorum mensam cuersas flammis deuouerunt, quo facto abominationem desolationis in sanctificationem deuotionis transtulerunt, Peccatores Apostatæ videbant, & vehementer irascebantur, dentibus suis fremebant, vnde postera luce coacto agmine superuenientes, facto impetù irruentes iterum Dei Genitricis templum inuaserunt, & superueniętę Dominico Natalitio die, denuò Ministro perditionis, & proditionis in eo coram desertorum turmis adulteratum verbum proponente, & doloris, seù veteris damnationis panem frangente, atque distribuente polluerunt; ad abundantiorem tamen: & perfidiæ confusionem, & legitimæ fidei exaltationem. Regnanti enim Carolo Emman. prim. Duci per internuncium delata illata à rebellantibus Ecclesiastico Dominio ob iteratam vsurpationem violentia; plenaria sua auctoritate, protinus ipse conuenienti patrocinio accurrit nā expulsis iterum immundis canibus, reassumpta sacri Templi possessione, Apostolici Viri ipsa in illibatæ Purificationis intemeratæ Matris Dei, cui sacrum erat sacellum, celebritate Catholicis consuetis expiationibus Sancta rursus enundauerunt, atq; Diuino cultui deinceps ad præsens vsque addixerunt. Haud quaquàm tamen felicioribus his ingressibus contenti steterunt, vel perstiterunt Euangelici operarij; quinimmò viriliter, progredientes reliquas Conuallium Sacras Aras polluras sanctificantes, recuperarunt, & tamquam prudentes Diuini Patris familias famuli, & fideles strenuè adeò iniquorum illis in temporum angustijs se gesserunt, vt breui dierum intercapedine, restitutæ fideli-

Ann. Chr. 1595.

Eccles. quinque recuperant, & reconciliant sacri Ministri.

Ann. Chr. 1596.

Restituit Relig. cultus.

bus

bus Ecclesiæ, Ecclesijs Altaria, Altaribus sacrificia, sacrificijs Sacerdotes, Sacerdotibus, ac Populis Sacramenta, Sacramentis, & sacrarijs honor, hominibus Deus, Deo homines, & Dei cultus fuerit restitutus, Ecclesiastico Regno obedientia præstita, redditi Ecclesiasticis Ministris legitimi reditus: reuocatis Parochis, restituris Rectoribus, & Curatis, qui quotidie sacra facientes iam desecuibus iamdiù languentinm fidelium animabus spiritualia pabula frangerent: Ducalis Celsitudinis munificentia sacra interim supellectile prouisa, & sic Missionis Apostolicæ seminalibus rationibus præiactis, vel proiectis, vberiorem messem præstolabantur.

III.

Nonirer igitur exorti Anni 1596. imminente die Cinerum circa sex. Kal. Martij Fr. Fr. Valerianus, & Mauritius strenui bellatores Seraphici, non minùs quàm præclarissimi Oratores Euangelici Quadragesimalibus declamationibus, & laboriosis Fidei exercitationibus præstandis destinati veniunt, illeque ad San-Martini: iste ad Petruxiæ restitutas Paræcias, & spiritualibus subsidijs destitutas regiones: vbi gladium spiritus, quod est Verbum Dei, arripientes, & ore feruido, atq; feruentiori lingua pertractantes, & fidelibus præsidium, & infidelibus excidium indicere, & ominari, ne dicam comminari cæperunt, & infatigabiliter perfecerunt. Quoniam verò Pseudoapostoli, necnon insolentiores Schismaticæ defectionis assertores, veriùs auctores Orthodoxæ veritatis prædicationem impedire, vel saltem perturbare violenter, ac fraudulenter conabantur; Iam excurrente Quadragesimalis ieiunij dimidio tempore Fr. Valerianus à nonis Februarij præsignatum, præuisum, ac prouisum Edictum, alibi darum preconis prius secularis Curiæ voce publica, & affixione euulgandum curauit, deinde Euangelici tubicines ex suggestu pro illius obseruantia declamarunt: Hinc perterrefacti aduersarij, Pseudodoctorum repressa arrogantia, nonnulla extra permissos terminos præoccupata, & Caluinisticis Sacrilegijs profanata loca dimiserunt, atq; à iam in Vico Capellæ indicto cum Accolis Vallis Clusoni Pseudopastoribus celebrando Conuentu abstinuerunt. Manuscripta Prouinciæ Ianuensis Capitularia monumenta sub Annum 1595. hæc nobis suggerunt: *Hoc anno, instante Serenissimo Carolo Emmanuele Sabaudiæ Duce, primò missi fuerunt tres Concionatores cum tribus Socijs ad proponendum Dei Verbum Hæreticis degentibus in Connallibus Pinerolio circumadiacentibus: Prædicatores autem priores destinati numerantur sequentes Fr. Fr. Valerianus à Pinerolio, Mauritius Murreosis, Stephanus à Gembolato, qui omnes mirificè fructificarunt, specialiter Fr. Stephanus Demontij in Sturiæ Valle* (Anno verò 1596.) *Io hoc Capitulo confirmatis prioribus adauctus fuit quartus Fr. Philippus à Pancalerio, Prosperientes namq; tàm Serenissimus Princeps, quàm Reuerendissimus Archiepiscopus, & Illustrissimus Nuncius, necnon Adm. Reu Pat. Inquisitor vberrimos prouentus ex Missionibus relatos, Roma à Sum. Pontifice Clemente VIII. facultates, & auctoritatem instituendi formales Missiones petierunt, & obtinuerunt. In vineam igitur Æterni Patris Vniuersalis familiæ vocati supradicti Operarij religiosi strenuè adeò demandatum opus exercere, vel onus subiocre adoriuntur; vt portantes pondus luminis diei veritatis Catholicæ, & æstus Charitatis Euangelicæ, publicis declamationibus, familiaribus allocutionibus, domesticis congressibus muoere suo fungentes, ac sedulò elaborantes, mansuetiores tandem eos, docilioresq; redderent; ita vt quàmuis primò aspectum aduenientium, vel concursum refugerent, postmodum verò eorum alloquium coeupiscerent, conciones libenter audirent, dogmata exciperent, monita admiterent: absoluta namq; Concione Euangelici Pastores errantes oues singulas in proprijs habitaculis conuenichant, & blando affatu, ac pijs cohortatio. ibus instructas ad Dominicam Caulam reportare oitebantur.*

Religionarij perterriti quandã vsurpata loca dimittunt, conciliabuli celebrare omittunt.

Ann. Christi 1596.

Ann. Christi 1598.

Ann. Christi 1506.

Vberes fructus reportant Missi Capuccini.

Dominus Prior Lucernæ Marcus Aurellus de horum primis egressibus, & progressibus sequentia refert sic veridicè contestans: *Felicissimos institutionis prouentus religiosorum Societatis Iesu, & Capuccinorum à Domino Nuncio destinatorum vix explicare fas mihi fuerit: specialiter cuoi non sit illud mei propositi, quadam tamen singularia distincto ordine fingillatim, & breuiter dicam: Reconciliatis recuperatis Ecclesijs dictarum Vallium, ab Archiepiscopo Prouincia Missionum demandata fuit Patri Bernæ, qui electus fuit in Commissarium Apostolicum, & directorem Apostolorum suæ Religionis, ipsiq; assignati Coadiutores, & Socij leguntur Pat. Fr. Mauritius à Murra Asteusi, eximiæ integritatis, & dogmaticæ eruditionis vir, Pat. Fr. Philippus Robottus à Pancalerio pectabilis conuersationis homo, ac minoe iogenij, & scientiarum affluentia insignis. Hi efformato parno, sed expedito agmine breui vniuersos Connallium recessus, & accessus perlustrarunt docendo, confutando, admonendo, instruendo, solo Dei confisi tutamine: quibus vigorem etiam animi adauxit Christiana pietas Caroli Emmanuelis I. Ducis, qui eis omnem suam opem, & operam pollicitus fuerat verbis, & factis, operibus, & opibus, iuribus, & armis, vita, & sanguine, pecunia, & auctoritate ad profectum Fidei, & perfidia defectum, atque excidium. Hinc oe protelaretur pium opus ob rerum necessariarum penuriam, & inopiam, competentia suppeditauit Apostolicus Vitus ad opus necessaria, & ad vitam, quoadusq; à Camera Apostolica conuenientia mitterentur subsidia. Nec defuit Summa Dei prouidentia pijs conatibus; elementi enim de Cælo benedictione sic fauit primo Patrum egressui, vt*

D. Prior Lucernens. lib. Mem. Histor. cap. 31.

breui temporis interuallo (sicut à testimonijs Fide dignis accepimus) in Vallibus Padi, Macra, Varaitæ circa 4000. reuocarentur ad Catholicæ Fidei professionem. In Demontio locisq; cæteris Sturiæ Vallis 700. In Valle Secusina 600. hacq; primo harum Apostolicarum plantationum germina ad quorum conseruationem felici exitu inchoatam, illis in Connallibus diuersa velut propugnacula pro rerum domicilia Apostolica erecta fuere, quò conuersis assistere, & auersos de proximo facilius reducere valerent: Patri Fratri Mauritio in Abbatia Pinerolensi, in ingressu Vallium Petruriæ, & Sao-Martini assignato domicilio. Idem ibidem prosequitur. Tantorum annorum interuallo, nempè ab initio institutionis Apostolatus Anno 1596. vsq; ad annum 1603. acquisierunt, & fixarunt residentia ordinaria habitacula, ac domicilia in Connallibus San-Martini, & Petruriæ, in Satrapia Castridelphini, in Valle Macræ, & Accelij, Draconerij, & San-Damiani Oppidis, vltimo in cẽtro Vallis posito inter Accelium, & Draconerium: sed posquam breuiter Patre luminum afflante, & Apostolicie Operarijs solicitudine, & diligentia cullaborantibus omnis hæresis tabe effugata, & eliminata fuit, Oppidumq; expurgatum, aliò, nempè Cadralium in oris Vallis Graneæ transfata recessit residentia Apostolatus, quò eos aduocabat necessitas Fidei Catholicæ à multitudine hæreticorum ibi, & in confinijs Draconerio incolentium exagitata: San-Damiani autem Villa, vtpotè inter Draconerij, & Accelij Missiones sita, Apostolicos influxus aurum participare sapiùs valebat, vtpotè intra sphæram illarum excubiarum. Aliam præterea fixam Apostolatus Sedem firmauerunt Verzolij; hoc opulentum iacet Oppidum in finibus, vel potius Salutiarum Ciuitatis semper Catholicæ, & tamen hæresum lepram contraxerat. In annibus igitur superductis Vallibus, & Oppidis Missionarij Capuccini ædificauerunt domos Missionibus aptas, sed pauperes, restaurarunt Ecclesias, & Sacella, parauerunt Altaria, Sacram Supellectilem, & vasa; Ornauerunt Templa decentibus Tabernaculis, siue ciborijs ad Sacram asseruandam Eucharistiam: Congregauerunt, & instituerunt Sodalitates Corporis Christi, Sanctissimi Rosarij, & exterorum exercitiorum ad pietatem erigendam, & Diuinum cultum quotidie propagarunt in his, & alijs suarum residentiarum Oppidis, & circumadiacentibus vnicuique dictum. Idem eodem: Felicio-ri progressu progrediebatur successus Catholicæ Fidei in Marchia Saluciarum: eam & Regolium Statutorum vigore, & rigore, & Apostolicorum Ministrorum indefessa vigilantia quamplurimi Hæretici discesserant, alij Gebennense receptaculum, alij tolerantes Vallium confinium petentes, & licèt aliquando furtim apparerent, id solum in transitu faciebant, nec consistere præsumebant: quidam enim temerariè publicè progredientes protinùs Missionariorum vigilantia, & instantia à Iudicibus comprehendebantur, & carceribus includebantur tanquam Regalium Edictorum contemptores. Reliqui residentes, & perseuerantes in paternis laribus, & domibus, licèt non adeò sincerè Catholicam Fidem profiterentur, quin hæreticalibus dogmatibus adhærerent, occultè tamen, & intrinsecè, publicè hæreticalia exercitia exercere nequaquam tentabant quinimmò; conuenichant Missionariorum Concionibus, & Catholicorum diebus festis interueniebant Conuentibus, Sacrificio Missæ assistentes, & Psalmodiæ, licèt conseruationi potius temporalium, quam Cælestium bonorum acquisitioni studerent: Fidei simulatione rursi consulebant. Quomodolibet Catholici apparerent, saltem scandalum non inferebant, & sæpè sapiùs quidam reducebantur; & si quis inobediens, & erroneus dignaseebatur, Sacra Inquisitionis officio denunciabatur, & punichatur, eoq; pacto fiebat; vt tranquille res Fidei peragerentur, & proficerent oculatissima vigilantia Missionariorum, qui opportunis temporibus, & occasionibus, vbi propria non sufficiebat, Prælatorum & Principum auctoritatis Suffragia, & subsidia exorabant, à quibus congruentibus prouisionibus munichabantur. Hæc præcitatus Dominus Lucernensis.

Ab Ann. Chr. 1596. ad 1603.

Prouentus Spirituales relati à Capuccinis.

lib. Mem Hist. cap. 39

Ann. Christi 1602.

Missorum solicitudines & profectus,

V.

Hæc eadem compendiosiùs tetigerat, potius quam retulerat noster Par. Zaccharias iuis notulis: Pasi hos (nempè Fr. Fr. Valerianum, Mauritium, Stephanum, & Philippum) & alij in cæteras Secosij, Padi, Varaitæ, Macræ, & Demontij Valles multas Oppidæ munitas, in quibus Hæresis vbiq; imponè grassabatur Apostolica auctoritate directi fuere: qui in his ab hæresum tabe expurgandis tàm strenuam operam nauarunt, vt ex Secusina Valle sexcenti circiter ab hæresi ad Catholicam Fidem conuersi enumerentur, qui anno 1603. supplicantium ritu Taurinum Sacram Iesu Christi Syndonem veneraturi confessi sunt. Ex Demontij Valle septingenti hæresi abiurata ad Catholica Ecclesiæ sinum redierè. Ex Padi tandem, Varaitæ, & Macræ Vallibus nostris impigrè laborantibus, tàm multi ad Catholicam Religionem accesserè; vt præter quamplurimos Viros doctrina, auctoritate, officio, ac dignitate illustres, cæteri quater millenos excesserint. Quò factum est, vt Catholica Fides instaurata, Ecclesiæ vbiq; edificatæ, Sacerdotes, & Parochi restituti; Sacrosanctum Missæ Sacrificium (vnde immemorabili ferè temporum curriculo exulauerat) vbiq; celebratum, & stabilitum, Concilij Tridentini Decreta promulgata, ac Sancta Inquisitionis officium introductum fuerit: Ecclesiastici quoq; reddituri, qui in hæresum Ministros alendos extensis distracti fuerant, ad legitimos Ecclesiæ Pastores redierint: Demum extersa vndiq; hæresum labe, vera Ecclesiæ facies hisce Vallium populis restituta fuit. Hactenùs ille.

Ann. Christi 1603.

P. Zacch. Capucc. Annal. Tom. 2. Ann. 1596. num. 8.

VI.

Electi, atq; à Deo dilecti populi liberatio à Propheta hisce Prophetiæis oraculis præsignatur: Et fuscitabimus super eum septem Pastores, & octo Primates hominum,

Micheas c. 5.

& erunt

& erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum. Erant in Connallibus Perrerij, & Petruxiæ reliqui pauculi fideles, quasi roris stillæ dispersæ, nec vel vnicum virum in subsidium tàm multiplicis Spiritualis, & temporalis simæ miseriæ expectabant, humana omni spe, vel ope desperata: Quando suscitauit Dominus super eos Pastores septem, nempè Pastoralem solicitudinem Pastorum Archetypi Clementis VIII. Reuerendissimorum Nuncij, Archiepiscopi, & Inquisitoris Taurinensium, quinimmò proprij Abbatialis Prætulis Pinerolienſis, atq; Capuccinorum Fratrum Generalis Ministri, tandem Caroli Emman. I. legitimi harum regionum Principis, Ecclesiastici Regni Catholici propugnatoris acerrimi, cuius nutù, & interpellatione Hierarchica, & Ecclesiastica Ordinatione, & Electione octo prælecti ex Capuceina Pedemontana familia Primarij Religiosi homines eximij Sacri Oratores, & vtriusque paginæ Doctores, Orthodoxiq; Sacerdotes emissi ad prædicatas Valles ab hæretica perfidia liberandas, peculiari Canonica potestate, & insigniori Apostolica auctoritate muniti, Anno nonagesimo sexto post quingentesimum millenum, missi fuerunt, scilicet Fr. Fr. Valerianus à Pinerolio, Mauritius à Murra Astensi, Stephanus à Gombolato, Philippus à Pancalerio, Bernardus à Porta-Mauritio, Paulus à Vigono, Paulus Papiensis, Gabriel à Montecalerio Vniuersi Seraphici Patris alumni, vitæ integritate, ac morum honestate conspicui, simul & serpentis prudentia, necnon columbæ simplicitate præditi. Primiori igitur hoc Euangelicorum Militum habito delecti, Fr. Valeriano designatæ militiæ Ecclesiasticæ in Præfectum delecto, militari, licèt spirituali albo descripti septem Coapostolici pugiles Capuccini in Commilitones assignati, & consignati ab Apostolico Nuncio, & Taurinensi Inquisitore congruis præmuniti facultatibus extiterunt (sicuri ex authentico primo Diplomate apud nos asseruato liquidò constat) Quos prudens ex cubiarum Magister Ecclesiastici Regni in Vallaribus Ostijs, veluti limitaneos milites per opportuniores assignaras Custodias, pro temporum varietate, vel opportunitate distributos ad inuigilandum, tamquam eelerem acie mittebat. Ibant illi, & reuertebantur ad obedientiæ nutus in similitudinem fulguris coruscantis, & Apostolico mobili munere egregiè singuli perfungebantur: singulorum verò singularia facinora quoniam singillatim recensita nequaquam adinuenimus; cunfusa nunc olim discretè perpetrata percensere compellimur. Priori igitur illa Sacrorum Oratorum à Reuerendissimis Nuncio, Archiepiscopo, Inquisitoreq; Taurinensibus, & nostris Generali, & Prouinciali Ministris designata Missione, & præstita distributione; selectiores terni Concionatores primo hoc eodemmet præsignato anno trinis scelerationibus Vallibus destinati signanter fuerunt, scilicet Fr. Valerianus Petreti, Fr. Mauritius Petruxiæ, Fr. Stephanus Demontij ad Quadragesimales Concionatorios exanthlandos labores: quorum quædam quidem insigniora opera cum distincta acceperimus, distinctè propriis dabimus Calculis, cæterorum autem communibus numeris commendabilia trademus.

Septem Pastores octo Primarios Operarios mittunt.

Ex octo electis tres seligunter.

Ann. Christi 1596.

Nulli dubium, quin reliqui quinque electi Apostolici Cooperatores Fr. Fr. Philippus, Bernardus, vterq; Paulus, & Gabriel vnus, singuli pro suo modulo medullis omnibus, & neruis enixi fuerint; vt egregiam demandato operi operam suam nauarent: vbi verò, vel quando, vel quomodo virtutum ignoramus, illud tantum pro comperto habentes, quod Ecclesiastici Regni restitutionem, prouentum, seù profectum pro virili promouere studuerint, vbicumq; quandocumq; vel quomodocumq; potuerint. Huius rationabilis, & ratiocinatæ veritatis vnicum, sed veridicum, quin verissimum testimonium profero: Ipsum nempè inter illos haud infimum Præconem, & Collegam Fratrem Philippum à Pancalerio, qui familiari sua in epistola (cuius integram tertiam præsenti numero referimus) tàm Præfecti, quàm Apostolici pusilli Gregis nomine Fr. Hieronymo à Sorbo Generali Ministro nouiter electo data Petruxiæ Kal. Ianuarij anno septimo supra nonagesimum quingentesimum millesimum, Apostolatus scilicet Capuccinorum in Subalpinis Secundo, priotis & anni, & religiosi agminis Euangelici operis annualis tùm proeuntium Calculum supputans, sequentes consignat numeros, vulgari charactere in latinum commutato.

VII.

Ann. Christi 1597.

Adm. Reuerendo Patri Generali Fratrum Minorum Capuccinorum in Christo meo Parenti Obseruandissimo.

ADm. Rea. Pat. Beatissimi Patris nostri Papæ Clementis VIII. ardens amor in Dominum nostrum Iesum Christum, unicaq; illius erga immaculati Agni Sanguine redemptas Animas Charitas & olim impulit, & ita dies magis eum impellit ad Pastoralem curam, & Paternam sollicitudinem non pascendi dumtaxat sui sacrati gregis, iuxta Canonem à Cœlesti Pastore præscriptum: Pasce Oues meas: Aut vacillantes confirmandi in Fide: Et tù aliquando conuersus confirma Fratres tuos. Verùm etiam pauperculi

Ioannis cap. 21. Lucæ cap. 22.

IV.

las Oniculas in die nebula, & caliginis dispersas per errarum lucas, & haresum deserta rapacium Luparum laniena expositas ad Ouile reducendi. Quod ille plurimis quidem modis, & mediantibus pluribus personis tentauit, sigaunter ad hoc nos viles, & humiles Capuccinos in Ministerium destinando, in Germaniam, Austriam, & Sobauda Celsitudini subiectas Subalpinas Valles, aliasq; regiones (sicuti Paternitati Vestra Adm. Reuer. peroptimè innotescit) Qua in emissione Apostolica ipsa Beatitudo Sum. Pontif. Diuinam prouidentiam imitatur, de qua Diuus Paulus attestatur: Non multi sapientes, non multi potentes, non multi nobiles, sed infirma Mundi elegit Deus, vt fortia quæq; confundat. Nostram nihilominus infirmitatem tot, tantisq; primi legijs, potestatibus, & auctoritatibus falcire dignatus est Pont. sex Max. vt primatis religiosis viris maiora conuenians: Serenissima etiam Sabaudi Ducis Celsitudo talibus eius fauoribus prasequi voluit, vt primerisò Sancta Vniuersalis Ecclesia non vexillis ferum legitimum solummodo; sed & propugnatorem acerrimâ se se demonstrauerit: Illustrissimi item sus, & Reuerendissimi Protectoris Cardinalis Sâcta Sanctorina, necnon Reuerendissimorum DD. Nuncij, Archiepiscopi, & Inquisitoris Taurinensium, simul & Tritonij Abbatis Pinerolicasis pijs subsidijs caudenti, opus, & anas Apostolicarũ Missionum Subalpinis his in Conuallibus exercendum suscepimus minimi nos inter Minores Fratres Capaccini, & à Superiori anno ad vsq; prasentem diem (peculiari Spiritus Sancti coaspiratione afflatu) concessa, & nobis commissa auctoritate, seu facultate ea dexteritate, salertia, ac solicitudine vsi sumus, vt ex his Vallibus Incolas modo desipientes taudem Catholicè sapientes futuras speremus (nisi expectatam pacem iamdiù exasperata Martiales vices desperare compellant) Diuina praciputè aspirante Clementia ad Domini Nostri Iesu Christi gloriam, Sancta Matris Ecclesia exaltationem, in Pontifices Maximi memoriale peruenne, perpetuam fidelium edificationem, perennium harum animorum salutationem, nostraq; Religionis ornatum, & decorem. Fr. igitur, & Pater noster hunc aperi Praesidens Valentianus à Pinerolia intelligens Pat. Vestrum Adm. Reu. pro singulari ardentiari sua zelo, praclarè à nobis gestorum accepto hoc nuncio, haud mediocrem latitiam occepturam, atq; percepturam, tàm sua peculiari, quàm Cammilitanum communi nomine, has mihi Paternitati Vestra exarandas litteras mandauit. Loco, & die vt supra.

Humilim. in Christo Filius

Fr. Philippus à Pancalerio Capucinus.

1. Cor. c. 1.

Ann. Christi 1597.

Progressus Fidei ex Missorum labore

Cuius scilicèt memorandi Patris Philippi prolixiores, & celebriores memorias suis temporibus, & locis descripturi sumus, quippè qui secundus Præfectus benè, & optimè de Missionibus meritus recenseatur. Fr. iridem Bernardi à Portu-Mauritio, ex quàmplurimis obliteratis pauca quædam ab oblitione vindicabimus, eum de Padusano, vel Cadrallaco Apostolatu ab eo fundato plura dabimus. Dant etiam domestica Regularia Prouincialia nostra monumenta testimonia haud negligenda Fratris Pauli Papiensis, qui in Pinerolienſi Capuccinorum Monasterio moderando Fr. Valeriano Guardianatus in Ministerio succedens, Apostolicis Ministris pro viribus ministrare, & Euangelica munia aduocatus administrare nunquam defuit, dum inibi per biennium, vel triennium adfuit. Fr. Fr. Pauli à Vigono, & Gabrielis á Montecalerio peculiaria certamina ignorantur in terris, quorum tamè laureis (vti sperare iuuat) coronantur in Cœlis: Amen.

Principium origo & causa Missionis Capuccinorũ in Gallia Cisalpina.

Ann. Christi 1591.

Nunc igitur suprasignatis numeris calculatis, sic adequatè ratiocinari valemus: Primordialè Apostolatus Capuccinorũ in Pedemontanis oris originè nullam priorem agnoscimus, quàm Diuini Numinis, seù flaminis aspirationem Fr. Valeriani Pinerolienſis zelotem spiritum excitantem ad Ecclesiastici Regni Custodialibus in his liminibus instaurationem excogitandam, aggrediendam, proponendam, & promouendam. Proximum verò originarium principium impellens occasionale, Catholicę Religionis imminens excidium: Intrinsecũ autem originale primordium cognoscimus congenitum, & à Seraphico Patriarcha in genuinos suos natos perpetùò transfusũ propositum, & impositum (à Capuccinis Prælatis, & alumnis totis conatibus hactenus continuatũ) Catholicam proprijs humeris sustulciendi collabentem Ecclesiã: Cuius Primicerij Antistitę Clementę scilicèt VIII. auctoritatiuũ primitiuũ huius nostri Apostolatus, & effectiuum: Paulũ verò V. in Pontificatu successorę, restitutiuũ principijs, per Hierarchici Ordinis legitimos suos administros Sanctę Rom. Eccl. Cardines, Nuncios, Episcopos, Inquisitores eõfitemur. Sabandũ autè Ducem Carolum Emman. I. Catholicum Principem, pariter proximam impellentem causam obstetricantè profiteri tenemur. Deniq; Apostolicę huiusce nostræ Missionis durationis initia ab Annis Christi nonagesimo quinto supra quingentos & millenos computamus, & sic originem illius exordia, & principia sufficienter ratiocinatos nos forè existimamus.

DE SVMMIS ROMANIS PONTIFICIBVS RATIOCINIVM PRIMVM.

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Duo:

Apostolicum Ius regnandi, per Missiones Euangelicas, pro sibi commisso Christi Regno conseruando, Romanis Pontificibus primò, & principaliter adhibere quomodò incumbat: Vt verò succumbat hæc potestas, qui Sectarij Antiregni Archimandritæ fuerint, explicat Præambulus.

Num. I.

Apostaticum Ius rebellandi, qui Religionarij Impostores in Cisalpinam Ecclesiam inuchere tentauerint: Quiuè legitimi Pastores Supremi impedire studuerint, explicat Præambulus.

Num. II.

Calculus Primus.

Clementis VIII. Summi Romani Pontificis ab anno 1595. ad annos 1604.

Calculus Secundus.

Pauli Quinti, Summi Romani Pontificis ab anno 1605. ad annos 1621.

Calculus Tertius.

Gregorij Quintidecimi, Summi Romani Pontificis ab anno 1621. ad ad annos 1623.

Calculus Quartus.

Vrbani Octaui, Summi Romani Pontificis ab anno 1623. ad annos 1644.

Calculus Quintus.

Innocentij Decimi, Summi Romani Pontificis, ab anno 1644. ad annos 1655.

Calculus Sextus.

Alexandri Septimi, Summi Romani Pontificis, ab anno 1655. ad annos

DE SVMMIS ROMANIS PONTIFICIBVS

Qui pro Spirituali Catholicæ Ecclesiæ Regno in Subalpina Italia instaurando, & propugnando Capuceinorum Apostolatum instituerunt, restituerunt, & conseruauerunt.

RATIOCINIVM PRIMVM

Apostolicum Ius regnandi per Missiones Euangelicas pro sibi commisso Christi Regno conseruando Romanis Pontificibus primò, & principaliter adhibere quomodo incumbat: Vt vero succumbat hæc potestas, qui Sectarij Antiregni Archimandritæ nixi fuerint, explicat Præambulus

Num. I.

D. Luc. c. 19.

Homo quidam nobilis (dicebat, & docebat apud D. Lucam Dininus Magister) *abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti* Homo quidem erat Christus, vtpotè integerrimæ Virginis Mariæ verus, legitimusq; vnicus natus; sed rursus ipse idemmet erat & Deus, quippè qui æterni Patris, summiq; Dei naturalis est Filius. Quis ergo inter homines nobilior homo computari potest, quàm Iesus de Regio, simul & Sacerdotali semine prognatus iecundum humanitatem, secundum Diuinitatem vero de Diuina essentia Parenti per omnia æqualis, similis, & consubstantialis ab æterno procedens? Processit ergo hic nobilissimus Deus, & Homo, & surgens de Synagoga abijt in longinquam infidelium nationum regionem accipere sibi Regnum, nempè acquirere sibi Ecclesiam de Gentibus, vti concordi sensu, & vniformi consensu asserunt scripturalium oraculorum Orthodoxi interpretes. Ecclesiæ igitur Regnum postquam sibi quæsiuit legitimus ipse Vniuersi Rex, regressus est in Cælum, Ætherea sua Regna, vti ab initio, & ante sæcula, administraturus. Neg. tuit terrenum suum Ecclesiasticum Regnum à proprio abiente Rege destitutum Tyrannorum vsurpationibus, vel rebellantium seditionibus impunè pateret; perpetuum Proregem illi assignare voluit. Quamobrem sicuti vniuersi Orbis dominio temporali præsidebant tunc Imperatores Romanorum, ità vniuersalis suæ Ecclesiæ per vniuersum Mundum spirituali distributæ dominationi Romanos Pontifices præficere voluit Regias ergo, Sacerdotales, & Pontificales Christi vices perpetuò gerentem, Vrbis Romæ Episcopum à Deo constitutam Orthodoxa Fides profitetur. Quapropter vt Ecclesiasticum sibi commissum spirituale Dei Regnum congruè, sufficienter, & bene regat, gubernet, & administret constitutus ipse Sacer Protex, statutum ab ipso supremo Rege, & exercitum regnandi Ius excolere & debet, & potest: nempè Ecclesiasticas Apostolicorum Ministrorum cuiuslibet Hierarchici ordinis Missiones instituere, conseruare, & continuare & conuenit, & valet: sicuti per quinque hactenùs Mundi ætates & voluerunt, & valuerunt legitimi Hierarchæ vniuersalis Ecclesiæ (iuxta à nobis superius exaratam seriem) propria, suprema, & primatia auctoritatiua potestate. Licet enim in relatione ad Regem Christum, cuius gerit vices, subauctoritatiuè solummodo Hierarchicum in Ecclesia dominium exerceat; in respectu nihilominùs ad Hierarchici ordinis cunctos sub se inferiores gradus auctoritatiuam possidet regnandi rationem, secundum quam in Ecclesiastici Regni Ministrorum legitima Missione quatuor Canonicos actus exercet ipse Romanus Hierarcha: nempè vocare, eligere, ordinare, & mittere. Ex vniuerso siquidem fidelium cœtu absoluta auctoritate primaria vocat eligendos, eligit ordinandos, ordinat mittendos, vocatosq; electos, & ordinatos postremò pro

I.

Sacer Romanus Protex Regni Christi regnandi iure vti debet atque Missionibus.

Eccle-

Ecclesiarum indigentium necessitatibus mittit ad quatuor Mundi oras, ad quas Proregia eius Vicaria se se extendit potestas, & dominatio. Commune equidem hæreticantibus cunctis nationibus, vel phreneticantibus schismaticorum omnibus rebellantibus Sectis perpetuum fuit propositum, legitimum Romanæ Ecclesiæ spirituale dominium impugnare, expugnare, & subiugare. vti liquidò ex Sacris annalibus constat de Arianis, qui vniuersalis Ecclesiæ dominationem, & præsidentiam, vt Orientales errores Orthodoxæ veritati prævalerẽt, affectabant. Græci rursus bicipitõ Ecclesiã asserebant, dũ geminũ caput, nẽpè Occidentale Romanũ, & Orientale Constantinopolitanũ ei adscribebant. Tandẽ Nicolaitæ, & Iconoclastæ, immò diuersi, & Sectarij varij peregrinos multiplices in Ecclesia Theologicos speculatiuos errores introducere, & violenter adducere tentabant, nequaquam tamen Monarchicum Ecclesiasticum Regnum subuertere, & fundiùs euertere cogitabant, sed sua tantummodò vel chimærica, vel phanatica placita tàmquã Orthodoxa oracula statuere, & fidelibus acceptanda tradere gestiebant. Neoterici autem Albigenses, Fraticelli, Vualdenses, Gazari, Lutherani, & Caluinistæ hactenùs supra petreũ fundamentũ constitutũ Ecclesiasticũ Principatum, licet inconcussũ, & immobilẽ fundituùs nihilominùs diruere, & subruere conatibus vniuersis moliuntur: quod ex eorum Synagogæ politicis luribus, & Canonibus manifestè intelligitur, vti ex sequentibus patet. Vualdenses, qui & Pauperes de Lugduno, docere cæperunt: non esse obediendum Pontifici Romano: potestarem absoluendi à peccatis, & conficiendi Eucharistiam Laicis etiam esse concessam: non licere Christiano super hominem exercere imperium. Petrus Ioannis docuit: Ecclesiam vniuersalem esse Babylonem de Apocalipsi, & Papam esse mysticum Antichristum: confirmant Albigenses. Fraticelli auctore quodam Hermano cum Dulcino Nouarienii Hæresini suam inchoarunt dicentes: auctoritatem Romanæ Ecclesiæ cessasse propter malitiam Prælatorum: quod omnes Pontifices à tempore San. Siluestri fuerint præuaricatores. Acceptant Martilius de Padua, & Ioannes de Ianduno, addentes: quod San. Petrus non fuerit caput Ecclesiæ. Lutherus asserebat: Papam esse Antichristum. Quod itidem Caluinus paulò post eius discipulus blasphemault. Quæ omnia Sectarij vulueri tàm Caluinistæ, quàm Lutheristæ inhianter excipientes, adstiterunt amatores tetræ, & hæreticarum Sectarum Principes conuenerunt omnes paritet in vnum aduersus Domnum Apostolicum, & aduersus Christos eius, nempè in vnctos, & sacros Hierarchici ordinis Præsules, Patriarchas, Primates, & Cardinales, Ecclesiasticam non solam Monarchiam, & Regnum, sed & Aristocratiã pariter, atq; Sacerdotũ spirituale omnẽ Principatũ impugnantes, improbantes, & pro virili de Ecclesia eliminantes vaferrimi, & fraudulentiores Pseudodoctores, & Pseudopastores; vt seditiosam, & turbulentam Democratiam, vel potiùs Oligarchiam statuentes, sapientium, & potentiorum deiecto sceptro, indocto, atque insipienti in vulgo ipsi soli principarentur, arque ineruditam plebeculàm, liberioris licentiæ ostentata esca, hamo suæ fraudulentiæ captiuã ductarent. Prædictorum igitur, & plurium impostorum astu circumuenti miseri posuli Interalpini rudes, & indocti nefaria impia dogmata liberioris conscientiæ (vel melius) libidinosioris concupiscentiæ cupidinæ allecti, & illecti aduersus Ecclesiasticum Regnum obuijs vlnis exceperunt, arque vtque modo professi sunt, & mordicùs profitentur: Sacerdotum regimen violenter reijciendo, pariter & Præsulum, immò Summi Romani Hierarchæ spirituale dominium absolutè respuentes, imperiumque, & suaue lugum toto mentis, & vlrium conamine detrectantes.

Cõmune propositum Hæreticis, & Schismaticis Ecclesiæ Romanæ Regnũ impugnare.

Bellarm. Chronol. p. 2

Apostaticum ius rebellandi qui Religionarij impostores in Cisalpinam Ecclesiam inuehere tentauerint, quiue legitimi Pastores supremi impedire studuerint, explicat Præambulus

Num. II.

1. SVmmi Regis Christi Ecclesiastica Spiritualis Monarchia per integras quidem quatuor Mundi vastissimas plagas distenditur, vniuersique fidelis Orbis habitatæ circumferentiæ longè, lateq; diffusæ prædominatur. Europæa nihilominùs in Italica celeberrima regione, veluti in propria, præcipuaq; sibi electa Regia principatur. A qua tamquam à centro ad periferiam Orthodoxæ Fidei rectæ lineæ, nempè Catholicæ veritatis oracula diriguntur: vnde etiam quali à corde vitales spiritus, hoc est spiritualia subsidia promanant, & deferuntur. Sicut autem epotum ab inimica manu propinatum venenum totum vt validiùs compositum hominis dissoluat; lethiferum tuum virus, & mortiferam vim præcipuè,

Aduersus Italicam spiritualis Christi Regni Regiã vires exerunt perfidi.

& primò ad præoccupandum cor dirigit, & immittit; vt membrorum, siue partium Principe extincto, integrale totum penitus corruat, & deficiat: haud secus spiritualis Ecclesiastici Regni hostes irreconciliabiles, perduelles perfidi, nempè Hæretici, vt integrum Catholicæ Ecclesiæ Religiosum Principatum vnico ictu deijciant, hæreticale suum virus aduersus principem partem, nempè Italicam Regiam, Apostolicamq; Romanam Sedem cunctas suas Schismaticas, & Sectarias vires exerunt, perfidiæ macheram exacuunt. Quoniam verò regale solium nequaquam inuadere grassatores valent, nisi priùs aduersus Ostiarios regios custodes vi, & violentia præualuerint, cum Hesperiæ Regiæ ianitores, & Custodes existant Subalpini fideles, ideſt fideles Subalpinæ Ecclesiæ; ideò aduersus has primùm furere, & debacchari enixi sunt, & eniti consueuerunt inuasores, & subuersores Occidui Religionarij diuersarum Sectarum scelestiores professores per discreta, & varia tempora, Cisalpinis hæreticum virus in Babylonico meretricio poculo nequiter propinantes.

I. Siluestri, Marci, Iulij, & Liberij sub Pontificatu: Arius (hoc est) Valens, & Vrsacius Orientales, & Auxentius Mediolanensis Occidentalis Episcopi Ariani: Imperatores itidem Constantius, & Valens Hæretici, per Sectariorum suorum militum apud Cisalpinos discurrentia, & degentia Castra Subalpinis Ecclesijs Arianismum intulerunt. *Ab An. Ch 314. ad 370*

II. Leonis III. Stephani V. Paschalis, & Eugenij II. sub Magno Sacerdotio: Claudius Hispanus, vel (vt alijs placet) Anglus Sacerdos Imperatoria commendatione, & aulica ambitione intrusus Taurinensis Antistes Iconoclasmo, Nestorianismo, & Eutichianismo Taurinensem infecit Ecclesiam. *Ab An. Ch 811. ad 815*

III. Leone IX. Victore II. Stephano IX. & Nicolao II. Romanis Pontificibus, Galliarum Transalpinæ, & Cisalpinæ Ecclesias hæretico impio dogmate fœdarunt & Berengharius Andegauensis Archidiaconus, & Cisalpini quidam incontinentes Clerici Nicolaitę. *Ab Anno Chri. 1010 ad 1061.*

IV. Alexandro III. Lucio III & Vrbano III. regnantibus: Vualdensium impuritates ipse Vualdus Lugdunensis, sputcitiarum carnis mercator, de patria Lugduno canonicè ejectus, & damnatus, ad Alpium Cottiarum refuga latibula confugiens, Alpinis incolis propinauit. *Ab Anno Chri. 1160 ad 1187.*

V. Innocentio III. Honorio III. & Gregorio IX. in Diui Petri Romana Cathedra residentibus: Albigensium dellramenta à Raymundo Comite Tolosano, armata acie Maritimas Alpes inuadente, per Barchinonensem, & Sturianas Valles disseminata fuerunt. *Ab Anno Chri. 1198 ad 1240.*

VI. Bonifacio sub VIII. & Benedicto XI. Fraticellorum, atque Gazarorum immunditias, & ineptias Dulcinus Oxobiensis, & Longinus Bergomensis, cum Margarita Tridentina in Nouariensi, & Vercellensi Diœcesibus disseminarunt. *Ab Anno Chri. 1294 ad 1305.*

VII. Leone X. Adriano VI. & Clemente VII. Romæ Episcopantibus: Lutheranas blasphemias Guillielmus Farellus Zuinglianus, sub occasione exercendę apud Cisalpinos militiæ, simul & Augustinus Maynardus bis apostata, sub prętextu prædicandi verbi Dei, Subalpinos populos docuerunt. *Ab Anno Chri. 1515 ad 1534.*

Religionarij Gallium Cisalpinam infciunt.

VIII. Pauli III. & Iulij itidem III. nec non & Pauli IV. sub Pontificijs diebus: primùm Caluinus ipse personaliter accedens, postmodum personati quidam Pseudodoctores Caluinisticas impietates, pariter & impia dogmata Interalpinis attulerunt, & intulerunt. Sicque Ariani, Iconoclastæ, Nicolaitæ, Berengharian, Vualdenses, Albigenses, Patareni, Gazari, Fraticelli, Luthericolæ, & Caluinicolæ Alpes & Penninas, & Graias, & Cottias, & Maritimas violentiùs, & validiùs, immo callidius, & fraudulentius aggressi sunt expugnare, atque vsurpare: nempè agrestes Montanos ruricolas, & agricolas, seu pastores, & armentarios decipere, & falsis doctrinis seducere, atque ad Apostasiam à Fide, pariter & ab Ecclesia defectionem pellicere perseuerauerunt: vt liminaribus his sibi patentibus præoccupatis Custodialibus oris, simul & Italicis ostijs, Sectarij hostes perapertum aditum, peruium Iret ad Ecclesiastici Regni regiam, nempè Romanam Ecclesiam expugnandam nanciscerentur. Vndecim igitur infensissimorum perduellium Libertinorum enumeraui hæreticas acies, quæ Subalpinas has nostras Ecclesias ab Occidente, & Septentrione per posticum adorientes, & fraudulenter inuadentes agrestes, & ignaros, non minus quàm obscuros Conuallium habitatores per immissos, seu Sathanę conductu aduentantes Pseudopredicantes seducendo perturbarunt, atque ex parte ad turpem, ac detestandam Apostasiam pepulerunt. *Ab Anno Chri 1534 ad 1555.*

CALCVLVS PRIMVS

CLEMENTIS VIII. ROMANI SVMMI PONTIFICIS, Apostolatus Capuccinorum in Gallia Cisalpina Fundatoris, & Institutoris ab anno 1595. ad annos 1604.

I. A Binitio exorientis Ecclesiæ, & ante sæcula sexdecim in Italiæ Regię atrio ideſt Ecclesiastici Regni In vestibulo, nempè In Cisalpina Gallia eum Orthodoxam Fidem, & Catholicam veritatem perenniter permansuram vel intel insuperabile, aduersum dolosè irruentes Infideles Occidnos pietatis propugnaculum constabilire decreuisset Sapientissima Diuina prouidentia; non quemlibet Apostolici Ordinis, aut Euangelici Senatus Patremeonscriptum destinauit; sed Præcursore Barnaba Apostolo præmisso Religionis Christianæ primarium fundamentum, & constructorem prædestinatum subinisit Primatem, Primicerium Apostolorum in terris Vicarias suas gerentem vices, spiritualis suæ Dominationis Progem, Sacerdotem Magnum, Pontificem Maximum, Archideniq; Hieratcham Petrum Clauicularium Regni. Hoc aurem non casu, quin pronida, & sapientissima Diuinl consilij recta ordinatione, nempè vt Ecclesiasticæ Monarchiæ pro Italica Regia inuigilantibus lanitoribus, & portarum Custodibus, strnuris in Excubijs, Excubiarum ipse, & Custodiarum Magister Petrus Magister esset, & propugnandæ Fidei Clauicularius itidem Snprcmus subordinatis Ostiatijs Hesperiea ostia, simul & periculosiores, atq; considerabiliores Antonias sanuas personaliter ipse ore proprio commendarer, clauesq; remitteret, ac consignaret. Quid igimr mirum si Petri successores per sepremdecim sæcula Apostolicæ Hierarchię Archetypi lineamenta imitando, ideſt Apostolicum prouidum regnandi Insæmulando, vel per se personaliter accedendo, vel à se electos, & strenuos per Pugiles opportune emissos Cisalpinam Ecclesiam sarramectam asseruare, & conseruare perpetuò sategerunt? Quod inter alios solicitè, & plenariè præstitit Beatissimus Pater, & Dominus Clemens VIII. Summus Pontifex ann. 1592. tertio Kal. Februarij renunciatus, multiplicia; validaque religiosa subsidia Subalpinis periclitantibus Ecclesijs opportune immittendo, & prouidendo, quorum plenaria recordatio eum desetipta legatur in libro dierum Saecrdotij eius, nostro hoc in Rationario ea dumtaxat, quæ per Capuccinos à se missos Operarios in Pedemontij Valles Hæresi laborantes, ethoere fluduit per numeros calculamus.

D. Petrus Clauicularius, & Magister Excubiarum Custodias in Cisalpinis Ianuis visitat.

Ann. Christi 1592.

II. Cum igitur à Fratre Valeriano Pinerolienſi Capuccinò, egregio sacro Declamatore Religionis zelote edocti tum Carolus Emmanuel I Sabaudiæ Dux, tum Dominus Taurinensis Apostolicus Nuntius per snas litteras Beatissimum Patrem Romanum Antistitem, tunc Clemenrem VIII. de Fidei periculo, immò de Ecclesiæ Catholicæ excidio in Conuallibus Petruxiæ, Perrerij, Lucernæ, & Salutiensis Marchiæ admoniſſet; ex remplò prouidus, & zelans Summus Sacerdos in subsidium Fidei, & fidelium illarum Ecclesiarum auxilium, Vitæ vocis oraculo, ab Eminentissimo Ordinis Protectore Sanctæ Seuerinæ Cardinali excepto, Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Apostolatus instituit, & per seductas Conualles præreccnsitas, ab illius Ordinis Thcologis, & Concionatoribus exercēdum constituir hoc anno nonagesimo sexto post quingentos & mille; iuxta veridicum Parris Zachariæ Boucrij sequens hic tranſcriptum testimonium: *Clemens verò, qui vt in morum reformationem, sta & in Catholicæ Fidei propagationem propensum animum gerebat, aliquot tàm ex nostris, quàm ex Societate Iesu Concionatoribus, qui in eorum reductione hactenus egregiam operam nauauerant, Sedis Apostolicæ Operarios, ac Missionarios instituit, quos Ecclesiæ erario alendos statuit. Huius institutionis (quod ad nos spectat) Viuæ vocis oraculum Iulius Antonius Santorius S. R. E. Cardinalis Sanctæ Seuerinæ nuncupatus excepit, & litteris expressit, vt suo loco datis patebit.* Institutionis autem, & suæ constitutionis huiusmodi executionem Reuerendissimo Iullo Cæsari Ricardo Archiepiscopo Barienſi, & rune temporis Nuntio Taurinēnsi cōmisit; atq; mandauit, per infra dandas familiares epistolas Cardinalis Sanctæ Seuerinę Ordinis Capuccinorum Protectoris. Pro cuius Apostolicæ Missionis primordialibus fundamentis prædisponendis; & prærordinandis Reuer. Dominum Abbatialem Pinerolienſem Vicarium Rossanum, simul & Fratrem Valerianum Bernam Capuccinorum eiusdem Ciuitatis Guardianum præ nittendos præcepit ad Petruxiæ, & San-Martini Conuallium Paræcias ab Hæreticis vsurparas, ac polluras recuperandas, rituque Catholico reconciliandas, quod huiusmodi ab anni initio præstiterunt, vti plenius suis numeris signamus.

Apostolatum Capuccinorū in Vallibus instituit Clemens VIII.

Ann. Chri. 1596.

P. Zach. Boucrius Annal T. 1. ad ann. 1596. num. 3.

III.

Quoniam verò Euangelici Operarij Capuccini primò missi, Fr. Valerianus prædictus, atq; illi adauctus Fr. Mauritius à Murra Astensi, dum Orthodoxæ veritatis per seductorum plagas prædicationi insisterent, resistentem passim offendebant vel deceptos Caluinistas, vel deceptores caluinizantes Ministros impietatis, quibus cum religionaria quotidiana certamina inire cogebantur: impostorum igitur versutias vt detegerent; impiorum dogmatum notitiam plenioremcallere anthagonistas Catholicos necessum erat: Quamobrem hæreticorum Codicum cunctis interdictam sibi tamen necessariam lectionem permittendam postulauerunt, quorum postulationibus benignissimè annuens Clemens ipse Summus Pontifex, damnata Hæreticorum volumina perlegendi facultatem Capuccinis prædicatoribus liberaliter concessit, per litteras Eminentissimi recensiti Protectoris sub tertio nonas Februarij huiusmet anni, quas inferiùs exhibemus.

Facultatem legẽdi libros prohibitos facit.

IV.

Emissi ergo illi commissum onus exercendo, prætensum opus adimplere, errantiumq; reductionem obtinere, totis conatibus nitebantur, vnde Diuino aspirante flamine, atq; operante numine, erroneos nonnullos recolligere ceperunt. Verùm cum reduces Ecclesiæ reconciliandi necessaria auctoritate hactenus carerent circumeuntes Capuccini Apostolici Operatores; dum canonici reconciliatoris præstolarentur opportunum aduentum, importuna seductorum malitia ad Catholicam militiam propendentes, & accedentes ad hæreticam iterum defectionem retrotrahere satagebat. De periclitantium igitur horum reducum discrimine certior factus, pius fidelium Supremus Pastor mandauit Taurinensibus Reuerendissimis Nuntio, & Inquisitori, vt suo nomine Capuccinis Missionarijs facultatem faciãt, redeuntium confessiones Sacramentales excipiendi, & Sacramentaliter absoluendi etiam à quibuslibet Censuris, & Ecclesiæ reconciliandi: ideo illi per editum sub V. Nonas Malj diploma, proprio numero referendum, Capuccinis concessum, vt in foro conscientiæ, absq; alia scriptura, reduces absoluerent, & reciperent, Apostolica sibi concessa auctoritate in virtute epistolarum Cardinalis Sanctæ Seuerinæ sub datum Romæ die vigesima Aprilis anni 1596. mox describendarum. Verùm enimuerò, quia ad perfectè, & completè Apostolicum ministerium perficiendum, atq; de nouo conuersos Canonicè fidelium communioni restituendos, limitata illa in solo Foro interiori potestas nequaquam sufficiebat; Reuerendissimi Caroli Broliæ Archiepiscopi Taurinensis per triplicatas litteras commonefactus idẽ Beatissimus Pater Clemens, eidem admonenti Archiepiscopo, & Taurinensi Inquisitori præcepit; vt Capuccinis destinatis pro-tempore Missionarijs plenariam, etiam in Foro exteriori (in scriptis attamen redactis actibus per alicuius Notarij manum) Originarios Vallium abiurantes Hæreticos (non tamen relapsos) reconciliandi; & non solos hos, sed quoscumque ad se accedentes pœnitentes Sacramentaliter audiendi, & absoluendi potestatem pariter concedant. Concesserunt igitur Capuccinis Apostolicis Operarijs facultates, vt supra, præfati Taurinenses Reuerendissimi Archiepiscopus, & Inquisitor, communi vnico dato diplomate Taurini Pridie Kal. Maij huiusmet anni 1596 Cuius amplioris reconciliandi, & in vtroque Foro absoluendi auctoritatis confirmationem, & redintegrationem idem zelantissimus Supremus Annistes Reuerendissimo Taurinensi Nũtio Capuccinis præstandam replicauit, vnico vix elapso mense, sicuti ipsemet Dominus Nuntius per suas litteras Fr. Valeriano Taurini die vigesima Iunij ann. 1596. datas affirmauit, & confirmauit.

Mandat concedi auctoritatem absoluendi in Foro conscientiæ.

Potestatem reconciliãdi etiam in Foro exteriori cõcedendi Capuccinis mãdat.

Ann. Christi 1596.

V.

Pœnitentialibus igitur expiationibus confitentium, immò vndique confluentiũ excipiendis incumbentes, pœnitentium plures maiotibus & in Bulla Cœnæ reseruatis casibus, siuè Excommunicationibus irretitos, ac vinculatos offendebant, nec Vallicolis, remotisq; incolis ad Suprema Tribunalia pro absolutione recurrendi peruius, vel opportunus patebat aditus: & quod considerabiliùs est; gentibus agrestibus, nec confessionibus Sacramentalibus assuetis, nouus, & incognitus, immò durus, difficilis, & inobtemabilis videbatur sermo repræsentationis: quamobrem idem Sanctissimus Pater Reuerendissimo Taurinensi Archiepiscopo mandat; vt Capuccinis Missionarijs præsentibus, & futuris ad opus ministerij in Vallibus exercendum per tempora accedentibus potestatem communicet, sua Apostolica auctoritate, absoluendi à quibuslibet casibus in Bulla Cœnę reseruatis, quoscumq; coram se confitentes. Rursus quoniam & per confessiones, & extra confessiones, contracta olim plura inter reduces matrimonia, ex defectu solemnitatum à Concilio Tridentino præscriptarum, inualida deprehenderant; per Reuerendissimum Taurinensem Nuntium admonitus Romanus Hierarcha, per eumdem Nuntium postulantem Missionarijs Capuccinis concessit; vt auctoritate Apostolica supradictis in matrimonijs de nouo priuatè contrahendis, dispensare, & susceptam ab illis prolem legitimam declarare valerent, vt patet ex litteris Romæ sub die vigesima secunda Iunij ann. 1596. eidem Reuerendissimo Taurinensi Nuntio exaratis, qui itidem per suam epistolam eodem anno die nona Octobris mensis Fratri

Auctoritatẽ absoluendi à Casibus in Bulla Cœnæ reseruatis, & validandi matrimonia concedit.

Ann. Christi 1596.

Valeria-

VI. Valeriano datam delegatam facultatem Capuccinis Operarijs subdeleganit.

Quia iterum inter plures, qui in hæreticum quondam barathrum lapsi, de lapsu emergere festinabant relapsi nonnulli computabantur, quibus relevandis, & absoluendis facultas nulla vel Nuntio, vel Apostolicis Cooperatoribus suffragabatur; vnde spiritualis hæc Ministrorum impotentia reuertentes aliquos retardabat, ne dicam à proposito resipiscendi retrahebat; ideo pererrantium ouicularum sollicitus inquisitor, & Clemens recollector per supplices libellos requisitus, supplicati Reuerendissimo Domino Nuntio Taurinensi, concedi non consuetam, relapsos recipiendi facultatem benignè, limitatè ramen, delegauit, facta insuper hulc peculiari potestate, Capuccinis Cooperarijs eam subdelegandi, seruatis in concessione appositis seruandis (sicuti in inferiùs dandis Cardinalis Sanctæ Seuerinæ epistolarum tenoribus constabit) Communicauit igitur delegatus Dominus Nuntius subdelegatis Fratribus Valeriano, & collegis Capuccinis prædictam relapsos recipiēdi, pariterq; à Casibus Bullæ in Cœna Domini reseruatis absoluendi auctoritatē, per familiarem epistolam Taurini die vigesima Nouembris anno 1596. scriptam. Quia benignissimus Pater Apostolicus vltra subdelegandam potestatem recipiendi relapsos, Euangelicis cooperatoribus etiam à prædictis casibus dissoluendi vinctos Vallicolas facultatem fecerat.

Potestatem recipiēdi relapsos cōcedit

VII. Cum Reuerendissimus Taurinensis Nuntius Summi Pontificis iussa perficiens, & mandatis inhærens à biennio iàm, nempè ab anno 1597. Apostolicos Operarios Capuccinos videlicèt Fr Fr. Valerianum à Pinerolio, & Stephannm à Gombolato ad Salutiensis Marchiæ Caluinistica insania delirantes Valles reducendas emisisset, emissiq; illi, dum commissas alpestres sibi regiones perambulantes, pollutas quasdam & Ecclesias, & Cęmeteria ob Hæreticorum sepulturas offendissent, idq; per Nuntij Apostolici ea loca visitantem Dominum Auditorem Romanæ Curiæ annunciandum curassent; Beatissimus Pater prædictis geminis Leuitis, siue Sacerdotibus Capuccinis facultatem transmisit, tres profanatas scilicèt Sanctorum Cōstantij, & Victoris Villarij: Sanctorum Cosmæ, & Damiani loci San-Damiani: & Oppidi Palierij Sancti Ioannis Baptistæ Ecclesias, aqua ab Episcopo benedicta reconciliandi, sicuti constat ex litteris Sanctæ Seuerinæ Cardinalis ad Tautinensem Dominum Nuntium exaratis sub die vndecima Ianuarij anni 1599 Quia rursus solicitiorum agricolarum Capuccinorum cultura Dominicus Marchionensis Ecclesiæ mysticus ager vberes fructus afferre exorsus fuerat; Capuccinæq; Religionis Præsules emissos sacros suos oratores ad Claustra, varijs rationabilibus de causis adducti, reuocare decreuerant, circa nouissimum hunc decimi texti sæculi annum; vigilax Romanus Antistes per supra recensitum Cardinalem Protectorem Taurinensi Nuntio præcepit; vt Patri Valeriano Pinerolienſi, & Socijs in Draconerio, atq; tota Salutiensi Marchia Apostolantibus suo nomine nnnciet; ne à Draconerienſi Statione, & Marchionensi agricolatione vllo pacto, absq; sua permissione recedant, quinimmò in Apostolico opere iugiter perseuerent. Cum verò à Superioribus ad Claustra iam reducti Euangelici Petruxiæ, & Perrerij Conuallium vigiles Capuccini recessissent, & Saeras Excubias dimisissent; Romanus Hierarcha Catholicis Castris maiora damna pertimescens, religiosos Pugiles, & Excubitores Capuccinos ad pristinas Stationes Conuallium remittendos per prædictum suum Nuntium litteris admonitum satagit, & solicitat sub anno 1600. nonis Octobris.

Facultatem reconciliādi Ecclesias polutas cōmunicat.

Capuccinos ab Excubijs Sacris auocatos recedere vetat.

VIII. Per nouum, præsenti anno exorientis septidecimi sæculi primo, Nuntium Dominum Conradum Tarrarinum Foroliuiensem Episcopum, Taurinum ad Pedemontanum Principem, & Sabaudum Ducem destinatum Beatissimus Romanus Antistites antiquum suum, nunquamq; antiquatum Capuccinorum Apostolatum in Subalpinis fouendi studium euidentiùs manifestauit; dum per Hierarchici Ordinis suum delegatum ministrum Subalpinas Missiones veteribus, ac nouis facultatibus copiosioribus munitos, remittendos commendat, & mandat: in mandatis missis operarijs transmittendo, ne ab Ecclesiasticis Castris absq; excubiarum magistri licentia recedant: Facultatum concessarum diploma infra proprio calculo dabitur. Quoniam autem Apostolica in acie militantes Minoritæ, propriæ arctioris paupertatis promissæ, & professæ regulas, ac canones violare pertimescentes, Euangelicæ militiæ elemosynarium, pro corporalis vitæ sustentatione necessarium, quia pecuniarium accipere retrectabant commeatum, vel saltem dubitabant; ideo Romanus Antistes Iurium legitimus dispensator, per suum Nuntium suæ voluntatis interpretem Capuccinos cunctos Missionarios, pro tempore, & loco singularum Missionum à professa conincta mendicitate dispensari mandauit: indulta congrua facultate pecuniarij stipendij percipiendi, & eo (seruatis Summorum Pontificum in Minoricam regulam expositionibus) pro quotidiano suo alimento in ministerij exequtionem liberè perfruendi. Quod Reuerendissimus Nuntius ex-tempore præstitit: Fr. Philippo à Pancalerio tunc

Dispensat ab arcta mendicitate Apostolicos Operarios.

Missionum

Missionum Præfecto congruo ad hoc dato rescripto, sub tertio decimo Kal. Nouembris 1601.

IX. Vix per annum Dominus Conradus Tartarinus Nunciaturam Apostolicam Taurini exercuerat, quando immatura morte præuentus, extremum suum diem ibi clauserat: Eo igitur è vinis sublato, veluti acephalum corpus, Missionum Apostolicarum opus in capite diminutum, immò destitutum remansit, vnde protinus ad Supremum Hierarchiæ Ecclesiasticæ moderatorem, Missionum Apostolicarum Præfectus supplicibus litteris clamans, suis Capuccinis Cooperarijs congruas à Sanctissimo confirmari facultates postulat, cui benignè satisfaciendo Supremus Apostolici Ordinis Pater, per Sanctæ Seuerinæ Cardinalis Epistolam Roma tertio Kal. Aprilis anno 1602. datam, & Præfecto prædicto, & collegis hactenus collatas spirituales potestates confirmat. Quoniam verò Apostolicæ Capuccinorum militia, pro consueti directoris, & protectoris nempè Taurinensis Nuntij noua prouisione interpellabat, & ad Romanæ Curiæ fores humiliter per litteras pulsabat; Eminentissimus Cardinalis Aldobrandinus Supremi Pontificis verbis respondit: Sanctissimum Patrem nouo de successore Nuntio Taurinum propediem destinando solicitè cogitare, ea potissimum de causa, vt pro Hæreticis reducendis enitentibus Missionarijs assistat, & pronideat: interim iterum concessas iam pluries facultates corroborat, & cõfirmat. tàm sibi, ldeft Præfecto, quàm socijs Capuccinis cooperatoribus sub datũ Romæ die tertiadecima Aprilis anno 1602.

Confirmat olim concessas facultates

Ann. Christi 1602.

X. Intelligens interim Summus Ecclesiastici Regni director, quos vberes prouentus, per hæc tempora, messores Capuccini de agro Ecclesiastico in Dominicum horreum recolligerent; dum reducendis Hæreticis in Matchionatus Saluriarum Connallibus incumberent, etiam si sentibus maiori ex parte videretur expurgatus ager; cultores tamen Apostolicos remoueri, aut diminui prohibuit, quinimmò augeri, & multiplicari pariter, atq; Apostolico ære sustentari mandauit, per Cardinalis Aldobrandini litteras datas Roma duodecimo Kal. Ianuarij 1603. Superueniens rursus tunc temporis Taurinum de nouo ordinato Apostolico suo Nuntio, Episcopo Bouino per Eminentiis. Burghesij Cardinalis delcriptas notas quinto Idus Ianuarij, transmisit in mandatis; vt apud Subalpinos operantes Capuccinos Missionarios singulari affectu, & protectione foueret, eisq; hactenus ab antecessoribus Nuntijs, imò ab ipsa Curia Romana immediatè collatas facultates, iterum peculiari edito diplomate confirmaret, sicuti vix Taurinum appulsus ipse Reuerendissimus Nuntius effecit, sub pridie Idus Februarij ann. 1603. vtl infra proprio loco fusiùs explicamus. Huic eidemmet Reuerendissimo Præsull, suo delegato per exaratos ab Eminentissimo Aldobrandino characteres mandat; vt Castridelphini Satrapiam, pro Hæretum subuersione nouum Euangelicum Capuccinum Operarium emittat. Datum Roma die decima octaua Ianuarij anni 1603. Hoc eodem anno vix quibusdam elapsis diebus, nempè quintadecima Februarij immediatè sequentis die per Cardinalem Aldobrandinum, suo nomine, respondentem Missiones in Matchia Salutiarum confirmat, & Missionarios reuocari vetat. Strenuè verò elaborantibus sacris Oratoribus Capuccinis vt faueret; cunctis fidelibus, qui Quadraginta horarum à prædictis religiosis celebratarum horarijs sermocinationibus assisterent, per biennium duraturam Plenariam Indulgentiam, atque cunctarum culparum remissionem, in consueta forma concessit, cuius concessionis exemplar hic transcribimus.

Facultates Missionarijs mandat confirmãdas, eosque in Missionibus confirmat.

Ann. Chr. 1603.

CLEMENS PAPA OCTAVVS

VNiuersis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pio charitate intenti: Omnibus vtriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui orationi quadraginta horarum per dilectum filium Fr. Philippum de Pancalerio Ordinis Capuccinorum Dracunerij, & alijs locis Marchionatus Saluciarum instituenda, deuotè interfuerint, & ibi vnius saltem horæ spatio, pro Christianorum Principum concordia, Hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint; Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Iis verò qui breuiori temporis spatio eidem orationi interfuerint, & ibidem orauerint, septem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentijs, in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus ad biennium tantum valituris. Datum Romæ apud Sanct. Marcum sub annulo Piscatoris die vigesimaquarta Octobris millesimo sexcentesimo secundo, Pontificatus Nostri Anno vndecimo.

signat.

M. Vestrius Barbianus.

Verùm

XI. Verùm enimuerò quoniam nonnulli Eccleſiaſtici Prælati tùm ſeculares, tùm Regulares validitatem facultatum à fœlicis recordationis olim Reuerendiſſimo Nuntio Tartarino Capuceinis & Præfecto, & Miſſionum cultoribus conceſſarum adhuc in dubium reuocabant, conſimilibuſque hæſitationibus Euangelicos operatores Apoſtolico in miniſterio perturbabant: huius non ſecundum ſcientiam indiſcreti zeli admonitus Pontifex Maximus, per epiſtolam Cardinalis Aldobrandini Roma Nonis Aprilis anno 1603. Taurinenſi Reuerendiſſimo Domino Nuntio Bouino datas expreſsè mandat: vt efficaciorí, & ampliori edito reſcripto ſuo nomine, & auctoritate declaret cunctas retro temporibus à ſuo prædeceſſore Nuntio Tartarino Capucinis Miſſionarijs collatas facultates validas fuiſſe, & etiam poſt illius mortem in ſuo robore permanſiſſe, nec aliquando ceſſaſſe, eaſq; ſingulas, & omnes, licet ſemper firmas, de nouo tamen ipſe confitmet, & ſibi delegata poteſtate corroboret: quod ex tempore ille præſtitit declarationis, & confirmationis dato diplomate Taurini die vigeſima Aprilis Ann. 1603.

Ann. Chr. 1603.

Nouam facultatum confirmationē pleniorem mandat Capuccinis exhibēdā.

XII. Sapientiſſimus tandem hic ſummus Sacerdos, & Leuitici Ordinis digniſſimus Princeps Clemens VIII conſtitutus in ſpecula militantis Eccleſiæ innumerabilia, ſed memorabilia pro promouenda, & protegenda Chriſtiana Catholica religione egregia facinora perpetrauit, non ſpiritualis duntaxat, ſed & temporalis alterius poteſtatis gladio perutens: pecuniaria militaria copioſiora, & validiora ſubſidia Chriſtianis Principibus aduerſus religionis, & pietatis hoſtes decertantibus ſubminiſtrando, interque plura ea ſola hic obiter indicare libet, quę Carolo Emmanueli primo Sabaudię Duci aduerſum Gebennénſes belligeranti ſuppeditauit, nempè pecunias de Apoſtolico ærario deſumptas, quemadmodum in illius vitę enarratione teſtatur Ioannes Stringa eodice de Vitis Pontificū. Hic zelans Hierarcha noſtrum pariter Capuecinum in Subalpinis Apoſtolatum non ſolis ſpiritualibus facultatibus præmuniuit, & fulſit; ſed & eleemoſynario congruo ſtipendio, de Pontificio ære præſtito ſuſtentauit, ſimul & pro reſtaurandis Eccleſijs, vel ſubleuandis pauperculis Sacerdoribus copioſum pecuniarum ſubſidium ad quatuor aureorum millia præſtitit ipſe, & præſtandum ſuo exemplo ſucceſſoribus Romanis Pontificibus (vt infra cómputabimus) commendauit. Commendatitias ltidem plures epiſtolas tàm Chriſtianiſſimo Galliarum Regi, quàm Sereniſſimo Allobrogum Duci pro Ciſalpinis & Miſſionibus, & Miſſionarijs commendaudis, & in miniſterio iuuandis, per Romanę Curiæ Eminentiſſimos Cardinales exarauit: ſicque ope, opera, auctoritate, potentia, pecunia, ſuptema denique Pontificia poteſtate Capuccinos Minoritas Italicis his in liminaribus pro Eccleſiaſticò Regno laboriosè propugnando ſolicitè excubantes perpetuò fouit, & fauoribus cumulauit, ſeptemque conſtitutis, & fundatis Miſſionibus Perrerij, Petruxiæ, Draconerij, San-Damiani, Accelij, Verzolij, & Caſtridelphini, quartodecimo Pontificalis ſui regiminis anno, ſuper Æthera regnaturus mortalem cum æterna vitam commutauit ann. 1604.

Pugnat vtroq; gladio aduerſus perfidos.

Omnimodis fauoribus Apoſtolicū op⁹ proſequitur.

Ann. Chri. 1604.

CALCVLVS SECVNDVS

PAVLI V. SVMMI ROMANI PONTIFICIS, Capuccinorum Apoſtolatum in Gallia Ciſalpina reſtituentis, ab anno 1605. ad anno 1621.

I. *TRes hic ſaxcenteſimus quintus ſupra milleſimum annus in Chriſtiana Eccleſia Cælo ſoles* (Capuecini Tuli, Ciceronianis verbis vtor) *à quibus vera, ac Diuinæ Fidei ſplendor per omnes Chriſtiani Orbis plagas diffunditur, partim Occidentes, partim Orientes conſpicit, Occidit Clemens VIII. Pontifex Maximus; vir planè pietatis luce, ac rerum geſtarum gloria memorabilis, qui cum tredecim annorum ſpatio Catholicæ Eccleſiæ magno virtutum ſplendore præfuiſſet; hoc anno die tertia Martij tandem ad occaſum vergit. Oritur, & occidit Leo XI. qui Kal. Aprilis eiuſdem anni Cardinalium ſuffragijs in Clementis locum ſubrogatur, vix Pontificatus limina perluſtrauerat; cum eiuſdem menſis, quo Pontifex creatus fuerat, die vigeſima ſeptima ad veſperam occumbit. Oritur tandem hoc ipſo anno Paulus V. die Maij decimaſeptima Pontifex renunciatus, diuturniori annorum circulo Chriſtianum Orbem luſtraturus, quo tempore, & noua nobis Gentilitia Comitia Roma exorimuntur, ac nouus Religionis Paſtor præficitur Silueſter Aſſiſiat.* Abſolutis autem Capitularibus congreſſionibus, recedentibus R.R. PP Prouincialibus, & Cuſtodibus Ianuenſis Capuccinorum Prouinciæ (cui tunc Pedemontana copulabatur) Præſulibus, Summus Hierarcha nouus dedit in mandatis; vt antiquas ſuorum religioſorum apud Subalpinos Apoſtolicas Miſſiones, quæ poſt

Pat. Zac. Boncrius Annal Tom. 2. ad an. 1605.

Ann. Chr. 1605.

Mandat reſtituí Miſſion. & Miſſionar. Capuccinos.

Cle-

Clementis VIII. interitum cessatione accepta vacabant congruis, & idoneis Theologis, pariter & Sacris Declamatoribus suis alumnis prouisas restituerent. Illi ergo ad propria regressi, interpellante, & pernigente Sedis Apostolicæ nomine Reuerendissimo Taurinensi Nuntio, Euangelicis Stationibus opportunos Stationarios Capuccinos restituerunt. Qui ad assignatas Exenbias facultatibus consuetis muniti perrexerunt. Pontificis autem mandato, & auctoritate nouam Missionem antiquis addiderunt in Cadralij Pago ad fauces Granę Vallis anno 1611. Idibus Augusti. Ann. Chri. 1611.

II. Quia verò in consuetis pro propaganda Fide exanthiandis laboribus vacabat, & inindabat Fr. Stephanus Tendensis in Varaitana Castridelphini Custodia, aduersus fidei hostes strenuè decertans: ideò vitra ordinarias Apostolicis Operarijs delegaras facultates, quas Fratri Stephano Reuerendissimus Nuntius Taurinensis, tunc Saonensis Episcopus communicauerat, in consignato diplomate sub die vigesimaquarta Septembris anni 1609 plures; & ampliores spirituales potestates eidem Capuccino Operario Beatissimus Pater contulit, quas perlegere licet infra in conscribenda epistola Eminentissimi Cardinalis Arigonij sub quarto Idus Septembris anni 1511 signata: singulariter illi concedendo, vt relapsos originarios Hæreticos reconciliare posset, auctoritate sibi à Reuerendissimo Nuntio cum soliris limitationibus subdelegata, subdelegandi & ipsi Fratri Stephano facta permissione: potestatem legendi nouum testamentum Gallicè excusum Gallicanæ Dominationis Sacerdotibus, sicuti per suas Roma die vigesimaquinta Septembris Ann. 1612. scripras Cardinalis Arigonius testatur. Cui contestatur Eminentissimus & ipse Cardinalis Mellinus suis epistolis sub duodecimum Kal. Sextilis ann 1613. Reuerendissimo Taurinensi Nuntio transmissis à Sanctissimo Domino Capuccinis Missionarijs multiplicatas facultates asserendo, & referendo, quas eidem & in Castridelphini, & in cęteris Subalpinis Conuallibus pro Fide agonizantibus expeditè notificandas præcipiebat. Spirituales facultates ampliores concedit. Ann. Chri. 1612. 1613.

III. Quò autem canonicè progredientes emissos Apostolicos viros Minoritas non esset qui ab impositio ministerio exercendo perturbarer; Reuerendissimus Petrus Franciscus Costa Episcopus Saonensis, & Nuntius Taurinensis in authenticam magis formam Missionarijs concessas facultates redigens, auctoritate Apostolicæ data diplomate ampliata in quibusdam potestate Operarios Euangelicos communiuit, præsenti anno 1613. septimo Idus Octobris. Rursùs quoniam hactenùs recipiendi, & reconciliandi potestas ad reduces solos Conuallium originarios se extendebat; rogatus Supremus Pastor, in vltima coram se celebrata Sancti Officij Congregatione, vt Italos etiam Vallium Incolas reciperet comprehenderet, clementer indulsit. Cuius clementioris indulti authentica testimonia profert Eminentissimus Mellinus Cardinalis tuis infra dandis epistolis sub die secunda Iulij ann. 1619. Reconciliandi reduces potestatę ampliat. Ann. Chr. 1619.

IV. Magnificus, & munificus hic Romanus Antistes Paulus V. non solis spiritualibus subsidijs pro Fide agonizantibus adfuit; sed & militaria Ecclesiastica stipendia liberaliter, & solicitè pro militantibus Leuitis subministranda curauit. Pro Canalensis Parœcię stabiliendo annuo censu de prouentu Camerę Apostolicæ contribuit. Hoc præterea Pontifice regnante, menstruas consuetas pecuniarias subuentiones adamussim, & indeficienter Reuerendissimus Costa Nuntius Taurinensis Subalpinis Stationarijs fideliter, & opportunè subministrauit. Pontifex autem, pro promouendo Ecclesiastico spirituali Regno, ipsis etiam Capuccinis Operarijs eum supremis & Christianissimi Galliæ Regis, & Serenissimi Sabaudiæ Ducis Magistratibus, ac Tribunalibus Ecclesiarum Iura conferendi, tractandi, & recuperandi datis commendatorijs epistolis potestatem fecit: Donec sui Pontificatus anno sextodecimo expleto, è viuis decessit ann. 1621. Ianuario mense. Necessaria Stipendia, & subsidia ministr.

CALCVLVS TERTIVS

GREGORII XV. SVMMI ROMANI PONTIFICIS Capuccini Apostolatus fautoris, ab anno 1621. ad Ann. 1623.

I. SVblimiori in specula Ecclesiasticæ Hierarchiæ constitutus Gregorius XV. Romanus Pontifex anno vigesimosecundo vitra millesimum sexcentesimum, tertio Idus Februarij, contemplabatur, quàm Inhianter Septentrionales, & Occidui perduelles Sectarij Ecclesiastici Regni ostijs, & oris Cisalpinis, Subalpinis, vel Intra alpinis Insidientur: totis conatibus per tortuosas Conualles, montium Ann. Chr. 1622.

recessus

receſſus, rupium, & alpium anfractus reptantes, ac ſubrepentes; vt tandem aliquando vel modica Italicæ regionis portione poriri contingat: ſi non caput, ſaltem caudam Draconis hæreticalis per Schiſmarum, aut discordiarum, ſiuè diuiſionum rimulas, aut ciſſuras immittere tentantes. Quja verò quod theoricè contemplabatur, practicè ſe ſe conſpexiſſe, & experientia didiciſſe recordabatur, dum adhuc ſub titulo Cardinalis Ludouiſij Legatione Apoſtolica fungeretur ad Carolum Emmanuelem primum Sabaudiæ Ducem in Pedemontio, cuius liminaris plagę de Conuallibus, alpiumq; Cottiarum de culminibus irrumpere ad Italicum Eccleſiaſticum Regnum totis viribus, & modis omnibus quia machinantur Hæretici; ideò ſui Pontificatus anno primo, nempè milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, ab Oppidanis requiſitus per ſuppliees libellos Sacræ Congregationi exporrectos, in Pancalerio Pedemontano opulentiori Oppido eoram atrio Lucernenſis Vallis conſtituto nouam Capuccinorum Miſſionem fundauit, & conſtituit circa menſis Octobris initia, ſicuti per ſuas literas noſtri Ordinis Procurator Prouinciali Miniſtro Pedemontanæ Prouinciæ fideliter renunciat.

Hæreticorũ inſidias animaduertit.

Miſſionẽ Pancalerij inſtituit.

II. Supremo rurſus in Eccleſiaſticæ militiæ regimine ſe poſitum intelligens idem Summus Hierarcha, debitorem ſe quoque proſpexit & periclitantibus Stationibus auxiliares Copias immittere, & caſtrorum religioſorum acies ordinatas opportunè in ſubſidium fidelis Regni diſtribuere. Quod vt ad votum, & prouidè præſtaret; quaſi militare conſilium coegit, & conſtituit, quando Eminentiſſimorum Cardinalium, & S. R. Eccleſiæ Prælatorum Congregationem de Propaganda Fide ſecundo, & vltimo ſuę Pontificiæ adminiſtrationis anno ipſe inſtituit: cui illud præcipuum munus impoſuit, & demandauit; vt tum fundandis nouis, tum fouendis antiquis, tum reſtituendis collapſis Apoſtolicorum Operariorum Miſſionibus incumberent. Vnde & noſter Subalpinus Apoſtolatus haud mediocria ſubſidia in opportunitatibus expediè tum ſpiritualia, tum temporalia perpetuo reportauit, vti fuſius Infra. Ipſe verò Zelotes Romanus Antiſtes nouiſſimis ſub propriæ vitæ, & Pontificatus diebus, nempè ſexto nonas Iulij anni ſecundi & vigeſimi vltra ſexcentos & mille, aduerſus ſubdolos, & verſutos Sectarios fraudulenter in Italicas oras ſub honeſtis varijs emendicatis titulis irruentes Pontificium Canonem, & Apoſtolicam Sanctionem promulgauit. Sequentiq; anno 1623. fœlicitet ad ſuperos euolauit.

Sac. Congregation. de Fide Propagãda conſtituit.

Ann. Chriſti 1623.

CALCVLVS QVARTVS

VRBANI VIII. SVMMI ROMANI PONTIFICIS Apoſtolatus Capuccinorum Promotoris ab anno 1623. ad ann. 1644.

I. EIa ergo! ab octauo Clemente per Paulum quintum, & quintumdecimum Gregorium, decimi octaui vix elapſo anni curriculo, curramus ad octauum alterum, Vrbanum nomine, clementem omine. Prolixum ſatis, quia proficuum valdè, ſummi ſui Sacerdotij ſpatium protulit Clemens: prolarum multum, quia probatum maximè Maximi ſui Pontificij rempus produxit Vrbanus: Vrbanus Vrbi, & Orbi vberes, immò vberrimos pietatis prouentus vrbana ſua Paſtorali dominatione protulit: Clemens clero, & ſæculo celebres, immò celeberrimos religionis eentus clemente ſua Pontificia adminiſtratione intulit: Prouidus Clemens Subalpinis in Italicis oris, vt nutanti fidei conſuleret; pro fide decertantium Fratrum Minorum Capuccinorum ſeptem Stationes ſtatuit; Prudens Vrbanus Ciſalpinis in Heſperieis oſtijs vt periclitantibus fidelibus prouideret; ſex iridem Capuccinorum conſtituit, & prioribus adauxit, & ſuperaddidit Cuſtodias: Clemens Capuceinæ Religioni humaniter fauit: Vrbanus Capueeinos Religioſos abundanter fouit: nam & Capuccinum alumnum, ſuum ſecundum carnem germanum Fratrem Antonium Barbarinum Cardinalitia Saera purpura eondecorauit, Capuccinæq; Religioni patronum, tutelaremq; donauit, & religioſis Capuccinis in Vrbe nouum a fundamentis erectum regulare Cœnobium iuxta proprij inſtituti præſcriptum, ſuis ſumptibus omnibus numeris abſolutum ædificauit Pro octauis igitur & Clemente & Vrbano nulti mihi eſſent ſcribendi pſalmi, ideſt laudum, & gratiarum eantiea; ſed mandatum accepi debitorum numerorum partem dare vnicuique Summ. Pontificum, qui Apoſtolatum Capueeinorum ſua anctoritate promouere voluerunt.

Ann. Chriſti 1623.

Clemẽtis, & Vrbani honorifica compãratio.

Vrban. VIII. ſuæ Capuc. ſtirpis conſulat.

Quorum quartus nemini ſecundus ſe ſe nobis offere recenſendus Vrbis Romanæ Supremus Antiſtes Vrbanus VIII. ad Pontificalem apicem Prid. Non. Auguſt.

anni

anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi tertij ſublimatus, qui tertium vix in limine ſalutauerat Paſtoralis ſuprenti Dominij anniuerſarium curriculum, cum concurrentibus ad Generale Capitulum Romæ à Fr. Ioanne Maria Netino Siculo celebratum Prouinciarum Patribus, & Cuſtodibus Magni Iubilæi anno vigeſimoquinto poſt ſexcentos, & mille, adſtitit inter fillos Delmem è Capuccino Preſules, & ipſe Pedemontanæ Prouinciæ Prouincialis Miniſter Fr. Ioannes à Montecalerio, qui vt erat religioſus vir oculatioris prouidentiæ, & eximiæ prudentiæ, in Romana Curia comparens coram Summo Hierarcha, ſuis religioſis militibus de iamdiù commendatis Excubijs, & Eccleſiaſtici Regni in Subalpinis Conuallibus ſacris Cuſtodijs, ideſt de Miſſionibus fideles relationes, & debitas exactiores rationes voce, & ſcripto editas plenariè reddidit: quamobrem Summus Eccleſiaſticæ Militiæ Rector tum ipſum præſentem, tum per tempora ſibi inuicem ſucceedentes Pedemontanæ Prouinciæ Prouinciales, Capuccinorum Miſſionum Præfectos ex tunc Apoſtolica auctoritate inſtituit, elegit, & ordinauit. Cumq; hactenùs tàm Præfecti Apoſtolatus, quàm Apoſtolici Operarij Capuccini congruas, & opportunas facultates ab ipſo quidem ſupremo capite, ſed mediatè per Hierarchici ordinis Preſules, Cardinales, Nuntios, Epiſcopos, & Inquiſitores recepiſſent; immediatè impoſterum Romanus Antiſtes per ſe, & coram ſe poſtulatas, examinatas, & approbatas Apoſtolicas poteſtates Capuccinis Miſſionum Præfectis, & Operarijs concedendas decreuit, & decretas poſtmodum ipſe communicauit, & confirmauit: ſicuti ex infraſcripto Pontificio à ſe tunc primo dato diplomate manifeſtè demonſtrauit.

Pedemontanę Capuccinorũ Prouic. & Prouincialis Miniſter in Præfectum Miſſionum inſtituitur.

Ann. Chri. 1625.

II.

Facultates conceſſæ à Sanctiſs. D. N. D. Vrbano Diuina prouidentia Papa VIII. Fr. Prouinciali Pedemontium Ordinis Capuccinorum. III.

I. Audiendi confeſſiones quorumcumque fidelium vtriuſque ſexus de licentia, & approbatione Epiſcoporum, vbi ſunt Epiſcopi, vel Vicarij.

II. Exercendi actus Parochiales, vbi non ſunt Parochi, & vbi ſunt de eorum licentia.

III. Abſoluendi in Foro conſcientiæ omnes vtriuſque ſexus, etiam relapſos, ab Hæreſi, Apoſtaſia à fide, & Schiſmate, dummodo non ſint ex partibus, in quibus exercetur Sanctum Officium Inquiſitionis.

IV. Recipiendi, & reconciliandi Hæreticos cuiuſcumque nationis in vtroque Foro, dummodò non ſint ex partibus vt ſupra.

V. Abſoluendi, de præterito tantum, ab omnibus Caſibus, etiam Sedi Apoſtolicæ, etiam in Bulla Cœnæ Domini reſeruatis omnes etiam Eccleſiaſticos, & regulares, immunitatis ſanctuarij.

VI. Tenendi, & legendi libros prohibitos, & Hæreticorum, ac præſertim volumen Sacrorum Bibliorum in lingua Gallica à Catholicis traductum.

VII. Celebrandi Miſſas in Altaris portatili in locis decentibus, etiam præſentibus Hæreticis, & excommunicatis.

VIII. Commutandi vota ſimplicia, dummodo non ſint Caſtitatis, & Religionis.

IX. Vtendi his facultatibus in Vallibus, ac alijs locis ſolitis, & conſuetis citra, & vltra Montes.

X. Communicandi has facultates alijs Miſſionarijs ſuis ſubditis cum approbatione Nuntij Apoſtolici Taurinenſis.

FERIA V. DIE XXII. AVGVSTI M. DC. XXV.

SAnctiſſimus D. N. D. Vrbanus Diuina prouidentia Papa VIII, conceſſit ſupradictas facultates in Congregatione Sancti Officij habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis ſupradicto Prouinciali Pedemontij, & ſucceſſori pro tempore ad quinquennium proximè futurum.

Io: Garzia Cardinalis Mellinus.

Locus † ſigilli.

Ioannes Antonius Thomaſius Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis Notarius.

Iampri-

IV.

Iamprídem Reuerendíssimi Salutiarum Episcopi Capuccinos Apostolicos Viros ad Padi insigniorem Vallem Hæreticis depranatam expurgandam emittere tentauerant, verum non vtique quaq; religiosi zeloris vori compotes effecti ad assecutí fuerant; donec annuente D. N. D. Vrbano VIII. anni 1626 circa finem, Reuerendissimus Taurinensis Nuntius auctoritate Apostolica Capuccinorum Missionem in Padusana & Valle, & Villa erexit, & stabiliuit: identidem vero cum præstare & desideraret, & decreuisset Romanus Hierarcha Vrbanus in Clusonia, idest Prati-Iallati Valle; ac per Cardinalis Eminentissimi Ludouicij litteras Prouinciali Capuccinorum datas modum exporauisset iam ab anno vigesimo quinto; modò sub anno vigesimo septimo extra (excentos, & mille in prædicata vniuersa Vallati Clusonij hæretica plaga, Capuccinorum nouam Missionem, sua Apostolica auctoritate à Taurinensi Nuntio firmandam, & fundandam mandauit: sicuti mandata exequens Præfectus Missionum, sibi factis iussis obtemperans, hoc anno fundauit, dum vigesima die Decembris ad eos geminos Apostolicos viros destinauit.

Ann. Christi. 1626. 1627.

In Padusana, & Clusonia Vallibus Missiones fundat

V.

Priori ergo sui Pontificatus, simul & primarum Missionarijs concessarum facultatum Lustro peracto, in Quirinali Monte Sanct. Officij, de more, Congregatione coacta, nouo Missionum Præfecto Fr. Paulo Mariæ Astensi facultates supra scriptas antiquas confirmauit Summ. Pontifex Vrbanus. Vt infra.

FERIA V. DIE XXVII. IVNII MDCXXX.

Sanctissimus D. N. D. Vrbanus Diuina prouidentia Papa VIII. concessit supra scriptas facultates in Congregatione Sanctæ Officij habita in Palatio Apostolico, in Monte Quirinali supradicto Prouinciali Pedemontanum Ordinis Capuccinorum, & successori pro tempore, ad quinquennium proximè futurum.

Fr. Antonius Cardinalis Sanct. Onuphrij.

Locus † Sigilli.

Io. Antonius Thomasius Sanct. Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis Notarius.

VI.

Quoniam iam à Clemente VIII. emissi Euangelici Concionatores Capuccini, atq; Salutiensi ex Marchia egressi, Sturianam Vallem mobiliter Apostolantes perambulauerant quidem anno 1597. verum firmum ibi domicilium nequaquam posuerant; ideo Vigilax speculator Vrbanus de illius Ecclesiæ spiritualibus indigentijs admonitus, per sui germani secundum carnem Fratris Antonij Cardinalis titulo Sancti Onuphrij ad Prouincialem Capuccinorum Subalpinæ Prouinciæ exaratam epistolam, nouam Custodiam Ecclesiasticam in Sturiana Comuatic stabiliendam præcepit, sicuti mandatis obtemperans iste, hoc anno trigesimo tertio currentis sæculi decimi septimi effecit, decimo septimo Kal. Maij; nec multò post, idest Idibus Iunij eiusdem anni, eiusdem & Summi Pontificis iussu, aliam mobilem Missionem pro pœnitentiæ Sacramento administrando in Oropæo monte, & Templo Bugellensis tractus intra montes constituit Apostolici operis, & Capuccinorum Operariorum Præfectus. Cui post alterum elapsum quinquennium collatas facultates supra scriptas iam olim concessas; & tenuè confirmatas iterum affirmauit præfatus Beatissimus Pater Vrbanus anno 1635. in Congregatione, vt supra.

Ann. Chri. 1633.

Ordinis Missiones in Sturiana Valle, & Oropæo Templo.

1635.

VII.

Sub hæc tempora quodam pio, ac diuite mercatore Taurinensi primo, & Reuerendissimo Episcopo Nicensi secundò enixè postulantibus, geminas adhuc in Subalpinis, vel Intercalpinis Ecclesijs Capuccinorum Stationes decreuit Vrbanus Summus Sacerdos: alteram in Maritimis, alteram in Graijs alpibus: hanc in Eporediensi, illam in Nicensi Diœceli. Ab eo autem destinatas, atq; ordinatas binas præcensitas Missiones Præfectus Capuccinus plantauit intra Graias rupes primò in Valleloana anno 1636. Ad Maritimos vero Montes pro Vari Comitatic secundam anno 1639. hoq; sex, & decem Ecclesiasticas Excubias in Italicis liminaribus, & ostijs Capuccinis custodiendas quatuor Summi Pontifices Romani tradiderunt, & crediderunt, quas illi (ad hæc vsq; tempora) constantè assentatas fideliter, & laboriosè, sed & strenuè propugnauerunt. Nec defuerunt Supremi Hierarchæ Apostolicos militantibus commeatus suppeditare: periustra spirituales facultates necessarias confirmando, concedendo, vel pro exigentijs superaddendo, sicuti & in præsenti prædictus Vrbanus VIII. præstitit, qui cum hactenùs decem numerò duntaxat potestatum capita Capuccinis Missionarijs per trina lustra concedere consueuisset; quarta huius in decennarij complemento, ad decem, & octo facultatum

Ann. Chri. 1636. 1639.

Geminas alpinas Missiones fundat

Antiquas spirituales facultates ampliat.

differentias eorum auctoritatem ampliauit hoc anno 1640. in coniuncta Congregatione, loco vt supra, vti ex infrascripto dio 20. Aprilis dato diplomate constat.

Facultates concessa à Sanctissimo D. N. D. Vrbano VIII. Diuina prouidentia Pontifice Maximo Fratri Augustino à Saviliano Ordinis Capuccinorum Prafecto Missionum in Provincia Pedemontana.

I. Administrandi omnia Sacramenta; etiam Parochialia, Ordine, & Confirmatione excepto, quo ad Parochialia in Dioecesibus vbi non erunt Episcopi, vel Ordinarii, vel eorum Vicarij, vel in Parochijs vbi non erunt Parochi, vel vbi erunt, de eorum licentia.

II. Absolvendi ab Hæresi, & Apostasia à Fide, & à Schismate quecumq; etiam Ecclesiastici vel seculares, quam regulares, non tamen eos qui ex Ordine fuerint, vbi Sanctum Officium exerceatur, nisi in locis Missionum, in quibus impune grassantur Hæreses, deliquerint, nec illos qui ordine aliquo adnumerantur, nisi illi nati sint vbi impune grassantur Hæreses, & post ad veram Ecclesiam illuc reuersi in Hæresim fuerint relapsi, & hoc in Foro conscientiæ tantum.

III. Absolvendi à Casibus Sedi Apostolicæ reservatis primò conversos ad Fidem Catholicam, remisso alijs ad Nuncium Taurinensem.

IV. Absolvendi, & dispensandi in quacumq; Simonia, & in reali dimissis beneficijs, & superfluis, vbi malè pervenit, iuxta alia quæ circumstantia, vel penitentia salutaris arbitrio dispensantes, & in Foro conscientiæ tantum.

V. Tenendi, & legendi, non tamen alijs concedendi, libros Hæreticorum, vel infidelium de eorum religione tractantium, ad effectum eos impugnandi, & alios quomodolibet prohibitos, præter opera Carbi, Molinæ, Nicolai Machiauelli, & libros de Astrologia iudiciaria penitus, ac indistincte, vel alias quo vis modo de ea tractantes, in tamen vt libri ex illis Provincijs non efferantur.

VI. Celebrandi Missam quotiens, sacro docenti, etiam subdio, sub tecto, vna hora ante auroram, & alia post meridiem, bis in die si necessitas vrgeat, sitamen in prima Missa non fuerit ablutionem, & super Altari portatili, cum fractis, aut læsis, & sine Sanctorum reliquijs, & præsentibus Hæreticis, alijs, Excommunicatis si aliter celebrare hoc possit, vbi non sit periculum Sacrilegij, dummodo ingredientes Missa non sit Hæreticus, aut Excommunicatus.

Ann. Chr. 1640.

VII. Dispensandi, & commutandi vota simplicia in alia opera, exceptis votis castitatis, & Religionis.

VIII. Dispensandi in Foro conscientiæ super irregularitate ex delicto occulto prouenientes, & non ducto ad forum contentiosum, non tamen ex homicidio, aut bigamia.

IX. Dispensandi cum conuersis ad Fidem Catholicam in tertio, aut quarto consanguinitatis, & affinitatis gradu, & ex mixto gradu quo ad præteritum matrimonia, & in prædictis casibus prolem suscepturn declarandi legitimam.

X. Dispensandi cum eisdem super impedimenta publicæ honestatis, & iustitiæ ex sponsalibus prouenientia.

XI. Dispensandi cum eisdem super impedimenta criminis, nostro tamen rarissimo usu.

XII. Dispensandi cum eisdem in impedimento cognationis spiritualis, præterquam inter susceptum, & genitum.

XIII. Ita verò matrimoniales dispensationes vltimæ Nonæ, decimæ, vndecimæ, & duodecimæ non concedantur, nisi de consensu Episcoporum, vbi erunt, & cum clausula, dummodo malitiosè rapta non fuerit, vel si rapta fuerit; in præsentia raptoris non existat, & in dispensatione semper mentio de facultatum tenore fiat, cum expressione temporis ad quod fuerint concessæ.

XIV. Restituendi res petendi debitorum amissum.

XV. Concedendi Indulgentiam Plenariam primò conversis ab Hæresi, atq; etiam fidelibus quibuscumq; in articulo mortis, si tam confessi non fuerint, si confessi non poterunt.

XVI. Concedendi Indulgentias.

XVII. Singulis secundis Feriis, non impedita Officio nouem lectionum, vel alio impedimento, sed sequenti, celebrandi Missam de Requiem in quocumq; Altari, etiam portatili, laborandi tamen pro certam aliquam animam a Purgatorio penis, per modum Suffragij.

XIX. Com-

XIX. Communicandi supradictas facultates socijs suis in Missione.

XX. Vtendi eisdem facultatibus in locis suæ Missionis tantum.

XXI. Et prædictæ facultates gratis, & sine vlla mercede exerceantur, & ad quinquennium tantum concessæ intelligantur.

IX

Ann. Chri. 1641. 1642. 1643. 1644.

Munificum, & liberalem quidem in conferendis Apostolicis auctoritatibus, & in constituendis nouis Apostolicorum virorum Capuccinorum Sacris Exeubijs se se declarauit Vrbanus VIII. verùm non minùs liberalem, & beneficum se ostentauit in temporalibus operantium, & laborantium indigentijs subleuandis, & necessitatibus alleuandis, de Apostolico suo Camerali ærario congrua, & opportuna stipendia militibus religiosis assignando. Imò rursus pro extraordinarijs opportunitatibus à Capuccinis requisitus, benignissimè annuens sæpè sæpiùs Indulgentiarum plenaria diplomata, & spirituales gratias diuersis, & variis Ecclesijs, ac fidelium Congregationibus liberaliter concessit, donec anno 1644. è mortali vita decessit.

Liberalia subsidia concedit.

CALCVLVS QVINTVS

INNOCENTII X. SVMMI ROMANI PONTIFICIS, Apostolatus Capuccinorum Conseruatoris ab anno 1644. ad annos 1655.

I.

ECclesiastico Regno nihil nocentiùs probè nouerat Innocentius X. Vniuersalis Ecclesiæ Supremus Pater, & Pastor electus, & coronatus circa festum Natalis Beatæ Mariæ Virginis anni 1644. quàm si super muros Hierusalem non constituerentur Custodes, qui tota die, ac nocte non tacerent laudare nomen Domini, hoc est dicere: quàm si super alpes, aut inter alpes, quæ pro firmissimo muro ad Italicam Ecclesiasticam Regiam custodiendam inseruiunt, non constituerentur Custodes, ideſt non distribuerentur Vigiles religioli, qui die, nocteq; in Exeubijs inuigilantes iugi & Orthodoxæ veritatis prædicatione, & prauitatis hæreticæ impugnatione non conclamarent adinuicem conuenientes, & collaborantes; vt perduelles inuadentes Regnum Dei vallidiùs repellerent. Nec rursus ignorabat Sacræ Paginæ primarius interpres Innocentius, quod: *Innoxium virum* (nempè Regem Isboiet, sicuti Regum narrat historia) *in domo sua super lectum suum non interfecissent viri impij, domum latenter ingressi, nisi Ostiaria domus, purgans triticum, obdormisset.* Quod est Tropologicè asserere: viros impios, & infideles, vel perfidos Cœlestis Regis allegoricam domum, quæ est Ecclesia, nequaquam latenter ingressuros, mysticoq; illius corpori inguinarium vulnus illaturos, ideſt carnalem, & luxuriosum cultum allaturos, multò minus bicipiti mucrone, multiplici scilicèt sacrilego dogmate visibile caput illius ablaturos, seu à populis amputaturos; nisi domus Ecclesiasticæ Ostiarij, & Ianitores à purgatione tritici fatigari deficientes obdormirent. Quamobrem per circuitum militantis Hierusalem Excubitores, immo excitatores constituere consueuit, & perpetuò decreuit Maximus ipse Excubiarum magister, in specula militantis Ecclesiæ constitutus. Cui incessanter vigilanti ad custodiendum proclament religioli vigiles: *Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?* De intempestæ igitur noctis, & tenebrarum in silentio enim lethaliter mordere, & virulenter lauciare niterentur hæreticales serpentes, & auernales angues in his Hespericis, & Subalpinis Oris, præsertim Vualdenses, Lutherani, & Caluinistæ, immò (vt semel dicam) Libertini à Summo Hierarcha iàm olim Ecclesiasticæ militiæ deputati Custodes Capuccini, solerti Apostolatione incauros solent admonere fideles, & fidei ianuas, ac fores custodire parirer, & asseruare, quare benignus Pater, ac Pastor in Apostolico opere eos conseruare prouidè semper optauit.

Isaiæ c. 62.

Lib. 2. Reg. cap. 4.

Ann. Christi 1644.

Missiones conseruat.

Isaiæ cap. 21.

II.

Funiculus triplex difficile rumpitur, si verò in componentes tres funiculos iterum reuoluatur compositus triplicatus funis, singuli dissoluuntur, & rumpuntur. In Demonitio, Sturianæ Vallis primatio Oppido tres olim Parochiales Ecclesiæ inueniebantur, quæ tamquam exiguis censibus dotatæ, pauperculis Sacerdotibus curandæ committebantur, vnde minus sufficienter à pluribus non sufficientibus Curatoribus administrabantur: ideò Supremi Præsules expedientiori excogitato consilio, ex tribus pauperioribus ditior vna constituta, ac opulentiori vno censu conflato, magis idoneo, & sufficientiori Rectori, sub Prioris titulo commendabatur per longiora tempora, iàm ad vsq; mille trecentos & quadraginta quatuor annos. quando nouatores nonnulli, turpis lucri gratia, constitutam illam Parochialem domum subuertere, & in antiquas tres portiones conuertere, ac reso luere

Parochialem Eccl. sia vbi D mentij steterũ in tres particulares quid prohibet.

nequiter tentauerunt; quorum minus vtiles, immò valdè pernicioſos conatus eum Frater Euſebius Eporedienſis Capuccinus Excubitor tunc temporis in Demontana Cuſtodia per ſuas litteras Romanæ Curiæ annunciaſſet; Innocentius X. Eccleſiarum Supremus diſpenſator, & director prudentiſſimum illud emiſit Decretum. Circa Demontanæ Parochialis Eccleſiæ ſtatum nihil innouetur.

X

III.

Innouare attamen vix ad Pontificium apicem aſſumptus ipſe prouidus Paſtor voluit Operarijs Capuccinis in Subalpinis elaborantibus, à defuncto ſuo prædeceſſore collatas amplliores facultates anno 1645. ſicuti ex edito diplomate mox dando liquidò conſtat. Quinimò eorum luſtralis durationis conſueto vix elapſo quinquennio antiquas renouauit, ideſt de nouo conceſſit, & confirmauit, ſicuti in geminatis Apoſtolicis litteris Fr. Antonio Mariæ Aſteuſi Prouinciali, & Miſſionum Præfecto datis, vt infra patet.

Facultates Spirituales confirmat.

Facultates conceſſæ à Sanctiſs. D. N. D. Innocentio Diuina prouidentia Papa X. Fr. Antonio Mariæ Aſtenſi Ordinis Capuccinorum Præfecto Miſsionum, eiuſdem Ordinis in Prouincia Pedemontis Prouinciali.

Ann. Chr. 1645.

FERIA V. DIE PRIMA IVNII AN. 1645.

IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico apud Sanctum Petrum Sanctiſſimus D. N. Innocentius Papa X. præfatus conceſſit ſupradictas facultates præfato Fr. Antonio Mariæ Aſtenſi, Ordinis Capuccinorum Præfecto Miſſionum, eiuſdem Ordinis in Prouincia Pedemontis Prouinciali ad quinquennium proximè futurum.

Antonius Card. Barbarinus.

Locus † Sigilli.

Ioannes Antonius Thomaſius S. R. & Vniuerſalis Inquiſ. Notarius.

Idem Summus Pontifex eaſdem facultates conceſſit, & confirmauit vt infra.

FERIA V. DIE PRIMA DECEMBRIS MDCL.

IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, Sanctiſs. D. N. Innocentius Papa X. Præfatus conceſſit ſupradictas facultates prædicto Fr. Antonio Mariæ ab Aſte Ordinis Capuccinorum Præfecto Miſſionum, eiuſdem Ordinis in Prouincia Pedemontana Prouinciali ad quinquennium.

Ann. Chri. 1650.

Antonius Cardinalis Barbarinus.

Locus † Sigilli.

Ioannes Antonius Thomaſius Sanct. Rom. & Vniuerſalis Inquiſitionis Not.

IV.

De Apoſtolicæ benignitatis plenitudine, non conſuetum dumtaxat militantibus in Apoſtolicis Caſtris eõmeatum præſtandũ mandauit; ſed & ſpirituales theſauros Indulgentiarum participationem ſuppeditauit Decimus Innocentius Primarius Sacerdos. Quinimmò eum his temporibus ciuilibus ſeditioſis ſimultatibus, & diſſidijs Gallicanum Regnum validè conteteretur; Sectarij Caluiniſtæ Petruxinæ Vallis perfidiam ſuam, Regni hanc turbulentiam nacti, promouere cogitarunt, antiquum inter Catholicos Europæos Principes ſtatutum fœderis Chriſtiani ius violare tentantes, quibus obuiantes Capuccini, Supremi Hierarchæ ieiunio, & pietatem per ſupplices libellos admonentes pulſauerunt: admonitus ille per Hierarchici Ordinis delegatos ſuos miniſtros, aduerſus Eccleſiaſtici ſtatus irreconciliabiles hoſtes viriliter eniteudum, & inſiſtendum mandauit.

Contra Nouatores inſtendum mandat.

CALCVLVS SEXTVS

ALEXANDRI VII. SVMMI ROMANI PONTIFICIS Apostolatus Capuccinorum in Gallia Cisalpina Promotoris ab anno 1655.

I. INnocentio X. Summo Sacerdote è viuis sublato Ianuarij ipsis sub initijs anni quinquagesimi quinti præsentis septimideeimi sæculi, Romæ protinùs Eminentissimorum Præsulum electorum, coacto consessu, Purpurati Conscripti Patres sapienter Inter se, maturèq; adinuicem de successore supremo Ecclesiastici Regni conseruatore deligendo consulere perseuerauerunt quaternos per continuatos, licèt non integros menses, Ianuarium, Februarium, Martium, & Aprilem. Pontificalis igitur huius interregni perseuerante quadrimestri, mulier illa, seù potiùs procax seortum, atq; immunda meretrix stulta, & clamosa, quietis impatiens In domo sua pedibus stare nequiens, hęc est Hęresis, Sectariorum videlicèt inquieta Synagoga In Cisalpinis his oris seditiones, & rebelliones ab vtroq; legitimo Principatu perpetuò machinari, & moliri festinans, Lucernenies, & Angronianos Religionarios Vallicolas ad iamdiù prædeliberatam defectionem, punibilemq; desertionem incitauit, prouocauit, induxit, & adduxit. Quamobrem Serenissimus Sabaudiæ Dux, atq; Pedemontanus legitimus Princeps Carolus Emmanuel II. Ann. Chri. 1655. emissis exercitibus suis perdidit, & diperdidit contumaces, & rebellantes seditiosos illos, & inimicos & interalpinas illorum habitationes, populationesq; succendit, sicq; schismaticos rebelles Sectarios validè, prudenter, & opportunè compescuit, iisdem, nempè eiusdem Aprilis mensis diebus Nonis, & Idibus, quibus Eminentissimus Cardinalis Fabius Ghigius Patritius Senensis & Ciuis, communibus vt in plurimũ eligentium Patrum votis, ac suffragijs, Diuino afflante numine Pontifex Maximus renuntiatus extitit Alexander VII. qui vix ad Pontificale solium euectus ab altero Alexandro Crescentio scilicèt, Episcopo Bituntino Apostolicæ Sedis apud Regiam Sabaudiæ Celsitudinem Nuntio acceptis epistolis intellexit, quemadmodũ Pedemontanus Princeps, & Dux legitimus Italiæ Marchio Ecclesiastici Regni perduelles Cainitas seditiosos, ac rebelles ferro, & igne domuerat: quamobrem fœlicioribus huiusmodi de auspicijs propriam assumptionem comitantibus lætatus, pro gloriosis de perfidia relatis triumphis, triumphatori Carolo Emmanueli II. congratulatorias sequentes litteras dedit.

Dilecto Filio Nobili Viro Carolo Emmanueli Duci Sabaudiæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte fili Nobilis Vir salutem, & Apostolicam benedictionem. Nobilitatis tuæ auspicijs, ipsius verò pietatis, ac fidelitatis ductu difficillimum pro Religione bellum confectum, idemq; ipsa Alpium iuga insidentem Hæresim, indèq; Italiã tuput ulcerantem, deturbatam, ingentiq; clade afflictam, atq; amplissimum ex ea tibi data spolia esse, Venerabilis Frater Episcopus Bituntinus Ordinarij nostri Nuntij literæ nobis attulerunt. Lætitiæ verò magnitudinem, qua Nos extulerunt tibi vni pluribus complectis, quàm omnibus liquere cupimus; vt à te confectam, quæ sit ad veram, & immortalem gloriam via, Quid enim magis fanctum, ac proprium Religioni, cui tua virtute in istis locis fides securitas constituta, quam te inter has victoriarum laureas adolescere, ac velut in ludo ad præstantem propugnandum erudiri? Quàm verò mitis, ac clemens triumphus ille, cum victus, ac supplices tuæ unius Fidei subire coegisti, & in mores, vnde sit tibi auxilium Dominus, victricia Crucis signa imprimis? Illud porrò glorioſissimum sic Principatum extendere, vt Christi signis illius confinia terminentur. Agimus exercitum Domino gratias, atq; ardentissimis precibus procumbimus, vt qui Nobis auspicatus adeò voluit esse Nostri Pontificatus exordia, quæ illi ministrant arma tueantur, suq; maximarum rerum opportunitatem secundo vbiq; Numine persequatur. At Nobilitati tuæ Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die vigesimaquarta Maij MDCLV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Natalis Rondinianus.

Quoniam vero hæreticæ rabies compescentis dominationis impatiens, cum lacientem non valet, vult proiectum lapidem etiam cruentatis, atq; contusis dentibus mordere: ideo superstites illi iusto supplicio affecti Vallicolæ Concalumistæ, quasi non illis ad enormioris facinoris consummationem sufficeret, si humanæ dumtaxat Læsæ potestatis se reos constituerent; Diuinæ quoq; contemptæ Maiestatis, simul & fraternæ violatæ chatitatis, ac iustitiæ criminosos se ipsos ostentare voluerunt. Vnde debitas antiquis, ac nouis proprijs grauioribus flagitijs mulctas, & penas per à Principe emissos Ministros milites, ac satellites illatas sufferre non volentes, nec tamen potentioti resistere valentes, aduertus Conuallicolas, Cooppidanosq; suos Catholicos insurgentes, vi oppressos, patiter & violenta inuasione depressos, occupatos, diuexatos, bonisq; cunctis expoliatos, atq; à proprijs laribus hostiliter eiectos, ad necem vsq; feraliter persecuti sunt. Hinc in impietate prosequentes direptis priùs, postea deiectis Sacrarijs, ac Templis, expulsis Sacerdotibus diuini cultus cessationẽ indixerunt. Quamobtẽ hujusceemodi & Fidei, & exulantium fideliũ extremis necessitatibus accurrere, proq; virili succurrere peroptans Vniuersalis Christi ouium Pastor, benignus Parens Alexander, per præteensitum Alexandrum Apostolicum Taurinensem Nuntium fidelissimum dispensatorem pluries de Ecclesiastico ærario congrua, opportuna, & copiosa pecuniaria subsidia liberaliter dilargitus est, quò & afflictas multipliciter periclitantes dispersas rationales ouiculas iterum congregaret, atq; congregatas ab hæretico aurium luporum truculenta, ac triplicata rabie, & pluſquam belluina feritate præseruaret, asseruaret, conseruaret, simul & consolaretur, Quibus attamen haud contentus, peculiaribus subuentionibus singularibus personis præstitis, pro communi reipublicæ bono belligeranti Pedemontano Duci largiora pecuniaria subsidia de Ecclesiastico, hoc est Ecclesiasticorum bonorum ære præstanda mandauit per suum exaratum edictũ Reuerendissimo suo Oratori Apostolico Taurinũ transmissum incipiens. Ann. Chri. 1655.

Pecuniarijs subsid. fidelibus succurrit

Venerabili Fratri Alexandro Episcopo Bituntino apud dilectum filium nobilem iuuenem Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, Nostro, & Apostolicæ Sedis Nuntio.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Vt quacunque opportuna ratione ingentibus necessitatibus, quibus Catholicos Vallium Dominij Dilecti filij Nobilis Iuuenis Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis, & superum cum Hæreticis bellum premi cum magno animi nostri dolore accepimus, & in quantum sub examen non leuem summam de pecunijs nostris recognimus, quam primùm subuenire possit; ad Ecclesiasticorum illarum prouentium peculium confugere decreuimus, certò nobis persuadentes neminem fore, qui onus sibi in adeò piam causam imponendum promptè, & lubenter non subeat &c. Datũ Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die quintadecima Nouembris MDCLV. Pontificatus nostri anno primo.

III.

De Primo illo Græco Alexandro, à prophanis scriptoribus Magno nuncupato, testantur Sacræ Paginæ, quod: *Obtinuit regiones Gentium, & cognouit, quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles, & diuisit illis Regnum suum, cum adhuc viueret.* Viuebat ille Alexander Græcorum Monarcha propediem moriturus, vnde tui Regni diuisionem multiplicem meditatus, mortales seditiones, & seditiosas populorum commotiones in Orbem suâ morte per sæcula ventura multiplicauit. Neoteticus autem noster hic Supremus Ecclesiæ Hierarcha latinus, Alexander nomine, ad Romanæ Cathedræ tet maximam Tiaram iuremeritò subleuatus, obtinuit & ipse iure tuæ Pastoralis electionis regionis Gentium, nempè vniuersalis Ecclesiæ de gẽtibus congregaræ spirituale Ecclesiasticum Regnum, & Dominium vti legitimus Petri successor, & Sacet Prorex Christi gerens vices super terram, vnde cognouit & ipse, quia moreretur, hoc est, mortalem se esse hominem intelligens, temporalis sicèt spiritualis Dominationis mundana gloria nequaquàm præoccuparus, mortis memoriam iugiter vt in proprio corde seniaret; Parcarum tropbæa non ligneo dumtaxat sarcophago, sed & aureo simul numismate exculpenda, & imprimenda mandauit. Nec mortalis ipse immortales Regni diuitiones iuscitauit, quininmò à Cacodæmone, & Sathanæ Asseclis inter Christianos Europęos Principes, Reges, & Imperatotes exeitatas patiter, & iamdiù agitatas bellicas disceptationes componere, & de Christiana Republica auferre vehementer et anbelauit. Vbi enim primum Primatiam Petri in Ecclesia Cathedram ascendit, & Romæ sedit, inde lu-

Lib. 1. Machab. c. 1.

Pacem inter Christianos Principes cõ citiam studet

bitæum

bilcum Plenarium, Paſtoralemq; adhortationem vniuerſos ad Chriſti fideles pro vniuerſalis pacis reditu conciliando emittens, diſtulit quidem pius, & prudens ipſe Sacerdos Magnus Magnatum Agnatorum ſuorum nobile, atq; præclarum Stemma præclariorem pariter, & ad ſublimiorem dignitatum gradum promouere; verum nequaquàm fidelis ſeruus, & prouidus Cęleſtis Patrisfamilias hic famulus peramplam ſpiritualem Chriſti domum cuſtodire, & præmunire prętermiſit: vnde Eccleſiaſtici regiminis clauum adeptus, Apoſtolicum regnandi Ius commetum adhibere nequaquàm neglexit, ſignanter in Subalpinis Eccleſijs, in quibus vltra conſuetas, & antiquas Capuccinorum in Conuallibus Stationes, nouam vnam in portis Italiæ, ideſt in Portarum Oppido Eccleſiaſticam Cuſtodiam opportunè collocari decreuit, priori ſuæ aſſumptionis hoc anno quinquageſimo quinto extra ſexcentos, & mille.

Nouam Miſſionem inſtituit.

Quando inter Helueticas poteſtates Catholicas, & Hæreticas, ob harum irrationabiles, & indebitas prætenſiones, ac poſtulationes, exorto Martiali diſſidio, perfidis ad arma currentibus, illæ, nempè Friburgenſes fideles, numero licèt inferiores, in Diuinum attamen auxilium fidentiores, aduerſus inuadentes & ipſi armati inſurrexerunt, & Sectarios inuaſores fortiter pro fide decertantes repulerunt. Verùm enimuerò quoniam numeroſioribus Religionarijs pauciores Catholicos diù reſtituros dubitabat communis fidelium Pater Alexander Roman. Hierarcha; quò periclitantibus validiores ſuppetias procuraret, ac prouideret, infraſcriptas Apoſtolicas geminas litteras Sabaudo Duci ex tempore tranſmiſit.

Dilecto Filio Nobili Viro Carolo Emmanueli Sabaudiæ Duci.

Ann. Chriſti 1656.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte Fili Nobilis Vir Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Aduerſas res Helueticis Catholicis ab Hæreticis imminere dolenter acerbèque ferimus. Ita enim ſtatuimus nihil iis grauius accidere poſſe, quod non in religionem, ac pietatem ipſam incidat, quam diligentiſſimè, ſtudioſiſſimèq; propugnant. Quæ verò ab ipſis Hæreticis poſtulant, non modo impia ſunt, ac deteſtanda, verum etiam contra pacta, conuentaq; quibus ſtare etiam immanes gentes, barbaræq; conſueuerunt. Quæ omnia cum ſint in cauſa, cur eas tua authoritate, ac fiducia complecteris, eam ad longè præclariſſimum erit eos non indefenſos relinquere, à quibus vſſitata pietas, religioque defenditur. Debent enim boni omnes hunc ipſis gratum referre, quibus bo. præſertim nomine omne debere quiſſimum eſt, adque Nos eniximè petimus, inſiſtq; Venerabilis Frater Ep ſcopus Butuntinus noſter ordinarius Nuntius apud Nobilitatem tuam proſequetur, cui Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die III. Ianuarij M. DC. LVI.

Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Natalis Rondininus.

Pro Helueticis fidelibus rogat.

Dilecto Filio Nobili Viro Carolo Emmanueli Sabaudiæ Duci.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecto Fili Nobilis Vir ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Vt authoritate, atque opibus, quod eſſet in Nobilitate tua Helueticis Catholicis conſuleret, alijs litteris rogauimus. Nihil verò dictum, aut inculcatum ſatis putauimus, vbi de religione, & pietate agitur. Et ſic ea eſt virtus tua, & inſtitutio, vt per te licoat nobis multum de hac ſollicitudine, moleſtiaque remittere. Iterum tamen hoc à te contendimus, vt ſapius idem petendo maximè id à nobis fieri, gratiſſimumq; nobis futurum intelligeres, tuas ea ad rem ſpectantes exponet Venerabilis Frater Epiſcopus Butuntinus Noſter apud Nobilitatem tuam ordinarius Nuntius, cui felicitatem à Deo precamur, & Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXXI. Ianuary M. DC. LVI.

Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Natalis Rondininus.

V. Verùm enimuerò quoniam ſceleratiores Sectarij, immò Sicarij pro ſubuerſorum conuerſione impoſterùm impedienda, olim iam conuertos acerbioribus mi-

nita-

nitarionibus, immò asperioribus diuexationibus persequi consueuerunt; ideo errantium deceptorum reductioni apprimè conducit, immò quàm maximè conuenit, reduentium pro receptione profugium aliquod, & confugium præsto adesse: quamobrem apud Taurinenses quosdam Ciues Congregationis Confratrum Spiritus Sancti dictæ, pro reducibus Hospitium erigere, & constituere, sicut cogitauit, ita & occepit in Augusta Taurinorũ Eminentissimus Franciscus Hadrianus Cardinalis Ceua Pedemontanus, religioso huic conuersionis Hæreticorum dicato operi copiosam suorum Ecclesiasticorum prouentuum portionem assignando, dum adhuc in humanis degeret. Defuncto autem Purpurato Præsule, ne timuit deperiret religiosa Donantis munificentia, Hierarchici ordinis ipse supremus Princeps Alexander exarato Apostolico diplomate & defuncti Cardinalis donationem approbauit, ac confirmauit, & donatorum executionem, ac præstationem Apostolicæ Cameræ Generali Thesaurario mandauit, atque commendauit, vt sequitur.

Hospitium pro reducibus statuit.

Donatio facta à Sanctissimo D.N. Papa Alexandro VII. Hospitio pro recipiendis personis ab Hæresi ad Fidem Catholicam venientibus Taurini ordinato.

IN nomine Domini Amen. Præsenti publico Instrumento cunctis vbique pateat euidenter, & sit notum, quod anno à Natiuitate eiusdem Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Indictione Nona, die verò vigesima octaua mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Diuina prouidentia Pap. Septimi anno secundo. In mei Ren. Cameræ Apostolicæ Notarij, Testiumque infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, habitorum, atque rogatorum præsentia, præsens, & personaliter existens Illustriss. & Reuerendiss. D. Iacobus Fransoni Protonotarius Apostolicus, virtusque signatura Sanctiss. D.N. Papæ Referendarius, ac eiusdem Sanctiss. & Reuer. Cameræ generalis Thesaurarius, cui nuper ex parte eiusdem Sanctiss. præsens tum exhibitus Chirographum motu Sanctitatis suæ signatum tenoris seq. vid. Monsignor Giacomo Fransoni nostro Tesoriere gen. volendo Noi, che con ogni vigore si promoua l'erettione dell'Hospitio ordinato dalla buona mem. del Cardinale Francesco Adriano Ceua nella Città di Torino, per riceuerui quelle persone, che fuggendo gl'errori dell'heresia vengono alla Fede Catholica. Perciò di nostro moto proprio, certa scienza, pienezza di potestà, ordiniamo à voi, che cediate, e donate, si come Noi cediamo, e doniamo ad detto Hospitio li termini delle pensioni sopra qualsiuoglia Chiesa, ò beneficio esistenti nel Piemonte, & Stato ad esso vnite donate da qualsiuoglia persone al detto Cardinale Ceua, e da lui non esatte, le quali perciò hora spettano alla nostra Camera, in qual cessione, e donatione vogliamo, che sia libera, perpetua, & irreuocabile; che si dice inter viuos, ancorche non sia insinuata, ne vi intercenga alcuna solennità, e che li sudetti termini ascendessero à somma notabile, e notabilissima, e che gl'Economi, Agenti, e sopr'intendenti di detto Hospitio habbino piena facoltà di riscuoterli dalli debitori, e di valersi di qualsiuoglia ragione della nostra Camera, in luogo della quale poniamo, e surroghiamo il detto Hospitio con amplissima cessione di ragioni, & che gl'Economi, & altri Ministri sudetti debbano tutto quello, ch'essigeranno spendere, & impiegare in vso della fabrica del detto Hospitio, e del Hospidalità, come sopra, e di ciò darne conto alli Superiori, & Visitatori del medemo Hospitio tante volte quante ne saranno richiesti. Et quanto alle regaglie donate à voi, & altre Camerali per le somme donate, e che s'esigeranno dal detto Hospitio, vogliamo che si possino esattare da gl'altri effetti da spogli, che saranno peruenuti alla nostra Camera, e sopra ciò ne celebrarete vno, o più instrumenti, e darete gl'Ordini, e prouisioni, che stimarete necessarij, decernendo, che il presente Chirografo habbia, & habbia il suo pieno effetto, e vigore, ancorche non s'annetta ne registri in Camera, & nelli suoi libri, e che non possa mai opporsi di surrettione, obreptione à difetto della nostra intentione, non ostante la Bolla di Pio IV. nostro Predecessore, de registrand. Paolo Terzo, Pio Quarto, Giulio Terzo super spoliis, & fructibus inexactis, e qualsiuoglia altre Bolle, e Constitutioni Apostoliche, leggi, statuti, vsi, stili, e consuetudini, e qualsiuoglia altre cose, che in qualunque modo facessero in contrario, alle quali tutte hauendo il loro tenore per qui espresso à sufficienza per questa volta sola deroghiamo. Dat. nel nostro Palazzo Apostolico in Vaticano questo dì otto Aprile 1656.

ALEXANAER PAPA SEPTIMVS.

IN executionem, & vigore prædicti Chirographi, ac iuxta illius formam, continentiam, & tenorem eiusdem Sanctiss. & dicta Ren. Camera Ap. nomine, ac alias omni alio meliori

mundu,&c. ſpontè &c. donauit, ac titulo liberæ, perpetuæ, & irreuocabilis donationis quæ fit, & fieri dicetur inter vinas, dedit, ceſſit, atque conceſſit, &c. Hoſpitiu ordinato à bon. mem. Eminent. D. Cardinali Franciſco Adriana Cena in Ciuitate Taurinen. pro recipiendis illis perſonis, quæ relinquentes errores Hæreſis veniunt ad fidem Catholicam, me Notar. pro eodem Hoſpitio ſtipulante terminos penſionum ad fauorem dicti b. mem. Eminentiſs. D. Cardinalis Cenæ, ſuper quibuſuis Eccleſijs, & beneficijs exiſtentibus in Pedemonte, & Statibus ipſi vnitis reſeruatarum, & per quaſuis perſonas d. b. mem. Eminentiſs. D. Cardinali Cena debitarum, & ab ipſo non exactarum, & nunc ad dictam Reu. Cameram Apoſtolicã ſpectantiũ, etiã quod prædicti termini penſionũ aſcenderent ad ſummam notabilẽ, & notabiliſſimam ad habend. &c. ponend, &c. conſtituend, &c. transferend, &c. dand, &c. Hanc autem donationem, &c. idem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Theſaurarius gen. dicto nomine fecit, & facere dixit, & declarauit ergà dictum Hoſpitium, vt ſupra ordinatum, non eodem Notario ſtipulante ea lege, vt Oeconomi, Agentes, & ſuperintendentes dicti Hoſpitij teneantur priuſquam præſente vtantur gratia, & eiuſdem fruantur beneficio ſe legitimè, & in forma valida obligare de releuanda ipſa Camera ab omni moleſtia inferenda creditoribus d. b. mem. Eminentiſs. D. Cardinalis occaſione prædictorum beneficiorum, & penſionum, & de ſoluendo prætenſa debita, ad quæ Camera ipſa teneretur, ac etiam teneantur tranſmittere eidem Illuſtriſs. D. notulam omnium exigendorum, & non aliàs &c. ac etiam pro vlteriore executione, & adimplemento eiuſdem præinſerti Chirographi, ac in omnibus, & per omnia iuxta illius formam, contentiam, & tenorem, & quia idem Sanctiſs. D. N. ſic inſſit, voluit, & mandauit. Declarans idem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Theſaurarius generalis, quod Oeconomi, Agentes, & Superintendentes eiuſdem Hoſpitij habeant plenam facultatem adimplendis ſuprad. exigendi terminos prædictos à debitoribus dictarum penſionum, & contra eas experiendi quibuſcumq; iuribus eiuſdem Cameræ, in cuius locum quoad præmiſſa dictum Hoſpitium poſuit, & ſubrogauit, & quod Oeconomi, & Alij Miniſtri prædicti teneantur etiam ad totum id, quod exigent impendere, & implicare in vſum fabricæ prædicti Hoſpitij, ac hoſpitalitatis, vt ſupra, & de eo Superioribus, & Viſitatoribus eiuſdem Hoſpitij tutiet, quoties fuerint requiſiti, reddere rationem, ac aliàs in omnibus, & per omnia, prout in ſupra præinſerta Chirographa continetur, & non aliàs, &c. Præmiſſaq; omnia, & ſingula idem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Theſaurarius generalis dicto nomine promiſit ſe per, & omni tempore habere rata, eaq; inuiolabiliter attendere, & obſeruare, contraq; non facere, &c. quouis præterea aliàs, &c. de quibus, &c. abſq; eodẽ Not. ſtipulante, pro quibuſq; &c. obſeruandiſq; per dictam Reu. Cameram Apoſtolicam, eiuſdemq; Cameræ bona, non autem ſe ipſum, nec eius hæredes, & bona, de qua in ampliori, & ſtrictiori eiuſdem Cameræ forma cum clauſulis, &c. citra, &c. obliganit, &c. renunciauit, &c. conſenſit, &c. vnica, &c. & tacto pectore more, &c. iuranit, ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis petitum fuit à me eodem Reu. Cameræ Apoſtolicæ Not. infraſ. vt vnum, vel plura, publicum, ſeu publica conficerem, atq; traderem inſtrumentum, & inſtrumenta prout opus fuerit, & requiſitus fuero. Actum Romæ in Palatio ſolitæ reſidentiæ dicti Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Theſaurarij generalis præſentibus, ibidem Illuſtriſs. D.D. Bartholomæo Rubino Camerinenſ. & Antonio Iordano Subino Connotarijs teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula vocatis, habitis ſpecialiter, atq; rogatis.

Ann. Chri. 1616.

Ego Dominicus de Nicolis Reu. Cam. Apoſt. Not. de præmiſſis rog. præſens inſtrumentum ſubſcripſi, & publicani requiſitus.

VI. In corporum quidem indigentijs ſubleuandis munificus fuit erga miſeros Subalpinos hos Vallicolas, ſed & animarum pro neceſſitatibus auferendis nuſquam aut numquam minus liberalis fuit Citalpinis his in vallibus Beatiſſimus P. Alexander: nam & Apoſtolatuum numerum adauxit & Apoſtolicis Operarijs ſpirituales facultates, & authoritates confirmauit per opportuna tempora, quò opportunè ad Sacramentales conſcientiæ expiationes exactiores perficiendas accedentes abſolutionis beneficium obtinere valerent.

Facultates concessa à Sanctiss. D. N. D. Alexandro Diuina Prouidentia Papa Septimo Fr. Paulo Nicienſi Ordinis Capuccinorum Præfecto Miſsionis eiuſdem Ordinis in Prouincia Pedemontis in Lucerna, & in Vallibus vicinis.

FERIA V. DIE XIII. IANVARII M. DC. LVI.

IN Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolica apud S. Petrum Sanctiſs. D. N. Alexander Papa VII. præfatus conceſſit ſupradictas facultates præfato Fr. Paulo à Nicia Ordinis Capuccinorum Præfecto Miſsionis eiuſdem Ordinis in Prouincia Pedemontis in Lucerna, & in Vallibus vicinis. Ad quinquennium proximè futurum.

Franc. Cardinalis Barbarinus.

Pro D. Ioanne Lupo S. Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis Notario Franciſcus Riccardus ſubſtitutus.

Viuit igitur, & fælicitèr regnat, pacificèq; ſedet in Romana D. Petri Cathedra Alexander VII. haud tamen obliuiſcitur periclitantibus, egentibuſq; Italicis his in oris fidelibus per opportunitates congrua ſubſidia præſtare in dies, quos prolixiores illi deprecamur.

DE EMINENTISS. D. D. SANCTAE ROMANAE ECCLESIÆ CARDINALIBVS RATIOCINIVM SECVNDVM SYNOPSIS

Præambuli Numeri Tres:

Cardinalis nomen, officium, antiquitatem, veritatem, vtilitatem, & necessitatem in Ecclesia Catholica explicat Præambulus

Num. I.

Apostolicum Ius regnandi per Ecclesiasticas Minorum Missiones in Gallia Cisalpina quomodo Conscripti Patres Eminentissimi, Pedemontanique præcipuè coluerint explicat Præambulus

Num. II.

Apostolicum ad Ius regnandi pro Ecclesiarum vniuersali beneficio excolendum, Sacra Eminentissimorum Cardinalium de Propaganda Fide à quo, & quando, & quorsum Congregatio Generalis instituta fuerit, qualque in ea Conscripti Patres Ecclesiasticas Capuccinorum Missiones per Quadratum Orbem constituerint explicat Præamb.

Num. III.

Calculus Primus.

Eminentissimi Iulij Antonij Sanctorij S. R. E. Cardinalis, nostri Ordinis Protectoris, ab anno 1596. ad Annos 1602.

Calculus Secundus.

Eminentissimi Cardinalis Aldobrandini, Anno 1602.

Calculus Tertius.

Eminentissimi Cardinalis Camilli Burghesij, qui postea Paulus Quintus Pontifex Maximus, ab anno 1602. ad ann. 1603.

Calculus Quartus.

Eminentissimi Pompei Arigonij Cardinal. ab anno 1611 ad ann. 1613.

Calculus Quintus.

Eminentissimi Ioannis Mellini Cardin. ab anno 1613. ad ann. 1620.

Calculus Sextus.

Eminentissimi Antonij Saoli Cardin. Anno 1622.

Calculus Septimus.

Eminentissimi Octauij Bandini Cardin. ab anno 1624. ad ann. 1629.

Calculus Octauus

Eminentissimi Ludouici Ludouisij Cardinalis, Ordinis Minorum Capuccinorum Protectoris ab Ann. 1625. ad ann. 1629.

Calculus Nonus

Eminentissimi Antonij Barbarini Cardin. ab anno 1633. ad ann. 1655.

Calculus Decimus.

Eminentissimi Fr. Antonij Barbarini Cardin. Ordinis Capuccinorum Protectoris ab ann. 1643. ad ann. 1649.

Calculus Vndecimus

Communis
Eminentissimorum Cardinalium Congregationis de Propaganda Fide, ab anno 1622. ad ann. 1659.

Appendix.

Reuerendissimi Francisci Ingoli Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Secretarij, ab anno 1640. ad ann. 1649.

DE EMINENTISS. D. D. S. R. ECCLESIÆ CARDINALIBVS

Qui tum ex vniuerſo Apoſtolico Purpuratorum Collegio, tum ex ſelecta Sacra Congregatione Gen de Propaganda Fide, tum ex Capuccinæ Familiæ Protectorum numero Patres Conſcripti Subalpino Capuccinorum Apoſtolatui, tamquam peculiares benefici Patroni, fauerunt.

RATIOCINIVM SECVNDVM

Cardinalis Nomen, Officium, Antiquitatem, Veritatem, Vtilitatem, & Neceſsitatem in Eccleſia Catholica explicat Præambulus.

Num. I.

Circa Cardines Cæli perambulat, nec noſtra conſiderat: impio de corde cruciabar apud Iob inſipiens ille Athcus, vt enim Diuinam prouidentiam à Mundi gubernatione, & præſidentia excluderet; circa Cœli, non terræ cardines eam perambulantem, non occupatam concludebat. Quamobrem ipſa Dei cuncta adminiſtrantis prouida Sapienria blaſphema trium impiera es vt confundat, his perenne prædominium ſuum in Orbe verbis confirmat. *Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ.* Diuinus ipſe Mundi Opifex vti ſapientiſſimus prius toti Mundo præficiendam directricem Spiritualem ordinauit, poſtmodum verò huic ſubordinatos Orbis terræ cardines aſſignauit. Quoniam igitur de inferorum monumentis obſcuris ſacrilegè excitati, immò ab inferno ſpecu impiè reuocari veteres Athei, per Lutherizantium, & Caluinizantium ora blaſphema (*eorum enim os amaritudine plenum eſt, venenum aſpidum ſub labijs eorum*) rurſus de epulchris lethaliter clamare exaudiuntur: Circa cardines Cæli deliciosus perambulauit Deus, legitimamq; ſuam Eccleſiam à tertio ſæculo deficientem omnino ceſſare permiſit, nec per vndena ſæcula noſtra conſiderauit, aut curauit; ſed illorum temporum fideles abiq; Fide, & Chriſtianos abſq; Chriſto errare, & damnari permiſit. Verè ſepulchrum patens eſt guttur eorum, in quo immortalem, & indeficientem Chriſti ſponſam, Catholicam Eccleſiam ſepulcrari contendunt. Reſponder igitur ipſa, vt ſe ipſam ſemper viuam, & perpetnò viuentem teſtetur. *Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines Orbis terræ.* Priuſquam Supremus Orbis Artifex terrenum in Orbe Regnum inſtitueret; recto ordine ſpirituale Chriſti dominium, nempè Eccleſiaſticum in vniuerſo indeficienter permanſurum conſtituit, ad quod per Primarcham adminiſtrandum, terræ Cardines illi ſubſtituit. Quam Orthodoxam veritatem euidentiùs vt demonſtraret; Euangelicis illam tabulis voluit confirmare apud D. Lucam ſignanter, apud quem legitur primo. *Conuocatis autem Ieſus duodecim Apoſtolis miſit illos prædicare Regnum Dei.* Inde immediatè ſecundò additur: *Poſt hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos in omnem Ciuitatem, & locum, quo erat ipſe venturus.* In duodecim Apoſtolorum conſeruato duodenario vniuerſitas Sacrorum Antiſtitum, nempè Epiſcoporum iuremeritò deſignatur: in ſeptuaginta quoq; duorum diſcipulorum ſeptuagenario calculo cooperantium pro ſuſtenta-

ob. 22.

Prouerb. 9.

Pſalm. 13.

Blaſphemiæ contra miſticos ſacros Cardines.

Prouerb. 8.

D. Luc. c. 9. & cap. 10.

Orthodoxa veritas de Eccleſiaſticis Sacris Cardinalibus.

Hierarchiã Eminẽt. Cardinalitũ Senatum in Romana Eccl. ſis perpetuum.

Cardinalis Nomen.

Tom. 1. lib. 4. Controu. 5. cap. 16.

Cardinalitia munera principia.

Differentia inter illa tria munera.

Comparatio Cardinalis cum Epiſcopo.

P. cancifcus Coriolanus Capuccinus in ſuo Breu Chronolog. ad ann. 590.

Cardinales antiquiſſimi ſo Eccleſia.

tione Eccleſiaſtici Orbis Cardinum, nempè Cardinalium numerus calculatur. Non enim vniuerſalis Eccleſiæ per quaternas Mundi portiones, & Vniuerſi cunctas nationes diſperſæ immenſam, & ponderoſam, pluſquam oneroſam molem vnius Romani Pontificis Euangelici, licèt pluſquam roborati, & confirmati Athlãtis validiores humeri ſuſtentare, & portare ſolitarij valerent; niſi ſub eo curuarentur, hoc eſt humiliter obſequerentur qui portant Orbem, Apoſtolici ſcilicèt Senatus collaterales Sacri Baiuli: Ergo ponant licèt in Cœlum os ſuum Sectarij, Diui Petri Apoſtoli nunquam interruptam legitimorum ſucceſſorum Pontificum Romanorum ſeriem intercidere conantes. Acuant licèt linguas ſuas, ſicut ſerpentis Hæretici, Apoſtolicorum Diſcipulorum, nempè S. R. Eccleſiæ Cardinalium Sacrum Collegium de Eccleſiaſtica vera Hierarchia eiicere nitentes; lingua tamen eorum ſemper tranſibit in terram. ab Orthodoxæ veritatis pedibus proſtrata, ac conculcata. Dominus enim Deus Omnipotens, Vniuerſi moderator ſapientiſſimus ſui Eccleſiaſtici in terra Regni & Plenipotentiarium Proregem Romanum Epiſcopum, & conſiliarium, ac ſubſidiarium Sacri Proregis Apoſtolicum Cardinalium Senatum Romę eſſe, & adeſſe voluit, decreuit, atq; immobiliter ſtatuit, ſtatumq; hactenus inuiolatum conſeruauit, Purpuratorum Hierarchicum præcipuum ordinem aſſeruando, & coaceruando. De Sanctæ igitur Romanę Eccleſiæ Supremis Cardinibus acturus, nullo ſuper validiore eardine mea valet oratio verſari, quàm ſuper Bellarmini eruditiſſimi Cardinalis de Cardinalibus compoſito capitulo eireumuoluendo, epitomatico meo inſtituto paucula congrua inde reuoluendo: ſunt autem ſequentia: *Nomen Cardinalis idem ferè ſignificare videtur, quod Principalis, ſine is, à quo alij pendent, vtà cardine oſtia dependere ſolent. Hinc eorum & virtutes cardinales, & venti cardinales, & puncta Cœli cardinalia dici ſolent. Leo IX. Pontifex Maximus in epiſtolis ad Michaelem cap. 32. dicit: Clericos Romanæ Eccleſiæ Cardinales vocari, quod Summo Pontifici proximè adhæreant, qui eſt veluti Cardo totius Eccleſiæ: nam vt cardine oſtium vertitur, & regitur, ac ſuſtentatur; ſic eciam à Summi Pontificis prouidentia, & firmitate tota Eccleſia pendet. Iam de officio, & officij antiquitate breuiter dicamus: tria ſunt officia Cardinalium: Primum eſt commune cum Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconibus cæteris; omnes enim Cardinales aut Epiſcopale, aut Presbyterale, aut Diaconale officium habent: Alterum officium eſt Summum Pontificem eligendi: Poſtremò eidem Pontifici perpetuò aſſiſtere, eumq; in regenda vniuerſa Eccleſia conſilio, & induſtria adiuuare. Eſt autem hoc loco obſeruandum, omnia quidem cria Cardinalium officia eſſe antiquiſſima, & ab ipſo tempore Apoſtolorum inchoata; ſed tamen non eſſe aquè antiquum, vt ſoli Cardinales duobus officijs poſterioribus fungantur: nam a tempore Apoſtolorum per multos annos, immò per aliquot ſæcula, quia pauci erant Presbyteri, & Diaconi, omnes ſimul ad electionem Epiſcopi, & ad Concilia vocabantur, neq; erat opus tunc diſtinguere à Cardinalibus non Cardinales, ſicut etiam in alijs Eccleſijs non diſtinguebantur Canonici à non Canonicis. Deinde autem cum creuiſſet multitudo Cleri, vocabantur quidem omnes ad electionem faciendam, ſed non omnes ad Concilia vocabantur, ſed aliqui principales, qui Roma, & alijs quibuſdam in locis Cardinales dicebantur: deinq; poſtremo quingentis annis, neq; ad Concilia, neq; ad electionem admiſſi ſunt omnes Clerici, quod nimis multi eſſent; ſed ſoli Cardinales ad electionem Romani Pontificis, vniuerſalis Eccleſiæ Supremi Paſtoris: Ad Concilia verò Cardinales Epiſcopi, & Supremi Eccleſiæ Patres, & Præſules. De comparatione autem Cardinalium cum Epiſcopis; in hoc ferè omnes conueniunt: quod ſi conſideremus Ordinis poteſtatem, maior ſit Epiſcopus Presbytero, vel Diacano Cardinali: pari ratione ſi conſideremus iuriſdictionem in propriam Eccleſiam, ideſt Epiſcopi in ſuam Diœceſim, & Cardinalis in ſuum titulum; maior eſt Epiſcopus Cardinali Presbytero, vel Diacano: At ſi conſideremus regimen Eccleſiæ vniuerſalis; maior eſt Cardinalis Presbyter, vel Diaconus Epiſcopo non Cardinali. Nam Epiſcopi ſimplices nunquam adhibentur ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ, niſi rariſſimè; at Cardinales ferè quotidie præſtò ſunt Pontifici: & quia hinc fit, vt Epiſcopi à Cardinalibus, vt Summis Pontificis cooperatoribus iudicentur, creentur, depoſitentur, non contra propterea abſolutè Cardinalis Epiſcopum non Cardinalem præcedit.* Hactenus Eminentiſſimus Bellarminus. Coriolanus noſter in ſuo Breuiario Chronologico ſub Gregorio Magno ad annos 590. infra hiç poſtea ſcribit de origine Cardinalium: *Sciendum quod Calvinus lib. 4. Inſtit. cap. 7. §. 30. dicit: Cardinalium omneo aoce Gregorij tempora Eccleſia penitus ignotum fuiſſe: ſed mentitur, vt ſolet, cum ante illa tempora notiſſimum fuiſſe conſtet. Primum ex Concilio Romano II. ſub Symmacho, qui vno ſæculo Gregorium præceſſit, vbi cùm Presbyteri, quàm Diaconi Cardinales Concilio ſubſcribunt: Rurſus in Romano III. ſub eodem Symmacho omnibus, vbi cap. 6. Cardinalibus prohibetur Eccleſiæ ſuæ bona, & poſſeſſiones alienare. Ante Symmachum Cardinalium fecit mentionem Concilium Romanum I. ſub Silueſtro: floruit enim Silueſter in Pontificatu circa annum Domini 314. Ante Silueſtrum Stephanus I. qui Pontificatu functus fuit anno Domini 255. appoſito nomine Cardinales commemorat, vt patet ex Gratiano D. 79. cap. Oportebat: Vt Sacroſancta Romana Eccleſia, iuxta quod à Beato Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt, rectè ordinaretur, vt in*

Apostolatus culmen vnus de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis consecvaretur. Hinc crassissimum Caluini mendacium apertissimè detegitur, qui ante Gregorij tempora inauditum fuisse Cardinalis nomen audus est asserere; quod tamen tribus ante sæculis Ecclesiæ familiare erat. Postremò ex hac Stephani I. auctoritate relata colligitur: quod qui multo ante hunc Stephanum fortè Cardinalium nomen non legatur, illorum tamen institutio ab Apostolis profecta fuerit: cum enim in ea affirmetur, id Ecclesiam à Diuo Petro accepisse, vt decem ex vnus ex Cardinalibus in Pontificem eligeretur, sanè consequens est; vt Cardinalium dignitas idem ab ipsis Apostolorum temporibus instituta esses: tametsi fortè Cardinalis nomen tunc nondum vsurparetur. Enumerò, vt colligit Polidorus Virgilius lib. 4. de rerum inuentoribus cap. 9. Cardinalium institutio à temporibus Apostolorum exorta est, licèt Cardinalium nomen tunc expressum non fuerit, nisi sub nomine Presbyterorum, vel Diaconorum Romanæ Ecclesiæ. Idem Coriolanus rursus ad ann. 1243. sub Innocentio IV. addit: *Innocentius bono consilio vsus Cardinalium, statuit; vt Cardinales galero vmbram vterentur, honestandi Ordinis causa.*

Caluini mēdacijū de Cardinalibus.

Idem Coriolanus Capuc. ad an. 1243. Galerus rubeus Cardinalium.

Apostolicum Ius regnandi per Ecclesiasticas Missiones in Gallia Cisalpina quomodo Conscripti Patres Eminentissimi, Pedemontaniq; præcipue coluerint, explicat Præambulus.

Num. I I.

SI ad cardines Cœli fueris dissipatus, inde retrahet te Dominus Deus tuus, & assumet. Pollicebatur quondam Deus Israelitico populo per Oratorem suum Moysen. Nullus enim quamuis validus, & fortis subactor Tyrannus Dei populum subijcere, in captiuitatem redigere, & per quaternos cardines, siue terræ angulos dispergere adeò valet; quin Dens ipse validior, & fortior à captiuitate redimere, atq; à quadrati Orbis remotioribus climatibus recolligere prævaleat. *Dominus enim* (canebat Anna Samuelis mater) *sunt cardines terræ, & posuit super eos Orbē.* Ecclesiastici mystici Orbis molem sanctiorem formauit Deus, quando vniuersalē suam Ecclesiam per Mundum fundaram dilatauit, latitudinem verò illius super terræ cardines stabiliuit, quando Ecclesiastici sui spiritualis Regni Proregi Romano Pontifici pro vniuersali regimine administrando subordinatos collegas Eminentiss. Cardinales assignauit, quorum super fortiores humeros, quasi super cardines sacros Euangelicam Ecclesiæ machinam reposuit, & solicitiori curæ committendauit. Licèr ergo Regni filij legitimi ad quatuor viq; Cœli cardines per Fidei Catholicæ infensissimos hostes barbaros, tyrannos, ac perduelles irreconciliabiles dispersi extiterint; per Summi Hierarchæ attamen validiorem potentiam, atq; Hierarchici Ordinis supremorum Cardinum accuratiorem vigilantiam, & studiosiorem assistentiam inde reuocati, & recollecti, Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ gremio recollecti restituentur, à quatuor Cœli cardinibus renocati per multiplicatas Apostolicorum Præconum Emissiones, & nunquam intermissas prædicationes. Nostra hæc Cisalpina Gallia ad Occiduum Cœli cardinem constituta, Orthodoxæ Fidei candore aliquando destituta, per diuersos Religionarios subuersores, & inuasores aliquandiù fuit diuexata: Verùm piæ Matris Ecclesiæ Romanæ Missionum subsidijs sublenata, Cardinum Sacrorum firmiori robore fruitur, & fulcitur. Quorum verò abundantiorem tutelam experta fuerit, explico cum Reuerendiss. Episcopo Salutiarum, qui sua in Chronologia ex Subalpinis ad Cardinalitiam Purpuram assumptos insigniores vitos triginta, per diuersa sæcula enumerat; ex quibus septem præcipuè aduersus hereticas impietates patrium Cisalpinum solum inuadentes asseruit strenuè decertasse. Quorum.

Deut. cap. 30

Lib. 1. Reg. cap. 2.

Sac. Congregatio à quat. Mūdi plagis recolligit errantes.

Primus, Gualla Bicherius Vercellensis, Sanctæ Mariæ in Portica, mox Sanctorum Siluestri, & Martini titulo Equitij ab Innocentio III Cardinalis creatus, præclaris pluribus egregijs facinoribus pro Ecclesia perpetratis, aduersus Albigenses, & alios Sectarios Apostolicæ Legationis munere functus est circa ann. 1205.

Ann. Chri. 1205.

D. Episcop. Salutiarum Chronol. 6. 4.

Secūdus, Guillielmus Ciaeconius Subalpinas, Episcopus Cardinalis Sabinensis ab Innocentio IV. electus, in mittendis pariter, & in instruendis Inquisitoribus aduersus Hæreticos Cisalpinam Galliam infestantes plurimum laborauit, circa ann 1244.

Ann. Chri. 1244.

Tertius, Hugo de Sancto Charo de Barchinoneta, Oppido inter Maritimas alpes constituto, ab eodem Innocentio IV. Cardinalis titi Sanctæ Sabinæ factus, in exponendis Sacris Scripturis, & in Dei verbo ingiter prædicando multum fuerat emixus, circa ann. 1245.

Ann. Chri. 1245.

Quartus,Henricus de Bartholomæis Secuſinus, ab Vrbano IV. Pontifice Maximo Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Velitrenſis eſſi eſſet creatus nõ ſolũ Excellẽtiſſimus Iuriſconſultus, ſed etiam Theologus, & Orator, vtraq; inculpabili,Legatione Lombardiæ ſtrenuè functus, Eccleſiaſticos ad Romanę Sedi ſubſidia conferenda inflammauit. Librum ſuper Decretales, qui apparatus dicitur, ac Summam Oſtienſem admiratione dignam in vtroq; Iure edidit, quò circa à grauiſſimis Auctoribus Fons Iuris nominatur, operatus eſt circa ann. 1265. Ann. Chr. 1265.

Quintus,Beatus Ioannes Vrſinus, ex Dominis Rupetræ,Epiſcopus Tarrinenſis, Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalis, Ægydio Carillo Cardinali pro Sede Apoſtolica contra occupatores bonorum Eccleſiæ Romanę in Italia militanti pecunię ſubſidium præſtitit, & cum vitam duxiſſet innocentiſſimam, fuit acerrimus perſecutor Hæreticorum, ex quibus non paucos pertinaces Ignis ſupplicio multauit,circa ann. 1370. Ann.Chr. 1370.

Sextus,Bonifacius Ferrerius Epiſcopus Eporediensis, inde Vercellenſis à Leone X. Pontifice Maximo ann. 1517. Presbiter Cardinalis tit. SS Nerei, & Achillei creatur, & tandem fit Epiſcopus Portuenſis: dum Bononiæ Pontificiam legationem gereret, Ferrerioium Collegium, certis præſcriptis Statutis, pro ſuſtentatione Nobilium pauperum Pedemontanorum ſtudiorum inſtituit. Ann. Chr. 1517.

Septimus, Vincentius Laureus ex ordinario medico, & intimo Conſiliario Emmanuelis Philiberti Sabaudię Ducis à Pio V. creatur Epiſcopus Montregalenſis, & Nuntius Apoſtolicus. Tandem à Gregorio XIII. Cardinalis tit. Sanctæ Mariæ in Via Lata, & poſteà Sancti Clementis factus, primò Inquiſitores aduerſus Interalpinos tumultuantes Sectarios delegauit, poſtmodùm ad eoſdem reducendos, de licentia Gregorij XIII Societatis Ieſu eruditiſſimos Theologos deſtinauit ann. 1582. Quos rurſum, pariter & Capuccinos Fratres Minores ad Subalpinas Conualles Hæreſi expurgandas ann. 1596. remiſit Clemens VIII. Emiſſis verò huiuſcemodi Capuccinis Miſſionarijs Sacra Congregatio Sanct Officij facultates & conceſſit, & multiplicauit per Reuerendiſſimos Taurinenſes DD. Nuntium, Archiepiſcopum, & Patrem Inquiſitorem ab ann. 1596. Anno poſtmodùm 1622 erecta Sacra Congregat.Gen. de Propaganda Fide, eaſdem Miſſiones Subalpinas approbauit ann. 1623. & multiplicauit. Vtraq; autem tum hæc, tum illa Congregatio Euangelicos Apoſtolos Vigiles, & Stationarios perpetuo ſouit, & Eccleſiaſtico operi fauit, per Eminentiſſimos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Ann.Chri. 1582. Ann. Chr. 1622. 1623.

Apoſtolicum adiuſ regnandi pro Eccleſiarum vniuerſali beneficio excolendum, Sacra Eminentiſſimorum Cardinalium de Propaganda fide a quo, & quando, & quorſum Gen. Congregatio inſtituta fuerit, quaſq; in ea Conſcripti Patres Eccleſiaſticas Capuccinorum Miſſiones per Quadratum Orbem conſtituerint, explicat

Præambulus

Num. III.

II. *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti, quod ſenes populi ſint, ac magiſtri, & duces eos ad aſtium Tabernaculi teſtimonij, faciesque eos ſtare tecum, vt deſcendam, & laquar tibi, & auferam de ſpiritu tuo, & tradam eis; vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris.* Congregationem præcipuam electorum ſeptuaginta ſenum, populi magiſtrorum a Deo admonitus Moyſes conſtituit: nam etſi firmam polliciationem Dominj dicentis: *Ego ero tecum.* itemq; ſponſionem aſſereret is: *Aaron frater tuus erit os tuum, & ego ero in ore tuo, & in ore illius,* teneret Moyſes; nihilominùs ſeptuaginta viros congregauit, atq; ex cõgregatis magiſtris ſenũ Magiſtratum conflauit, quoad dirigendum, iudicandum, & docendum Iſrael, in ſubſidium vteretur. Quod cum illis in figuram contigiſſet; completurus legem Moſaicam Meſſias poſtquam veniſſet; duodecim primarios quidem populi Iudices elegit, interq; eos Primicerium Petrum prælegit, verùm eminuerò Congregationem quoque ſeptuaginta duorum ſeniorum in fidelis ſuæ Eccleſiæ Magiſtratum erexit, quo Primarchas Apoſtolici Senatus ad ſubeundum regiminis pondus, & onus facilius ſuſtinendum vteretur: *Deſignauit Dominus* (teſtatur Sacer Chroniſta) *& alios ſeptuaginta duos, & miſit illos ante faciem ſuam in omnem Ciuitatem, & locum, quo erat ipſe venturus.* Quò verò euidentius conſueuerit hanc Exod. cap. 3. & cap. 4. D. Luc. 10.

regnandi rationem in Ecclesiastico Regno ab antiquis Proregibus adhibitam demonstremus; selectam aliam ab Apostolis Congregationem ad congruentiorem Ecclesiæ gubernationem constitutam consideremus, Apostolica gesta recensentes: *Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus, & placuit sermo coram omni multitudine, & elegerunt &c. Hos autē statuerūt conspectū Apostolorū, & orantes imposuerunt eis manus.* Sicq; quotidiano administrando eorum ministerio septē Diaconorū insignis Cōgregationem præfecerūt. Perfecit ipse legitimus Rex Christus instauratæ suæ per Euangelium Ecclesiæ Regni: præfecit huic à se canonicè ordinatum, & confecratum Proregem Petrum, ceteroſq; in Romana Cathedra per tempora legitimos successores Apostolicos, quibus pollicitus fuerat: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi.* Apostolicis rursus huiusmodi primarchis in spiritualis, & vniuersalis administrandi regiminis subsidium, septuaginta duorum senum populi magistrorum, eorumq; Discipulorum Collegium proniderat: Hunc S. R. E. Cardinalium mysticum præfiguratum numerum in lacum Senatum erexerat, & assignauerat; vt in solicitudinis partem aduocati, illi Euangelico sustinendo pondere collaborarent. Ex his igitur sibi assignatis & adscriptis, Patribus Conscriptis, & subordinatis collegis electis, sibelegerunt, vel prælegerunt quidam Romani Hierarchæ, cœlesti flammine afflati indeterminato numero Cardinales nonnullos magistros, in Christianæ Reipublicæ peculiares necessarios quosdam Magistratus sacros, qui Sacræ Congregationes communiter nuncupabantur. Adhuc hic animadvertendum, & admonendum censeo: Quod Ecclesiastica Hierarchia variis, & diuersis Sacrorum Lenitarum gradibus constat; nempè Summorum Romanorum Pontificum vniuersalis Ecclesiæ pastorum, Eminentissimorum Sacri Senatus Cardinalium, Primarum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Præsulum, Præpositorum, & Ecclesiarum Rectorum, Sacerdotum, Doctorum, Euangelicorum Prædicatorum, perfectorumq; religiosorum Ex quibus omnibus, & singulis omnes, & singulas, vel potiùs singulares, & insignliores nonnullas, aut plures personas Primarcha Christianæ Theocratiæ ad Hierarchicos gradus assumpras, Ecclesiastici regiminis ad exercenda munera, & sustinenda secū graniora spiritualis Christi Regni onera aduocat, assumit, & ordinat. Inter hos cū clariores, insigniores, celebrioresq; subordinatos collegas proximiores habeat S. R. E. Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos Cardinales nuncupatos septuagintaduos; ex hoc præfiguraro, & Sacrato ab antiquis numero aut septeni, aut septanos septem congregauerunt Summi Pontifices, atq; ex canonicè congregatis Congregationes quaidam in Ecclesiastici Regni profectum, & spiritualem prouentum instituerunt: inter has autem institutas celebriores nominantur quatuor; nempè Congregatio Sacrorum Rituum: Congregatio super Episcopis, & Regularibus Congregatio Sacræ Vniuersalis Inquisitionis Congregatio Sacra Gen. de Propaganda Fide. Prima Sacrorū cultū ordinat: Secunda Sacros Ministros dirigit: Tertia Orthodoxas fideles veritates ab erroribus vindicat: Quarta tandem ad quatuor Orbis plagas Catholicam Fidem per emissos Euangelicos Operarios promouet, & propagat. Tres illas priores antecessores Romani Præsules in Vrbe statuerunt: quartam hanc Gregorius XV. Pontifex Max. Sacri Flaminis impulsu per religiosum tum Oratorem Fr. Hieronymum Narniensem Capuccinum pro suggestu declamantem, excitatus in Ecclesiastico Orbe constituit, cui Pontificatus anno II. peculiari ad hoc suo Decreto edito Kal. Iulij anno 1622. per quod canonicū suū editū Decretū statuit, vt in hac selecta Cōgregatione Cōscripti Purpurati Patres tredecim numero simul & gemini Præsules semel corā Sanctissimo, semel autē, & terū saltē singulo mēse inter se alibi congregati de cunctis mediis, modis, & methodis pro Orthodoxa Fide per Vniuersū Mundū, & Propagāda cōsulerēt, cognoscerēt; vrgentioribus verò, & grauioribus negotijs, ubi Fidei indigentijs, aut exigētijs ad Sanctiss relatis, meliora, & viliora ipsi eligerent; ac concluderent: electis ad hoc vocatis ordinatis, & per opportunitates emissis religiosis Euangelij Prædicatoribus, & Fidei Doctoribus. Secit igitur coram Romano Hierarcha, pro prima sessione, sacra hæc Purpuratorum Congregatio Prid. Idus Ianuarij præindicati anni; vt de præfati Sum. Pontificis Instituentis exequendi mentem, & propositum adimplendi modo ageret, tractaret, ac consultaret. Consultantes ergo cognouerunt, & comprobauerunt optimum in Ecclesiastico Regno pro propaganda, & propugnanda Catholica Fide existere ius regnandi antiquum ab ipso Deo, & Domino præscriptum, & adhibitum per contuetas Ecclesiasticas Missiones Euangelicorum Ministrorum. Quamobrem sub Gregorij XV. breuioribus cepemut, sub Vrbani verò VIII. prolixioribus Magni Sacerdotij diebus perseuerauerunt ex Mendicantium Religionibus adscitos, electos, & ordinatos Apostolicos Doctores, & Prædicatores ad omnes Mundi partes, haud mediocri cum pietatis, & religionis incremento, simul & emolumen-

Actor. 6. 3.

D. Matt. 28.

Collegiū septuaginta duorum Discipulor. siue Cardinalitij in subsidium Eccles.

Sacri quidam peculiar. magistratus ex DD. Cardinalibus Congregationes vocitarunt.

Hierarchię Ecclesiasticę variij Ordines.

Quatuor spectatiores Congregationes Romanę Curię.

Ann. Christi 1622.

Gregor. XV. Pontif. Max. Sacram Congregation. de Propag. Fide instituit.

Institutū Sacræ Congregat. de Propaganda Fide.

ro transmittere. Inter hos autem transmissos nequaquam omisit extiterunt Fratres Minores Capuccini, quandoquidem (vti supra in Proemiali Ratiocinio calculauimus) ad quatuor Mundi portiones, signanter sub Vrbano VIII. illi omnes fuerunt à Sacra Eminentissimorum Cardinalium Congregatione, diuersas per Orbis prouincias, & Regiones, quas alphabetico ordine digestas cahier enumeramus.

Æthyopiæ Missiones decreuit

Sacra Congregatio de Propaganda Fide die XXII. Februarij ann. 1637.

Angliæ Missiones instauravit, & multiplicauit

Sacra Congregatio de Propaganda Fide per Patrem Generalem Ordinis, Primùm die 24 Augusti ann. 1624. Deinde die 2 Maij, & 23. Iunij 1625. concessit PP. Ioachimo, & Leonardo Parisiensibus Capuccinis facultatem faciendi Missiones in Anglia, Scotia, Constantinopoli. Tertio geminos Missionarios ad Anglicanam Missionem superaddidit ann. 1628.

Angliæ nouæ, dictæ Canadæ, seu Virginiæ Missiones decreuit

Sacra Congregatio de Propaganda Fide die 22. Nouembris ann. 1626. exhortavit die 9 Februarij 1629. & 31. Maij 1632. Extendit ad nouam Scotiam die 24 Septembris 1633. & ad omnia loca Americæ septentrionalia die 4. Februarij 1642. Auxit nouam Missionem in nouam Angliam die 21. Februarij 1650.

Aquitaniæ institutis Missionibus facultates donauit

Sacra Congregatio Sancti Officij die 4 Februarij 1600. & 21 Maij 1623. Aquitanis Missionarijs Sacra Congregatio de Propaganda Fide concessit facultatem faciendi plures Missiones ad Hæreticos Germaniæ, & Galliæ die 23. Maij 1623. Russis ad alia loca die 8 Maij 1628.

Andri In Insula Missiones confirmauit.

Sacra Congregatio de Propaganda Fide die 20. Aprilis 1638. ad instantiam Episcopi Andrensis.

Arabiæ triplicis, Marsiliæ, & Regni Mogor Missiones assignauit.

Sacra Congregatio de Propaganda Fide die 23. Maij Ann. 1645.

Barbariæ, Tripolis, & Algeri Missiones decreuit.

Sacra Congregatio de Propaganda Fide die 20. Ianuarij ann. 1638.

Benin Aphricæ occidentalis Regni Missiones faciendas commisit.

I. QVamquam pro propugnanda Fide intra Romanam Vrbem, vt per Chriſtianum Orbem aduerſus hereticam inquireret prauitatem, Sanctæ Inquiſitionis Gen. Cõgregatio à Sũmis Pontificibus iam olim ſtatura, & firmata conſiſteret: pro propaganda tamen per vniuerſum Mundum Catholica Fide, nullus adhuc peculiaris intra Romana mœnia perſtabat inſtitutus Sacer religioſus Senatus: quando Gregorius XV. Pontifex Maximus Eminentiſſimorum Patrum ſingularem conſeſſum ordinauit, quem Cõgregationem Gen. de Propaganda Fide denominauit. Anno namq; ſalutis 622. Pontificatus ſui Iridem ſecundo, Kal. Iulij, præcipua ad hoc edita Conſtitutione, vehementiori inperni flaminis illapſu impulſus præIndicatis Summus Sacerdos tredecim eminentiores Cardinales, & geminos Prælatos peculiari in epygraphe conſcripſit, & Patres de Propaganda Fide CongregationisGen. Inſcripſit. Quibus hanc inter alias leges præſcripſit, vt ter in menſe, nempè ſaltem ſemel coram Sanctiſſimo, ſemel verò, & iterum ad libitum alibi congregati omnia, & ſingula, quæ ad Fidem per Vniuerſum propagandam conducunt, & conferunt, ſedulò pertractent, & diſcutiant: grauiora quidem Supremo Hierarchæ referendo, communia verò, & minora per ſe ipſos examinando, indicando, & definiendo. Hi Cõſcripti purpurati cunctis per Orbẽ & Miſſionibus, & Miſſionarijs præſident, prouidere debent, & propicere idoneos miniſtros vocando, eligendo, ordinando, mittendo, & congruis ſtipendijs, ac ſubſidijs fouendo per loca, tempora, & exigentias præcipiendo, declarando, concedendo, & prohibendo.

Ann. Chri. 1622.

Inſtituitur Sacra Congregatio de Propaganda Fide.

II. Hunc igitur Hierarchicum Areopagum, quem Gregorius prædeceſſor optimis Iuribus præmunirum fundauerat, & ordinauerat, Vrbanus VIII ſucceſſor fauoribus, & priuilegijs cumulatum ſolicitè excoluit, dum vniuerſę Eccleſiæ clauum tenuit. Eum Fr Antonius Barberinus Cardinalis Sancti Onuphrij Supremi Antiſtitis Germanus Frater, quondam Capuccinus, moriens per vltimam ſuam voluntatem ſcripto teſtamento expreſſam cunctorum bonorum, de quibus ei diſponere permittebatur, hęredem vniuerſalem inſtituit, illiq; proceres Eccleſiaſtici, & Laici plures plurimos vel annuos, vel perpetuos, vel manuales cenſus attribuunt. Nec mirum, quia miros hæc Congregatio Eccleſiaſtico Regno Fidei pronentus In dies fructificat, & multiplicat, dum tot, tantos, & tales religioſos athletas cuiuſlibet regularium ordinis ad Chriſti Domini Euangelium per quatuor Orbis plagas promulgandum in dies magis, ac magis emittere ſatagit, dirigere ſtuder, curare non negligit. Inter igitur nequaquam neglectos, emiſſoiq; ac directos Apoſtolicos viros pro propaganda, & propugnanda Fide numerantur Minores Fratres Capuccini apud Cisalpinos in ſexdecim Srationibus iàm per vndecim inæg a luſtra excubantes, & laboriosè Italicas fores aduerſus Occiduos fures cuſtodientes Pro quorum Apoſtolani conſeruando, & promouendo, Apoſtolicis Operarijs fouendis, & in neceſsitatibus, ſiuè indigentijs iuuandis, hic Sacerdotalis S. R. Eccleſię Prælatorum conſeſſus & peculiaria nonnulla edidit Decreta, & pecuniaria quædam ſuppeditauit ſubſidia, hoc Calculo ſuis numeris ſignanda.

Ann. Chri. 1623. 1624. 1625.

Sacra Congregatio de Propaganda Fide mire fructificat Eccleſiæ.

III. Poſtquàm per Eminentiſsimi Sauli Cardinalis (vt ſupra dedimus) litteras, de cuiuſlibet Religionis quarumlibet Miſsionum ſtatu, & conditione ab initio ſuæ inſtitutionis inquiſiniſſet Sacra Congregatio de Propaganda Fide anno Domini 1622. hoc rurſus anno 1626. pro continuanda eadem inquiſitione, ſiue tranſmittenda relatione, Ordinis Capuccinorum Miſsionum Præfectis per proprium Procuratorem Generalem intimandum mandatum, ſiue ſubſequens ſtatuit Decretum.

Ann. Chri. 1626.

Decretum Sacra Congregationis de Propaganda Fide, habita die IV. Maij MDCXXVI.

Sacra Congregatio mandauit per Procuratorem Generalem Capuccinorum Præfectis Miſſionum ſuorum Religioſorum præcipi, vt ſingulis annis ad minus de eorum geſtis, &

Tranſmittenda ad Vrbem ſingulis annis relatio Miſſionum.

in conuerſione Hæreticorum, vel Infidelium progreſſibus relationem ad Vrbem mittant.

L. Cardinalis Ludouiſius Præfectus.

Locus † Sigilli.

Franciſcus Angeli Secretarius.

Pro ſufficienti verò ſupraſcripti ſtatuti executione ſeruabitur tranſmiſſa methodus, vt referant, & informent. IV.

Primò, De numero Miſſionum, & Miſſionariorum.

Secundò, De loco, ſiue locis in quo, vel in quibus reſident Miſſionarij.

Tertiò, De conditione, ſitu, & ſtatu regionis in quo Apoſtolantur.

Quartò, De cuiuſlibet Miſſionis peculiaribus indigentijs, & exigentijs, nempè ſi recentium plurium Cooperariorum noua Miſſione opus ſit.

Quintò, Si Euangelicis Operarijs, qui fideliter in Apoſtolico opere laborant, Eccleſiaſtici Præſules, & Miniſtri congruè, & opportunè ope, & opera præſto adſunt.

Sextò, De ad Fidem redeuntium pauperum, ſiue indigentium receptione, recollectione, & opportuna prouiſione.

Septimò, De numero, ſpecie, ideſt qualitatibus perſonarum, peculiari ſignanter in munere conſtitutorum, vt Procerum, ſiue Miniſtrorum regionis.

Quam perpetuò ſeruandam praxim, ſiue relationis formulam noſtri Ordinis Generalis Procurator vnà cum ſupradicto Canone, à Sacra Congregatione excepto, ad Miſſionum Præfectum admonitus ſtudioſè tranſmiſit.

Accepto igitur Eminentiſſimorum Patrum placito, & præſcripto vt expeditè obſequeretur, & obtemperaret Fr. Ioannes à Montecalerio Pedemontanus Prouincialis, & Apoſtolicus Præfectus, abſoluta Subalpinarum Miſſionum viſitatione, plenariam adamuſſim, & præceptam regulam de ſeptem ſuprapoſitis informatiuis capitibus notiriam, & narrationem complerè deſcriptam Romam ad Sacræ Congregationis prædictæ Eminentiſſimum Præfectum vix aliquibus elapſis menſibus tranſmiſit, quo coram Sanctiſſimo in Conſeriptorum Patrum conteſſu de illa referente, indicatis in ea Eccleſiarum indigentijs, per aliud Decretum prouiderunt, vt infra. V.

Decretum Sacræ Gen. Congregationis de Propaganda Fide coram Sanctiſſimo habita die VII. Decembris MDCXXVI.

Prouiſiones pro variis Miſſionibus,

Referente Illuſtriſs. Domino Cardinali Ludouiſio, Viſitationem octo Miſſionum Capuccinarum in Sabaudia, ſeù Pedemontio exiſtentium Sacra Congregatio decreuit, vt infra.

Primò. Quò ad Miſſionem Vallis Petruxiæ: Mandauit per eos, ad quos ſpectat, reparari Eccleſias, quæ indigent reparatione.

Secundò. Quò ad Miſſionem Vallis San-Martini: Iuſſit præcipi Parocho per eius Ordinarium, vt iuxta ſuam obligationem, Capellanum conducat; & per eos ad quos ſpectabit, & Eccleſias quæ indigent reparatione, reſtaurari mandauit.

Tertiò. Quò ad Miſſionem Caſtridelphini: Mandauit ſcribi Eminentiſſimo Cardinali Spadæ, vt curet per Regem Chriſtianiſſimum eijci Miniſtrum Hæreticum è dicto Caſtro, iuxta Sua Maieſtatis ordinationes.

Quartò. Circa Miſſionem Verzolij: Mandauit futurum Epiſcopum Saluſiarum commoneri, ſuo tempore vt, curet Capellanum adiungi, vel alio modo populo prouideri de alio idoneo Curato.

Quintò. Quò ad Miſſionem Dracanerij: Mandauit futurum Epiſcopum Saluſiarum commoneri, vt de ſufficienti numero Sacerdotum populis dictæ Miſſionis prouideri curet.

Sextò. Circa Miſſionem Aecolij: Iuſſit dictum futurum Epiſcopum Saluſiarum admoneri, vt hanc Miſſionem Operariorum penuria laborantem, per deputationem alicuius Sacerdotis prouideat, & Parochos pauperes illius aliquo modo iuuet.

Septimò. Quò ad Miſſionem Cadralij: Mandauit Archiepiſcopum Taurinenſem admoneri; vt Hæreticorum in Terris eius iuriſdictionis ſubiectis exiſtentium conuerſioni ſariò incumbat, vt Indicij Diuini vltionem in die mala effugere poſſit: & de eadem re reliquos Epiſcopos, & Abbates, qui in Sabaudia, videlicèt in Pedemontana regione curam habent animarum commoneri.

Octauò, & Poſtremò. Quò ad Miſſionem Pancalerij: Sacra Congregatio nperam, & diligentiam Miſſionariorum laudauit, & ſi opus habent aliqua ſtipendio ad illam ſuſtentandam, id ſignificent, quia illud aſſignabitur.

Cum Paduanæ Vallis, & Villæ homines ſupplices libellos, pro nouo intrà ſuos lares Capuccinorum Apoſtolatu obtinendo, & erigendo Sacræ Congregationi VI.

de Pro-

Ann. Chri. 1626 1639

de Propaganda Fide porrexissent; annuerunt Patres Conscripti, & de supplicata, & concessa erectione, atque institutione perficienda, de auctoritate Sanctissimi, Taurinensi Reuerendissimo Nuntio per litteras mandarum miserunt (vt proprijs numeris signauimus) anno 1626 Sieuti & anno 1639 libenter ijdem Eminentissimi Prælules congregati coram Sanctissimo postulationes, & pias interpellationes Reuerendiss. Episcopi Nicienſis, pro noua Capuccinorum Missione in sua Diœcesi constituenda supplicantis admiserunt, & decreuerunt vt infra.

Mandat Missionem in Paduana Valle

Decretum Sacra Congregationis de Propaganda Fide habita die XVII. *Ianuarij* MDCXXXIX. *Coram Sanctissimo.*

Referente Eminentissimo Domino Cardinale Pallotto litteras Episcopi Nicæa, pro noua Missione Fratrum Capuccinorum instituenda, proprijsq; ipsius Episcopi sumptibus manutenenda, in locis suæ Diœcesis iuxta Hæreticos sitis, quibus ob carentiam Sacerdotum consulere per seipsum nequit.

Sacra Congregatio petitioni Oratoris annuit, & iussit agi cum Procuratore Generali Capuccinorum pro deputatione Prefecti, & Missionariorum.

Missionem nouas admittit in Diœcesi Nicienſi.

Franciscus Ingolus Secretarius.

VII. Quò autem instituti Capuccinorum Apostolatus regimen, & administratio recto, & congruo pacifico ordine, & directione procederet; Sacra Congregatio pro remotione, siue mutatione tùm Præfectorum, tùm Operariorum, infrascriptum promulit Canonem, in cunctis regularibus dispositionibus seruandum.

Decretum pro Missionibus Capuccinorum editum die decima octaua Iulij MDCXXXIX. *reformatum iuxta placitum Sacra Congregationis Propaganda Fidei sub die decimaseptima Septembris* MDCXXXIX.

Referente Eminentiss. Domino Cardinale Spada, in remotione Missionariorum, vel etiam Præfectorum à Missionibus prædictis facienda per Prouinciales, & Definitores prædicta, obseruandum esse Decretum Generale editum circa remotionem Missionariorum: & si aliqua ex causa non sit publico reuelanda Sacra Congregationi, sint remouendi ipsi Præfecti, vel Missionarij; illa significetur Eminentissimo Protectori Capuccinorum pro tempore, aut alteri Cardinali à Sanctissimo deputando, quibus simpliciter Sacr. Congregatio facultatem eum remouendi concedit in casibus, in quibus ex prædicto Decreto prædicti Prouinciales, & Definitores non poterunt, nisi consulta Sacra Congregatione, eosdem Præfectos, & Missionarios remouere, &c.

Ann. Chr. 1639

Dispositio pro remotione Missionariorum.

Franciscus Ingolus Secretarius.

VIII. Quoniam verò nonnulli Subalpini Antistites indiscretè zelantium, ne dicam æmulantium, assiduis suasionibus impulsi, pro Capuccinis Missionarijs Concionatoribus pariter & confessoribus Ordinarij examinationi subijciendis apud Romanum Summ. Pontificem iamdiù diuersimodè, & studiosè laborabant: ab his non viquequaq; rationabilibus laboribus Apostolicos Capuccinos Operarios vt liberarer; Pedemontanos Missionarios à suo Præfecto, & Prouinciali, atq; Procuratore Generali approbatos, Sacra Congregatio per se immediatè nominatim comprobauit, sequenti emisso Decreto.

Decretum Sacra Congregationis Generalis de Propaganda Fide habita die tertia Iulij ann. MDCXXXXV.

Ann. Christi 1649

Referente Eminentiss. Domino Cardinale Ginetto: Sacra Congregatio inter Missionarios Capuccinos Pedemontis infrascriptos Fratres à Prouinciali Pedemontij, & Procuratore Generali Capuccinorum approbatos adscripsit, &c.

Huiusmodi igitur suo edito oraculo Conscripti Eminentiss. Patres, quid in hac re obseruandum sentiant, præscripserunt.

Ipſamet Sacra Congregatio aliquoties de locorum Miſſionum, Eccleſiarum, ſiuè Eccleſiaſticorum Operationum indigentijs à Præfectis ſiuè ab ipſis Miſſionarijs per litteras admonita, ſiue per ſupplices libellos interpellata, & rogata nonnulla pecuniaria ſubſidia pro releuandis indicatis neceſſitatibus, vel perficiendis Templorum inſtaurationibus, ſuppeditauit: quoties verò, quantum, vel quando quia plenariè non accepimus, ideò diſcretè non numeramus: illud autem pro indubitato calculamus, quod in opportunitatibus, ſiuè neceſſitatibus cunctis Euangelici noſtri Operarij Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, pro expugnanda perfidia frequenter, & fidentes recurrunt, & confugiunt ad aſylum, & propugnaculum, pro Summi Hierarchæ præſertim recipiendis oraculis. IX.

APPENDIX

Reuerendiſſimi Franciſci Ingoli, Sacræ Congregationis Gen. de Propaganda Fide Secretarij, ab anno 1640. ad ann. 1648.

SIcuti Purpurati Præſules Sacri Senatus de Propaganda Fide Præſides, & Collaterales Iudices operi religioſo aſſidentes, ſingulari ſtudio, & peculiari affectione pro propagãda, & propugnãda Fidei religione eniteutes, Apoſtolicos pugiles perpetuò proſequuntur; ità huic Cardinalitio conſeſſui interuientes, & miniſtrates Prælatis maiorum tuorũ præclaris veſtigijs inhærentes, Capuccinos fideles Miſſionarios, & Operarios humaniori benignitate, & charitatis benigno amplexu complectuntur: inter quos non infimum, immò primum locum ſibi iuremetitò vindicat Reuerendiſs. D. Franciſcus Ingolus, ipſius Sacræ Congregationis Archigraphus: qui vt erat vir religioſiſſimus, apprimè zelum legis, & religionis zelabat, vnde pietatis Orthodoxæq; Fidei promotores ſicuti toto corde diligebat, ita operum, & beneficiorum exhibitione, & præſtatione reali dilectionem ſuam haud fucatam, immò confirmaram, & perfectam proteſtabatur. I.

Tutelaris beneficus Apoſtolicorũ Operariorum.

Huius igitur proteſtationis teſtimonium humaniſſimę ab eo ad Præfectos, ſiuè Miſſionarios ipſos Capuccinos datæ litteræ, ſiuè redditæ reſponſiones ſequentes tollantur. II.

Ann. Chri. 1640.

Al Molto Reu. Padre il Padre Prouinciale de Frati Minori Capuccini di Piemonte, Torino

Molto Reuerendo Padre S'*hebbe la relatione dello ſtato delle Miſſioni de Capuccini di Piemonte con le lettere di V. P. dateci dal P. Procuratore Generale. Quanto al mutar coſa alcuna nelle ſudette Miſſioni; non dubiti che ciò ſucceda ſenza ch'ella ſia ſentita: Circa la remotione de Miſſionarij, hauendo la Sacra Congregatione fatto decreto, che ſolo li Prefetti delle Miſſioni poſſano per grani cauſe rimouerli, quello è neceſſario d'oſſernare; e perche ordinariamente nella Religione de Capuccini de'li Miſſionarij ſono Prefetti i Prouinciali, pare à me che V. P. non habbi occaſione di domandare alla Sacra Congregatione altra autorità: il che ſerua à V. P. per auiſo, & à me per fine, col quale le baccio le mani. Roma li 14. Genaro 1640.*

D. V. P. M. Ren.

Affettionatiſs. Seruitore
Franceſco Ingoli.

Nihil innouetur abſque Præfecti participatione.

In Capuccinorum Apoſtolatum propenſiſſimum quidem ſuum conteſtatus eſt animum Reuerendiſſimus Ingolus, & pius Franciſcus, bona multa præſtando, & frequentioribus beneficijs, etiam pecuniarijs ad centum aureorum valorẽ aſcendentibus, Minoritas Stationarios cumulando, congruas, opportunaſque per temporum, & locorum differentias expoſtulatas prouiſiones reportando, & tranſmittendo. Verùm enimuerò Seraphico Patriarchæ Franciſco, cuius nomine gloriabatur, ſui cordis intima dedicata, & ſacrata euidentiſſimè proteſtatus eſt, dum duorum potentium Clericorum calumnias, & excogitatam oppreſſionem à Franciſcanis alumnis auertere, & impedire totis viribus enixus eſt. Calumnioſas namque, & Capuccinis iniurioſas ſibi tranſmiſſas litteras ſecretò aſſeruauit, & Ordinis Generali Procuratori conſignauit, vt illis Pedemontium Prouinciali, & Præfecto Miſſionum communicaris, vterq; ſimul ſuos religioſos ſubditos ab excogitatis impoſturis vindicarent, ſicuti ex-tempore, & adequatè reſpondentes, & obiecta diluentes, immò retorquentes effecerunt. Calumniantiũ articulorum, & luſtifi- III.

Pecuniaria ſubſidia ex proprio ſuppeditat.

Ann. Chri. 1644. 1645. 1646. 1647.

Calumniar, & oppreſſionem auertit.

cantium

eantium responsionum tenorem, pariter & auctoris nomen consultò reticentur. Hoc vnũ dixisse sufficiat, quod religiosi Fracisci patrocinio, & iusta tutela Capuccinorum Missionariorum religiosa fama, & æstimatio Sarta tecta q; perseueraust.

VI. Verum considerabilius est, quod sequitur, & quod pro coronide huic appendici imponimus. Nimirum Abbatialis Pinerolensis quidam Generalis, & Regularis Vicarius visitandi Capuccinorum Missiones, in propria Abbatiali Iurisdictione constitutas, auctoritatem sibi vsurpare tentaret; Præfectus Missionum, & Prouincialis Capuccinorum Minister, cui ex hoc duplici indicato in nomine titulo competit huiusmodi Euangelicarum & Stationum, & Stationariorum religiosorum perlustratio, de recentis huius Vicarij haud rationabili, hactenùsq; inaudita prætensione benignum suum tutelarem Ingolum admonuit: ille verò facto verbo cum Sacræ Congregationis Eminentiss. Patribus, fauentem, & memorabilem sequentem reddidit responsionem, & Fratri Augustino Sauilianensi tunc Prouinciali Ministro transmisit oraculum.

Al Molto Reu. Padre, il Padre Prouinciale de' Frati Minori Capuccini di Piemonte. *Torino*

Molto Reuerendo Padre *IL Vicario Abbatiale di Pinarolo, senza special ordine di questa Sacra Congregatione non può visitare cotelle Missioni de' Capuccini: & che ciò sia vero, potrà il detto Vicario accertarsene sia quello che fù fatta coll'antecessore, che per poterle visitare domandò la soprainteudenza*

Ann. Chri. 1648. *delle Missioni, & de regolari che si trouano nella Diocesi di Pinarolo, & la fù con particolar ragione di merito con questa Santa Sede concessa detta soprainteudenza per trè anni con la taxatura (tantum) come vedrà dall'aggiouto decreto, che mando à V. P. acciò se ne serua, non aggionger al sudetto Abbatial Vicario, che la Sacra Congregatione hà tanto Missioni per il Mondo, & che non sono visitate se non in pertinentibus ad mores, & di capsnam regolarem, da loro Superiori, & in pertinentibus ad Missionem, dal solo Prefetto, che perciò si fa in ciascuna, ne alcun Vescouo hà mai preteso la visita delle Missioni, ne anco di esaminarli, come pretendeua l'Arciuescouo di Torino, al quale essendasegli scritto, che quei soggetti, che sono approuati dalla Sedia Apostolica, non deuono sottomettersi all'esame de gl'Ordinarij, ma sa o basta che li mostrino le loro patenti, ò decreti, e li dimandano il cosenso d'esercitare le loro fontioni Missionali; si quietò il sudetto Arciocscouo. Et qui per fine prego d V. P. l'anno nuouo, mi raccommando alle soe orationi, & le baccio le mani. Roma li 26. Decembre 1648.*

Refellit inanes prætensiones visitandi Missiones, & Missionarios examinandi

D. V. P. M. Ren.

Affettionatiss. Seruitore
Francesco Ingoli.

DE ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D. APOSTOLICIS NVNTIIS TAVRINENSIBVS RATIOCINIVM TERTIVM.

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Tres :

Apoſtolicorum Numiorum multipliciratem diſtinguit, & principium aſſignat Præambulus.

Num. I.

Nuntiorum Apoſtolicorum naturam, nomen, & officium clariùs explicat Præambulus.

Num. II.

Taurinenſium Nuntiorum qualitates, & in Capuccinos Miſſionarios poteſtatem, & auctoritatem ſignat Præambulus.

Num. III.

Calculus Primus.

Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Iulij Cæſaris Richardi, Taurinenſis Nuntij, ab anno 1595. ad ann. 1601.

Calculus Secundus.

Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Conradi Tartarini, Taurinenſis Nuntij, ab ann. 1601. ad ann. 1602.

Calculus Tertius.

Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Pauli Toloſæ Taurinen. Nuntij, ab ann. 1602. ad ann. 1607.

Calculus Quartus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Petri Francisci Costæ, Taurinensis Nuntij ab anno 1607. ad ann. 1625.

Calculus Quintus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Laurentij Campeggij, Taurinensis Nuntij ab anno 1625. ad ann. 1628.

Calculus Sextus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Alexandri Castracani, Taurinen. Nuntij ab anno 1628. ad ann. 1634.

Calculus Septimus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Fausti Caffarelli, Taurinensis Nuntij ab ann. 1634. ad ann. 1641.

Calculus Octauus

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Gasparis Cechinelli, Taurinensis Nuntij ab anno 1641. ad ann. 1644.

Calculus Nonus

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Ioannis Baptistæ Landi, Taurinensis Nuntij ab ann. 1644. ad ann. 1646.

Calculus Decimus

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Alexandri Crescentij, Taurinen. Nuntij ab ann. 1646. ad ann. 1658.

Appendix.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Episcopi Carpentoratensis, Nuntij, & Vicelegati Auenionensis.

DE ILLVSTRISS ET REVERENDISS D. D. APOSTOLICIS NVNTIIS TAVRINENSIBVS

Qui fundando, & protegendo Capuccinorum Apostolatui in Cisalpinis cooperati fuerunt.

RATIOCINIVM TERTIVM.

Apostolicorum Nuntiorum multiplicitatem distinguit, & principium assignat Præambulus.

Num. I.

Barbosa de Iure Eccles. vniuers. lib. 3. cap. 9.

APostolicæ Sedi non solum Cardinales inseruiunt; sed etiam Legati, & alij, quos Nuntios ipsa Sedes appellat, quorum opera vtitur, & auxilio. *Legatus Apostolicus a Sede sic dicitur, cui à Summ. Pontifice certa Ciuitas, vel Prouincia committitur gubernanda, & sibi vices Papæ gerit, ac ordinariam obtinet iurisdictionem. Legatorum autem Apostolicæ Sedis esse possunt species. quidam enim ab ipso fonte emanant, scilicet Cardinales qui de latere, Papæ cum semper assistunt, mittuntur, & propterea Legati de latere nuncupantur. Alij sunt Legati, qui non emanant, sed constituuntur, & eis specialiter aliquid committitur exequendum, ille enim quem non Cardinalem mittit Pontifex cum potestate legationis, aliquo certo negotio ad aliquos Principes, Nuntius appellatur: exemplum sit in Nuntijs Franciæ, Hispaniæ, Poloniæ, Venetiarum, Neapolis, Sabaudiæ, Florentiæ, &c. sed qui à Summ. Pontifice ad Ciuitatem, vel Prouinciam Ecclesiæ regendam dirigitur ab aliquo potestate legatus, qui nec sit Cardinalis, non habet Legati nomen, sed dicitur Gubernator, & habet ordinariam tantummodo iurisdictionem, quo ad regimen Ciuitatis. Qui verò ad certam causam mittitur terminandam, aut ad quædam minora negotia, Commissarius Apostolicus dicitur. & omnes isti largè possunt vocari legati, quin omnis ab alio missus, Legatus dicitur. Tertio sunt Legati, qui nec emanant, nec constituuntur, sed officium hoc habent dignitati connexum, & Legati nati dicuntur: quia cum dignitate, quam acquirunt sunt ipso iure Legati vt Cantuariensis Archiepiscopus, & Eboracensis in Anglia, Rhemensis in Francia. Habent autem Legati omnes, & Nuntij prælegium in Iure communi, de quo in cap. Accedentes de præscrip. Quod sunt ab omnibus honorandi, ac dignè recipiendi, tamquam Summi Pontificis vices gerentes, & in eundo, & redeundo in suis necessitatibus adiuuandi, qui verò contra tyrannicè præsumpserit; est panis Canonicis puniendus, & ipso iure excommunicationem incurrit, & Terræ illius interdicto Ecclesiastico subiacet.* Hactenus Barbosa de Legatis, & Nuntijs Apostolicæ Sedis. Qui de Legationis fine in fine capitis sequenti addit: *Legatio verò finitur quatuor modis enumeratis à Glos. primo finito tempore cui data, si ad certum tempus fuerat destinata: secundo morte ipsius Legati: tertio quando Papa Legatum reuocat; quarto quando Legatus Prouinciam sibi demandatam egreditur animo, & voluntate nunquam redeundi ad legationem; quando scilicet facultatem habet à Papa legationem finiendi. Legationis officium reale, scilicet annexum dignitati, vt in Legato nato, nunquam expirare solet, etiam desiscente persona cum conjuncta in dignitate.*

Nuntius qui appellatur.

Commissarius Apostolicus.

Quot modis finiatur legatio.

Nuntiorum Apostolicorum naturam, nomen, & officium clarius explicat Præambulus.

Num. II.

IOannes Azorius eruditissimus Theologus Canonista Societatis Iesu, de officio, & potestate Legati Apostolici infra transcripta facilius, breuius, & explicatius edisserit: *Tria Apostolicorum Legatorum genera colligunturi alij enim sunt, qui dicuntur Legati à latere: alij Legati nati: alij verò Nuntij Apostolici, siue Missi. Legati à latere dicuntur Cardinales, quos Romanus Pontifex ex Vrbe, & Curia Romana mittit vel ad certam Prouinciam administrandam, vel ad negotia cum Regibus, Principibus, aut cum aliqua Republica tractanda. Qui ideo dicuntur Legati à latere, quoniam quasi à latere Pontificis, cui assistunt, mitti solent. Legati nati dicuntur Antistites, qui ratione Ecclesiarum, quibus præsunt, Legati Apostolici nuncupantur, & officium habent: & ideo nati dicuntur, quia statim vt Ecclesijs suis præficiuntur, & creantur Præsules, id muneris, & officij nanciscuntur; vt in Anglia Archiepiscopi Cantuariensis, & Eboracensis: in Francia Rhemensis, Lugdunensis. in Africa olim Carthaginensis. Tandem Nuntij, siue Missi Apostolici communi vocabulo dicuntur qui Cardinales non sunt, sed Antistites missi à Pontifice ad Reges, vel Principes, vel aliquam Rempublicam duabus de causis, vel ad negotia aliquo agenda, & expedienda, vel vt tanquam Apostolici Iudices delegati cersos aliquas causas in ipsorum Principum Curijs cognoscere, & iudicare possint. Vox Legati communis est Legatis à latere, natis, & missis. Quæritur, quid sit Legati munus, & officium? & capite Legatos, de officio Legati in sexto, sic habetur: Legatos quibus in terris Pontificis commissorum Legationis officium, vt ibidem excellatis, & dissipent, & placeat, atq; Pontificiarum sibi commissarum, ad instar Proconsulum, cæterorumq; Præsidum, quibus certe sunt decreta Prouinciæ moderandæ, ordinarios reputantes. Si quæras an Legati iurisdictio sit ordinaria, an delegata? Respondeo esse ordinariam, eam capite citato, Legato dicuntur esse Ordinarij, non delegati.* Barbosa loco cit. addit: *Aliquotiens Summus Pontifex mittit inferiorem, qui non est Cardinalis, nec Legatus, sed Nuntius nominatur, adiecta in eius facultatibus hac clausula: cum potestate Legati à latere, qua de stylo Curiæ Romanæ, consuetis adijci modernis Legatorum, qui fimbriam vestimenti Papæ tetigerunt, sed qui ab eo mandatum viua vocis oraculo receperunt.* Atque cum prædicta potestate Legati à latere emitti consueuerunt Reuerendissimi Nuntij Taurinenses.

Apostolicorum Taurinensium Nuntiorum qualitates, & in Capuccinos Missionarios potestatem, & auctoritatem signat Præambulus.

Num. III.

QVam autem, & qualem in Capuccinos Missionarios, eorumq; Missiones potestatem, auctoritatem, siue iurisdictionem exerceant, vel exercere valeant Reuerendiss. Taurinenses Nuntij; ex supra citatis Doctoribus, simul & ex supra adductis doctrinis aperte deducere possumus sic reducendo: Omnis iurisdictio, siue auctoritas, vel est ordinaria, vel delegata, & extraordinaria, vtraq; in Missionarios Capuccinos pollent Reuerendiss. Nuntij Taurinenses cum hac distinctione.

Primò enim de Iure communi, Ordinariam eam super Capuccinos Pedemontani Principatus potestatem habent, quam inter cæteros religiosos, & regulares eiusdem Sabaudi Ducis totius Dominij communiter exercent.

Secundo, Ordinaria eadem in Capuccinos Missionarios pollent potestate, qua de Iure communi vniuersi Sedis Apostolicæ Nuntij in sibi subiectis Missionarijs per reliquas Christiani Orbis Prouincias vruntur. Quæ tribus præcipuè capitibus continetur, nempè I. Auctoritate Apostolica Missiones fundare, & Missionarios ordinariè mittere. II. A Præfectis Missionum oblatos, aè præsentatos religiosos approbare. III. Eiusdemmet approbatis, & missis congruam, & necessariam alimoniam de ære Cameræ Apostolicæ opportunè, pro locorum, temporum, & personarum exigentia sufficienter subministrare.

Tertio, Ea ipsa etiam censetur ordinaria auctoritas Nuntiorum in Apostolicos viros, quam vel in facultatum confectis diplomatibus Missionarijs datis, vel in solitis instructionibus ipsis Apostolicis Reuerendiss. Nuntijs à Curia Romana exhibitis consueuit exprimi, & ordinariè concedi.

Legatorum tria genera. Legati à latere.

Legati nati.

Nuntij Apostolici.

Legatorum munus, officium, & potestas ordinaria.

Barbosa vbi supra num. 3. Nuntij Tauri nenses eum potestate Legati à latere mittuntur.

Duplex potestas ordinaria & delegata.

Quartò, Illam verò non ordinariam, sed delegatam potestatem nuncupandam censeo, quam extraordinarijs quibusdam in casibus, & indigentijs, cum limitatione numeri, loci, & temporis, vel personarum, de iure speciali facta sibi subdelegandi facultate, Missionarios rories, quoties requisiti fuerint; vel bene sibi videbitur communicare, vel extraordinarie mittunt modo non consuero.

Ad Sabaudæ Ducem mittuntur Nuntij cum potestate Legati à latere.

Ad Regiam ergo Allobrogum Ducum, & Pedemontanorum Principum Celsitudinem a priscis temporibus, nempe ab immemorabili Sedis Apostolicæ Nuntij Ordinarij mitti consueuerant Episcopi, vel Archiepiscopi, aliquando vero etiam Cardinales: qualis fuit Vincentius Laureus Cardinalis Montregalensis, qui prius per annos ordinariam Legationem apud Sabaudum Ducem administrauit. Mittuntur etiam modo Nuntij cum auctoritate Legati à latere, cum quà à Clemente VIII. emissus venit Reuerendiss. Archiepiscopus Barriensis, Iulius Cæsar Richardus, qui de mandato Sanctissimi, accepto per Cardinalis Sanctæ Seuerinæ nostri Ordinis Protectoris epistolam Vluæ vocis oraculo, Capucinorum Apostolatum in Subalpina Gallia fundauit, stabiliuit, & propagauit.

Ann. Chri. 1595 1596.

CALCVLVS I.

Illustriss. & Reuerendiss. D. Iulij Cæsaris Richardi Taurinensis Nuncij Capuccinorum Apostolatus Fundatoris ab anno 1595. ad annum 1601.

I.

A Clemente VIII. tunc Romæ sedente ad Carolum Emmanuelem I. Subalpinum Principem in Taurinis eodem tempore Dominantem eum Legati à latere auctoritate (sicuti Dominus Præpositus, & Generalis Vicarius Abbatialis Pinerolien sis Reginaldus Ressanus suo in exarato diplomate, proprio loco describendo, testatur) destinatus Taurinensem Nunciaturam Apostolicam administrabat Renerendiss. Archiepiscopus Barriensis Iulius Cæsar Richardus, quando Fr. Valerianus Berua præclarus Capuccinus Theologus, & Declamator Ecclesiastici Spiritualis Regni excidio in Cisalpinis vt occurreret, Perrerij, Peruxiæ, & Lucernæ ab hæretica tum impietate depraua tas, tum vsurpatione occupatas regeminas Conualles ingredi, & Euangelicæ prædicationis vibrato mucrone aggredi in sum animum induxerat. Quem zelotis Minoritæ & generosum zelum, & Religiosum propositum ab eodem Capuccino zelantissimus & ipse Apostolicæ Sedis Minister, & Nuncius cum intellexisset; obuijs vlnis vltroneum strenui Pugilis pro Religione obsequium excipiens, acceptans, & comprobans, ad præexcogitata perficienda pia molimina, ex tunc pro semper omnem suam opem, & operam pollicitus est. Quapropter extemporè & de Catholici cultus cessatione, & de opportuna à Capuccinis excogitata, & oblata instauratione per suas litteras Romanum Hierarcham certiorem fecit, necessarium opus manifestauit, & spontaneum Operarium commendauit: hinc q; Fratrum Minorum Capuccinorum perutilem, immo pernecessariam Missionem indicauit, atque ab Apostolica Sede instituendam in Subalpinis cuixe postulauit.

Opem, & operam Capuccinis operarijs pollicetur.

Ann. Chri. 1595.

Cum igitur vniuersalis Ecclesiæ supremus Pastor Clemens, gratissimo accepto Nuntio, postulatis libentissimè annuisset, oblationem acceptasset, simul & oblatum opus, ac ministerium Vluæ vocis oraculo lætanter comprobasset; pro instituendi Apostolatus felicioribus auspicijs, Reuerendum D. Abbatialem Generalem Vicarium, Præpositum Ressanum, patrem & Fr. Valerianum Pinerolien sem Capuccinum Guardianum ad primum in schismaticas præindicatas Conualles Peruxiæ, & Perrerij ingressum, & recuperandarum Parochialium Ecclesiarum primarium, & præcipuum progressum auctoritate Apostolica ipse Reuerendiss. Nuntius delegatos destinauit: quod cum ita prima accessione, & aggressione felicitèr satis, sed periculosè, & laboriosè valde illi absoluissent, ipsique per nouas epistolas Romanæ Curiæ annunciasset; per Sanctæ Seuerinæ Cardinalis, nostri Ordinis Protectoris Vigilantissimi litteras Romanus Pontifex Clemens Reuerendiss. Taurinensibus, & Nuntio, & Inquisitori transmisit in mandatis, vt Capuccinis à se Missionarijs in Cisalpinis illis Oris constituris congruas ad instituendum Apostolicum ministerium inibi exercendum suo nomine, & auctoritate, opportunasque concederent facultates. Quare præfatus solicitus Antistes, & supremæ Sedis Minister exemplo ad se connocatis, & congregatis Reuerendiss. Taurinensibus Archiepiscopo, patrem & Inquisitore, nec non Prouinciali Capuccinorum Ministro Fr. Gabriele Catalensi per expeditum nuntium aduocato, conuoca-

II.

Delegat per. Inquisitores Conuallium hæreticarum

Ann. Chr. 1596.

tis etiam R.R. PP. Societatis Iesu, Capuccinisque quibusdam Sacris Oratoribus, præcipuè ipso Fr. Valeriano Berna cum strenuissimo Collega Fr. Mauritio Murrensi præclarorum prædicatorum Patrum consessui Sanctissimi mentem, & mandatum de Iesuitarum, & Capuccinorum Canonicè instituendis, pro Subalpinis Vallibus ab Hæreti reducendis, Apostolicis Missionibus aperuit: sibi datas à Romana Curia ad hoc litteras publicè perlegendo. Inde de communi grauissimorum Præsulum congregatorum consensu, Iesuitis Lucernensi, Capuccinis verò (sub Fr. Valeriano collata immediata præfectura) Perreriana, & Petruxina Conuallibus distributis, & assignatis; ipse Reuerendiss. Nuntius, Taurinensisque Pater Inquisitor, dato communi diplomate, Apostolica auctoritate concesserunt Capuccinis Missionarijs facultates, vt infra.

Institutio Missionarijs Valle distributio, & litteræ cedit.

Iulius Cæsar Richardus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Barensis, Sanctiss. Domini Nostri D. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. & eiusdem Sanctæ Sedis apud Serenissimum Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuncius. Et Fr. Bartholomæus Roccha de Pralormo Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Doctor, Inquisitor Generalis Taurini, Fossani, & Niciæ contra Hæreticam prauitatem à Sancta Sede Apostolica specialiter Delegatus.

III. Anno Christi 1596.

Facultates absoluendi, & reconciliandi

Dilectis nobis in Christo Reuerendis Fratribus Valeriano à Pinerolio, & Bernardo à Porta-Mauritio, ac Mauritio Murrensi, & Paulo Papiensi, Philippo Pancalerensi, & Gabrieli à Monzecalerio, Stephano Campolarensi, & Paulo de Vicomoro Sacerdotibus Capuccinis Salutem in Domino: De vestra doctrina, fide, & deuotione confisi, Vobis tenore præsentium committimus, & mandamus, vt quosque Hæreticos, & à fide Catholica, & Apostolica alienos, ad vos sponte venientes in Vallibus Demontes, Lucernæ, & aliis, ad quas missi fueritis, recipere, & in gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac ab excommunicatione, aliisque sententijs, Censuris, & pœnis Ecclesiasticis in Foro conscientiæ, & in confessione Sacramentali recipere, absque aliqua scripturæ absolutionis in forma Ecclesiæ consueta, & Sacramentis Ecclesiæ sacro unctis, & vario filo iam integrè resignare habeatis, & debeatis: Quoniam in præmissis, & circa ea dependentia vobis plenam impartimur potestatem, vi præsentium litterarum Apostolicarum nostrarum directarum. In quorum fidem has nostras propria manu firmatas fieri, & subscribi iussimus, sigilloque nostro, & Sancti Officij respectiuè debitè muniri. Act. & Dat. Taurini die tertia mensis Maij Ann. 1596. Pontificatus eiusdem D. N. Papæ anno V.

Iulius Cæsar Archiepiscopus Barensis Nuncius.

Fr. Bartholomæus Roccha de Pralormo Inquisitor Taurini.

IV. Primaria igitur hac Apostolica auctoritate, & facultate præmuniti egrediuntur ad Euangelicum opus viri Apostolici emissi Fr. Fr. Valerianus, & Mauritius supra recensiti, qui cum per biennium valdè irrumpentes inter aduersarios operati fuissent; Reuerendiss D. Taurinensem Nuntium de nonnullis vrgentioribus emergentibus commonefecerunt per litteras, quibus ipse acceptis, expedite, & humaniter respondit, vt infra.

All' Molto Reu. Padre Valeriano da Pinarolo Capuccino della Missione del Pere, o Perosa.

Molto Reu. Padre come Fratello HO riceuuta la sua de 8. Riuo stabe li PP. Capuccini delle Valli possano confessare indifferentemente, & assoluer gl'Heretici in vtroque Foro, & mando à V. P. la copia della lettera, che ho riceuuta dal Sign. Cardinale di Santa Seuerina, acciò possa partecipar con tutti gl'altri Padri Capuccini destinati in questa Missione, & mandarne loro vn'altra copia. Torino li 30. Giugno 1596.

Data non recepta à Patre communicat.

D. V. P. M. Reu.

Affettionatiss. tuus Fratello Amorenole
Giulio Cesare Arcinescouo di Bari.

Zelans hic Reuerendiss. Antistes Orthodoxę Ecclesiæ in Subalpinis his oris collabentis, ne dicam iàm ferè collapsæ instaurationem, pro strenuis Agonothetis Capuccinis, ad opus emissis confirmandis, & coadiuuandis, quamplurimas suis litteris ad Romanam Curiam datis, indeque responsionibus, & prouisionibus acceptis, Euangelicum opus multiplicitèr conseruare, & promouere laborauit: spirituales exercendæ Missionis facultates, corporales alendi Missionarios subuentiones reportando, & impartiendo per integrum lustrum. Tandem iuxtà Apostolicæ Nuncіaturæ laudabilissimè tempore expleto, vt à se fundatum apud Cisalpinos Apostolicum Sodalitium, nempè Capuccinorum aduersus Ecclesiastici, Regni perduelles pugnantium, Apostolatum stabiliret, atque firmaret; nouissimum authenticum edidit diploma facultatum Missionarijs Capuccinis concessarum confirmatorium, comprobatorium, & declaratorium in suæ institutionis, & fundationis canonicum testimonium, vt sequitur. V.

Iulius Cæsar Richardus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Bartensis, Sanctiss. D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. dictaque Sancta Sedis apud Serenissimum D. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

Attestatio legalis institutionis, & concessionis facultatum Capuccinis subdelegatis.

OMnibus, & singulis has nostras inspecturis, lecturis, & auditurisFidem facimus, & in verbo veritatis attestamur: sicuti in virtute literarum familiarium de ordine præfatæ Sanctiss. D. N. ad Nos per Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalem Sanctæ Sabinæ scriptarum, fuerunt per Nos concessa, & commissa RR. Fr. Fr. Ordinis Minorum Congregationis Capuccinorum, signanter RR. PP. Fr. Fr. Valeriano à Pinerolio, Mauritio Murrensi, & Philippo à Poncalerio Prædicatoribus, & alijs, qui virtute Decreti etiam Apostolici, instante præfato Serenissimo Duce, fuerunt missi de anno 1596 præterito ad Valles Pedemontis procuranda Hæreticorum, & Hæresis extirpatione infrascriptæ facultates, scilicet: Verbum Dei prædicandi, & Euangelium explicandi: Libros Hæreticorum, & eos prohibitos tenendi, & legendi: item Audiendi confessiones Sacramentales quorumcunque pœnitentium Hæreticorum, & in foro conscientiæ eos absoluendo à Censuris, & Excommunicationibus, alijsque sententijs, & pœnis Ecclesiasticis: item Hæreticos ad eos sponte venientes ob abiurandum, etiam relapsos, non tamen insignes (videlicet Monstros, Capitaneos, & Dominos locorum, seu Fundorum) recipiendi, & eorum abiurationes in scriptis redigi faciendi, per Notarium, aut alium personam ab ipsis eligendam, cuius acta in præmissis fides eisdem roborent, attento forma illius approbationis tradita: item Exercendo omnia munia Parochialia, & administrandi omnia Sacramenta in defectum aliorum Sacerdotum, & matrimonio more Hæreticorum facta, in locis, vbi publicatum est Concilium Tridentinum, de vero more Ecclesiastico, etiam dimissis denunciationibus, contrahere faciendi. Cumque indicta Missione idem Pater Fr. Mauricius mox eo cum fructu se gesserit; hinc est quod Sanctiss. D. N. eius personam cum vsitatis facultatibus ad id officium prosequendum vltra Monsec ad partes Tononi, & Gebennensis per totam illam Diœcesim, & finitimas elegerit, vt per litteras eiusdem Illustriss. Cardinalis Sanctæ Sabinæ datas Patri Mauricio scriptas sub die decimaseptimâ Ianuarij proteriti certificatus sumus. In quorum fidem Datum Taurini die decimatertia Maij ann. 1601. Pontificatus Sanctiss. D. N. D. Papæ anno decimo:

Epilogus facultatum concessarum.

Iulius Cæsar Archiepiscopus Bartensis Nuncius.

Locus † Sigilli.

Franciscus Loyra Secretarius.

Ann. Christi 1601.

CALCVLVS SECVNDVS.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Conradi Tartarini Taurinensis Nuntij, Capuccinorum Apostolatus Fautoris per annum 1601.

AB eodem Octauo Clemente Romano Hierarcha ad eumdem primum Carolum Emmanuelem Pedemontanum Ducem in recedentis Archiepiscopi Bartensis locum Foroliuiensis Episcopus D. Conradus Tartarinus Apo-

stoll-

Ann. Chr. 1624.

stolicus ordinatiùs Nuntius destinatus, Taurinum circiter præsentis anni complectum dimidium appulsus est. Vixq; inibi domicilium fixerat, & sibi legatæ Nunciaturæ primordia, siue exordia posuerat, cum accersitis, vel ponte accedentibus Subalpinæ Missionis Capuccinis Sacris Oratoribus à se humanissimè exceptis, acceptatis, & approbatis Sanctis. Patris Clementis mentè expoluit, & sibi a Romana Curia singulariter, & efficaciter commendatum Cisalpinum Apostolatum etiam atq; etiam commendauit: illumq; ad exactè, & perfectè exercendum, ex tempore ampliorum facultatum auctoritate Apostolica amplum diploma concinnatum infrascriptum edidit.

Missiones specialiter commendatas esse voluit.

II.

Conradus Tartarinus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Foroliuiensis, Sanctissimi D. N. D. Clementis Papæ Diuina prouidentia Octaui, & eius Sanctæ Sedis apud Serenissimum D. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

DIlectis Nobis in Christo Fr. Philippo de Pancaleria, Antonio de Sale, Bernardo de Augusta, & Antonio de Rustigno Sacerdotibus Capuccinis Salutem in Domino. Cum à Sanctissimo Domino Nostro inuitum Nobis sit; vt Missiones inceptas ad Propagandam Fidem Catholicam, & Apostolicam Romanam, & ad conuersionem Hæreticorum conficiendas vestra Doctrina, Fide, & dexteritate plurimum iuuissi, per has præsentes in virtute Sanctæ obedientiæ tam iustissimus, & mandamus; quatenus accedatis ad totum Marchionatum Saluciarum, & Valles Pedemontium cum suis dependentijs, & ad alia loca circumuicina, si opus fuerit, & maximè Buscam, ad prædicandum Dei verbum, docendum, & instruendum quoscumq; in Fide Catholica, & Apostolica Romana, & ad eam reducendum, & conuertendum quoscumque Hæreticos, & ubi ea docuerint, & ad alia omnia peragendum, quæ in Missionibus pro Propaganda Fide, & conuersione Hæreticorum agere consueuistis vsque huc, confirmando omnes, & quoscumque auctoritates hactenus vobis concessas ad effectum prædictum, & denuò, quatenus opus sit, extra facultates à Sanctiss. Domino Nostro Nobis concessas, concedendo. Mandantes Vobis vt à locis, ad quæ missi fueritis, pro tempore, ad effectum prædictum sine nostra licentia, nec occasione prædicationis, vel Capitulo, vel alterius seruitij quod vobis iniunctum esset à Superioribus vestræ Religionis recedere non debeatis: & quando huius negotij gratia opus fuerit de locis ad loca transire, vel ad Nos accedere conferendi, vel referendi gratia, quæ circa prædictum negotium occurrere possunt; vt eos possitis facere non expectata alia licentia, seu obedientia vestrorum Superiorum, vobis hac vice tam impertimur. Horantes vos, vt in ministerio ipso nihil omittatis eorum, quæ Christianæ, & Catholicæ pietati, & charitati conueniunt, pro certo scientes non defuturum vobis mercedem ab Optimo, & Misericardissimo Deo. In quorum fidem has nostras manu nostra propria firmauimus fieri, & subscribi iussimus, sigilloque nostro muniri fecimus. Dat. Taurini die trigesima mensis Nouembris ann. 1601. Pontificatus Sanctiss. D. N. Papæ anno Decimo.

Præterita singulariter confirmat, & amplian.

Conradus Episcopus Foroliuiensis Nuncius Apostolicus.

Locus † sigilli.

Flaminius Porrettus Secretarius.

III.

Licèt Apostolicus ille, immò Euangelicus Canon, quo Operarius cibo sibi congruo, & sufficiente dignus declaratur, legitimus inter vniuersa Iura celebretur. Fratres Minores Capucini nihilominùs de publico siue Apostolico, siue Ducali ære, & ærario sibi suppeditatum commeatum, seu stipendium pecuniarium recipere, consuetamq; mendicitatem dimittere hæsitabant, difficulterque admodum remurmurante conscientia (quamuis scrupulosa) acquiescebant. Quamobrem Reuerendissimus de nouo prouisus Taurinensis Nuntius noua prouisione ab obseruantium religiosorum accuratioribus, & timidiotibus conscientijs omnem perplexitatem, & dubietatem remouere voluit, Apostolica auctoritate dispensando, vt sequitur.

Capucini Missionarij pecuniarium commeatum recipere renuunt.

Nos

Noi Conrado Tartarini Vescouo di Forli, & Noncio Apostolico presso il Serenissimo Signor Duca di Sauoia.

Essendo voi P. Fr. Filippo da Pancalieri con li vostri Compagni Capuccini stati mandati da Noi d' ordine Apostolico alla Santa Missione per la conuersione delli Heretici alla Cattolica fede, & per li vostri alimenti assignatini la conueniente provisione: Con quell'istessa authorità vi dispensiamo nella mendicità ordinaria, & in qualsiuoglia altra cosa necessaria per la essecutione di detta Santa impresa, e che potiate ricorrer da chi d'nome di detta Sua Altezza, ò nostro tenerà data elemosina, ò sia provisione assignatavi in far sodisfar quanto si conuerrà per il vostro vitto, vestito, libri, & altre cose appartenenti à voi, & à detta Missione, concedendovi in ciò le facoltà opportune, non ostante qualsiuoglia cosa in contrario. Dat. in Torino li 18. Decembre 1601. Dispensat in mendicitate. Ann. Chri. 1602.

Conradus Episcopus Forolivienſis Nuntius Apostolicus.

Loco † del Sigillo.

Quoniam verò Fr. Valeriano primo Præfecto ad Claustralia munera reuocato, Apostolica Capuccinorum Castra directore proprio destituta Duce carebant: ideo Reuerendiss. Nuncius Taurinensis ex-templo edito rescripto, successorem Præfectum prouidit vt infra. IV.

Conradus Tartarinus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Forolivienſis, Sanctiſs. D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ Octaui, & eius Sanctæ Sedis apud Serenſs. D. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

Dilecto Nobis in Christo Pat. Fr. Philippo de Pancalerio Capucino Salutem in Domino. Cum sit, quod circa opera Sanctæ Missionis necesse sit multis rebus occurrere, & multa ordinare, pro quibus ad nos recurrere difficile est, & mora quandoque damnosa: Propterea de tua integritate, doctrina, & experientia in dicta Missione plurimum confisi, auctoritate qua fungimur facultatem tibi concedimus, & impartimur supermendendi, & superuisendi omnes Fratres tuæ Ordinis Capuccinorum ad dictam Missionem destinatos, & in futurum destinandos, citra tamen Montes, & in illis locis, ad quæ destinati, sive destinandi fuerint, à quibus nos abesse contingit; nec non in omnibus, pro vt necessitas postulauerit, ea adhibere remedia, quæ tibi magis expedire videbuntur, & præsertim in his rebus, in quibus ad nos commodè recursus haberi non poterit. De omnibusq; quæ acciderint, nos quamprimum certiores facias. Mandantes insuper dictis Fratribus qui destinati, & missi, seu destinandi, & mittendi fuerint; quatenus in supradictis omnibus tibi promptè parere, & obedire debeant absque vlla contradictione, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. In quorum fidem has nostras manu nostra firmatas, fieri, & subscribi iussimus, sigilloq. nostro munire fecimus. Dat. Taurini die 20. mensis Ianuarij ann. 1602. Pontificatus eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ anno XI. Ex Philippi Pancalerij Capucini Constitutionibus. Ann. Chri. 1602.

Conradus Episcopus Forolivienſis Nuntius Apostolicus.

Locus † Sigilli.

Flaminius Parretius Secretarius.

Hoc; exarato diplomate nondum suæ Nunciaturę expleto annuali curriculo, mortalis vitæ cursum Taurini consummauit, temporalemq; cum æterna vita commutauit in initio anni 1602.

CALCVLVS TERTIVS

Illustriss. & Reuerendiss. D. PAVLI TOLOSÆ Taurinensis Nuntij, Capuccinorum Apostolatus Conseruatoris ab anno 1602. ad ann. 1607.

I. IDem Supremus Ecclesiasticæ Hierarchiæ moderator Clemens VIII. ad eamdem Taurinensem Nunciaturam in toto eiusdem Pedemontani Principis Dominio exercendam, defuncto Forosiniensi Bouinensem Episcopum in Legationem suffecit, suffectoq; & destinato per Eminentissimi Burghesij Cardinalis litteras Capuccinos Missionarios, & Subalpinas Missiones in primis commendauit. Quamobrem vix ille Taurinum appulsus, occurrentibus, & supplicitèr ad se occurrentibus Apostolicis viris Capuccinis mox describendum dedit diploma inveterum confirmationem, & recentiorum facultatum nouam concessionem.

D. Paulus Tolosa Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Bouinensis, & Sanctiss. D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. apud Sereniss. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

DIlectis Nobis in Christo Reuerendis Patribus Valeriano Bernardi Pauerolio, Philippo de Pancalerio, Iosepho Fossanensi, Ioanni Baptistæ Scalenghensi, & Bonifacio Asiensi, Angelo Aquensi Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Sacræ Theologiæ professoribus salutem. Vt ex facultatibus per Sanctiss. Dominum Nostrum Clementem Papam Octauum vigore litterarum Illustriss. & Reuerendiss. Domini Cardinalis Burgheſij, sub datum Romæ die vndecima mensis Ianuarij anni præsentis, ad Fidei Orthodoxæ propagationem, & Hæresum extirpationem in Vallibus Pedemontanis, & forsan ed alia eiusdem Domini loca, Nobis concessis vberes pro Matre Ecclesia animarum conuersione fructus valeat peregere, & obstaculis Vallis proficiscentibus pro Dei gloria, & animarum salute operatorijs ad impugnandum impias Hæreticorum errores, & elaborandum, vt sic Diabolica fraude decepti ad cor & gremium sanctæ Matris Ecclesiæ reuertantur. De singulari pietate Christianæ charitate, Zelo, ac doctrina vestri plurimum in Domino confisi, auctoritate Apostolica Nobis specialiter, vt præfertur concessa, vt retinere & legere libros prohibitos (quorum indicem ad Nos transmittatis) ac quoscumque impios Calvini Catechismum, ad eius prauam dogmata confutanda, & refellenda, & non aliàs, durante eorum tempore Missionis, Reuerentiam quoque ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ, non tantum extra celebrationis, verumetiam extra quatuor ad vos per id tempus Missionis recurrentium, ac etiam cuiuslibet alterius pœnitentes Sacramentales confessiones audiendi: necnon & Hæreticos, etiam in Foro exteriori absolvendi, & eorum confessiones in scriptis coram Notario, & testibus recipiendi: Præterea quo ad Matrimonia vbi Hæreses impunè grassabantur, absque interpositi Parochi, Catholici, & testium, postquam Concilium Tridentinum extitit specialiter promulgatum a contrahentium Parochia, quod ipsi contrahentes denuo secretò contrahant, dictosque sic contractos matrimonios, & natos ex eis filios legitimos declarare, & ad litem exhibendas, quæ possint in futurum similiter exoriri super legitimatione filiorum, ac bonorum successione, magis expediret se in facie Ecclesiæ denuo solitum coram Parocho, & testibus contrahere, vt perpetuo probari possit matrimonium ipsum, eadem Apostolica auctoritate possitis, & valeatis facultatem plenam tenore præsentium in Domino concedimus, & impartimur. In quorum omnium, & singulorum fidem. has præsentes manu nostra subscriptas per Secretarium nostrum fieri iussimus, & sigillo nostro fecimus impressione munire. Dat. Taurini die 12. Ianuarij 1603.

Ann. Chri. 1603.

Concedit, & confirmat facultates.

D. Paulus Tolosa Episcopus Bouinensis Nuntius Apostolicus.

Bernardus Almericus Secretarius.

QVia verò nonnulli Pedemontani Præsules tum sæculares, tum regulares de nouitate facultatum, ob Reuerendiss. Tartarini Nuntij improuisum interitum (vt dicebant) expiratarum Capuccinos Missionarios coarguebant, & in munificentio perturbabant: Reuerendiss. Dominus nouus Nuntius Episcopus Bouinensis

speciali sibi ad hoc facta, & à Sanctiss. delegata facultate, declaratorium, & confirmatorium authenticum rescriptum, siue infrascriptum promulgauit diploma.

D. *Paulus Tolosa Dei, & Apostolica Sedis gratia Episcopus Bouinensis, Sanctiss. D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. dictaq; Sancta Sedis apud Serenis. Dominum Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.*

Dilecte Nobis in Christo Rev. Pat. Fr. Philippo de Pancolerio Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Salutem in Domino. Alias bon. mem. Conradus Episcopus Forolivienſis predecessor noster, dum in humanis ageret, auctoritate Apostolica, ad Fidei Catholicæ propagationem, & Hæreticorum conversionem tibi, & nonnullis Fratribus eiusdem Ordinis concessit diuersas facultates ad id necessarias, vt per varias eius, & successiuè per alias Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Aldobrandini confirmatorias litteras tenoris vt sequitur: Conradus Tartarinus Dei, & Apostolicæ Sedis gratiæ Episcopus Forolivienſis Sanctiss. D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ Octaui, & eius Sanctæ Sedis apud Serenis. D. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius. Dilectis Nobis in Christo Fratribus Philippo de Pancolerio, Antonio de Sole, Bernardo de Augusto, & Antonio de Ruffignano Sacerdotibus Capuccinis Salutem in Domino. Cum à Sanctiss. D. Nostro Nobis iniunctum sit, vt Missiones incœptas ad propagandam Fidem Catholicam, Apostolicam, Romanam, & ad conuersionem Hæreticorum continuemus; Ideo de vestra doctrina, Fide, & dexteritate plurimum confisi, per has præsentes in virtute Sanctæ obedientiæ committimus, & mandamus, quatenus accedatis ad totam Merchionatum Solutiorum, & Vallos Pedemontium cum suis dependentijs, & si opus fuerit ad alia loca circumuicina, & maximè Buscham, ad prædicandum Dei verbum, docendum, & instruendum quoscumq; in Fide Catholica, Apostolica Romana, & ad eam reducendum, & conuertendum quascumq Hæreticos, & ob ea deuiantes, & ad alia omnia peragendum quæ in Missionibus pro propagando Fide, & conuersione Hæreticorum agere consueuistis vsq; huc, confirmantes annos, & quascumq; authoritates hucusq; concessas vobis ad effectum prædictum, & donec quatenus opus sit, iuxta facultates à Sanctiss. D. N. nobis concessas concedendo. Mandantes vobis, vt à locis, ad quæ missi fueritis pro tempore ad effectum prædictum, sine nostra licentia, nec occasione prædicationis, vel Capituli, vel alterius seruitij, quod vobis iniunctum esset à Superioribus vestræ Religionis, recedere non debeatis, & quando huius negotij gratia opus fuerit de locis ad loca transire, vel ad nos accedere conferendi, vel referendi gratia, qua circa prædictum negocium occurrere possunt, vt hoc possitis facere non expectata alia licentia, seu obedientia vestrorum Superiorum, vobis licentiam impartimur. Hortantes vos, vt in ministerio ita nobis enixatis eorum, qua Christiana, & Catholica pietate, & charitate conuenit, pro certo confidentes nondefuturam vobis mercedem ob Optimo, & Misericordiosissimo Deo. In quorum fidem has nostras manu nostra propria firmauimus, scripsimus, & subscripsimus, sigillogq; nostro munire fecimus. Dat. Taurini die 30. mensis Nouembris 1602. Pontific. Sanctiss. D. N. D. Papæ anno decimo.

Tenor litterarum Illustriss. & Reuerend. Nuntij Tartarini

Ann. Christi 1603.

Conradus Episcopus Forolivienſis Nuntius Apostolicus.

Flaminius Porretanus Secretarius.

Noi Conrado Tartarino Vescouo di Forlì, & Nuntio Apostolico presso il Serenis. Sig. Duca di Sauoia &c. Essendo voi Frate Filippo de Pancaliere, con li vostri compagni Capuccini stati mandati da noi d'ordine Apostolico alla Santa Missione per la conuersione delli Heretici alla Cattolica Fede, & per li vostri elementi assignatami la conueniente prouisione; con quell'istesse autorità vi dispensiamo nella mendicità ordinaria, & in qual si voglia altra cosa necessaria per l'essecutione di deste Santa impresa, & che potiate ricorrere da chi à nome di detto Sua Altezze, ò nostro tenerà detta elemosina, ò sia prouisione assignataui, in far sodisfar quanto si conuerrà per il vostro vitto, vestito, libri, & altre cose appartenenti à voi, & à detta Missione, concedendoui in ciò le facoltà opportune, non ostante qual si voglia cosa in contrario. Dat. in Torino li 18. Decembre. Conrad. Episcop. Forolivienſ. Nun. Apost.

Conradus Tortorinus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Forolivienſis, Sanctiss. D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ Octaui, & eius Sanctæ Sedis apud Serenis. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius. Dilecto Nobis in Christo Fratri Philippo de Pancalerio Capuceno Salutem in Domino. Cum sit, quod circa opus Sanctissimæ Missionis necesse sit multis rebus occurrere,

& multa

& multa ordinare, pru quibus ad uns ruturrere difficile eſt, & mora quandoq; damnoſa: propterea de tua integritate, doctrina, & experientia in dicta Miſſione plurimum confiſi, authoritate, qua fungimur, facultatem tibi concedimus, & impartimur ſuperintendendi, & Superiuritatis omnibus Fratribus cuc Ordinis Capuccinorum ad dictam Miſſionem deſtinatis, & in futurum deſtinandis, citra tamen Montes, & in illis locis ad quæ deſtinati, ſeù deſtinandi fuerint, à quibus Nus abeſſe contingat, necnon in omnibus, prout neceſſitas poſtulauerit, ea adhibere remedia, qua tibi magis expedire videbitur, & præcipuè in his rebus, in quibus ad Nus tum commodè recurſus haberi poterit, de omnibus quæ acciderint, Nos quamprimùm certiores facies: Mandantes inſuper dictis Fratribus, qui miſſi, & deſtinati, ſeu mittendi, & deſtinandi fuerint, quatenus in ſupradictis omnibus tibi prompté & parere, & obedire debeant abſq; vlla contradictione, non obſtantibus quibuſcumq; in contrarium facientibus. In quorum fidem has noſtras manu noſtra firmatas fieri, & ſubſcribi iuſſimus, ſigilloq; noſtrum munire fecimus. Dat. Taurini die 20 menſis Ianuarij anno 1602. Pontificatus eius eidem Sanctiſs. D. N. Papæ anno vndecimo.

Conradus Epiſcopus Forliuienſis Nuntius Apoſtoliens.

Flaminius Perretius Secretarius.

Al Reuerendo in Chriſto Padre Fra Filippo Capuccino, Ren. in Chriſto Padre.

VNa delle cauſe principali, che fà ſollecitare la nuoua elettione di nuouo Nontio in coteſte parti, è l'opera della Miſſione per la conuerſione delli Heretici, la quale non può ſi non poco ſtantialmente (come V. R. dice) ſenza l'aſſiſtenza di chi rappreſenta coſtì la preſenza di Noſtro Signore, tra la cui Santità hauendo communicato quanto in R. V. mi hà ſcritto con la ſua lettera, è venuta in queſta riſolutione di confirmare, come in virtù di queſta confirma le facoltà conceſſe à lei, & alli ſuoi compagni della Miſſione da Monſignor Nontio, buona memoria, accioò poſſino tirar auanti le loro fatiche con autorità, col qual fine me le offerſco, & raccommando di buon cuore. Roma li 13. Aprile 1602.

Al piacer ſuo.

Il Cardinale Aldobrandino.

Caterum licèt ambigendum non ſit, num facultates huiuſmodi obitu dictæ bon. mem. Conradi Epiſcopi, & Nuntij expirauerint, nec ne; & præſertim vigore ſupra proximè deſcriptarum litterarum prafati Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini Cardinalis Aldobrandini, nihilominus ad tollendum omne dubium, virtute nouiſſimarum litterarum eiuſdem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. de mandato prafati Sanctiſs D. N. ſub datum Romæ die quintà præſentis menſis Aprilis, quas hic inſerere minimè tenemur, & aliarum ſimilium ſibi directarum, auctoritate Apoſtolica, qua fungimur, memoratas facultates omnes, & quamlibet earum in ſuo robore, & firmitate perinde permanere, prout eo tempore quo fuerunt conceſſæ, & nihil prorſus ex eis imminutum, & ſic in omnibus ſuum ſortiri debere effectum declaramus, & dicta auctoritate decernimus. In quorum fidem præſentes manu noſtra ſubſcripſimus, ac noſtri ſigilli impreſſione munitas per infraſcriptum noſtrum Secretarium fieri fecimus. Datum Taurini die vigeſima Aprilis milleſimo ſexcenteſimo ſecundo. Confermatio

Anno Chriſti 1603.

D. Paulus Epiſcopus Bouinenſis Nuntius Apoſtolicus.

Locus † Sigilli.

Iacobus Simonda pro dicto Loyra Secret.

Confirmatis igitur, & ad opus Apoſtolici miniſterij deſtinatis ſingulis ſingulárium Miſſionum Stationarijs litterarum Apoſtolicarum tranſcriptum iuxta ſupratſcriptum exemplar communiter dare conueuerat: Ad Apoſtolandum ergo regreſſus à Clauſtris Fr. Valerianus Pinerolienſis, cum ad Reuerendiſs Nuntium accedens ſupratſcriptarũ facultatum, iuxta præindicatam formulam accipiens, apographum diminutum in capite eum proſpiciens, proſpexit pariter, vt compleretur, primario, & priori addito capite, nempè Verbum Dei Euangelizare. Vt ex ſequentibus conſtat cum poſtilla ſuo loco poſita.

III.

D. Paulus Toloſa Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Epiſcopus Bouinenſis, S.D.N.D. Clementis Diuina prouidentia Papa VIII. dictaq; Sancta Sedis apud Sereniſs. D. Carolum Emmanuelem Sabaudia Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

DIlecto Nobis in Chriſto Ren. Pat. Fr. Valeriano Beraudi de Pinerolio, Ordinis Minorum Sancti Franciſci Capuccinorum Sacra Theologia profeſſori, ac verbi Dei conciionatori Salutem in Domino. Vt ex facultatibus per Sanctiſſ. D. N. Clementem Papam VIII. vigore litterarum Illuſtriſs. & Reuerendiſſ. D. Cardinalis Burgheſij ſub da-

tum

tum Roma, die undecima mensis Ianuarij proximè præteriti, ad Fidei Orthodoxæ propagationem, & Hæresis extirpationem in Vallibus Pedemontium Ditionis, & Dominij eiusdem Serenissimi Ducis, Nobis concessis vberes pro Matre Ecclesia in animarum conuersionem fructus valeat percipere, eisdem ad eosdem Valles proficiscentes, & forsan ad alia eiusdem Dominij loca, pro Dei gloria, & animarum salute aperatura, ad impugnandum impias horum errores, & elaborandum, vt tot Diabolica fraude decepti ad cor, & gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ reuertantur: de singulari pietate, christiana charitate, zelo, ac doctrina tuis plurimum in Domino confisi, Apostolicæ auctoritate Nobis specialiter, vt supra, concessa, Vt verbum Dei Euangelizare, & Sacrum Euangelium exponere, ac alias facere, gerere, exercere quæ ad munus huiusmodi Euangelizandi quoquo modo spectant, & pertinent, necnon retinere, & legere libros prohibitos, in actu prædicandi, & alibi si opus fuerit, ac quoscumque impij Caluini Catechismum, ad eius praua dogmata confutanda, & refellenda, & non aliàs, durante tamen tempore Missionis: Reuertentium quoque ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ non solum in actu reconciliationis, verùm & pluries totiesquotiès ad te recurrerint, ac etiam cuiuscumque alterius pœnitentis Sacramentales confessiones audiendi, per id tempus Missionis e Neonon & Hæreticos etiam in Foro exteriori absoluendi, & eorum confessiones in scriptis coram Notario, & testibus recipiendi: Priuteresea quæ ad matrimonia vbi Hæreses impunè grassabantur, absq; interuentu Parochi Catholici, & ritum, postquam Concilium Tridentinum extitit specialiter publicatum in eam obtinentium Parochum, quod ipsi contrahentes denuò secretè contrahant, dispensare, ac filios natos, & nascituros legitimos declarare. & ad lites euitandas, quæ possent in futurum verisimiliter exoriri super legitima filiorum, ne bonorum successione, magis expediret, si denuò in facie Ecclesiæ saltem coram Parochu, & testibus contraherent, vt perpetuò probari possit matrimonij validitas: Eadem Apostolica auctoritate vt possis, & valeas, facultatem plenam tenore præsentium in Domino concedimus, & impartimur. In quorum fidem. Datum Taurini die duodecima mensis Maij 1603.

Diploma Taurinatum.

D. Paulus Episcopus Bainensis Nuntius Apostolicus.

Quinimmò cum à Romana Curia & nouos Missionarios ad Marchiam Saluttiarum mittendi, & nouam Missionem in Castridelphini Oppido constituendi mandatum per Eminentiss. Aldobrandini litteras accepisset; nouas quoq; facultatum edidit ipse ampliora exemplaria, quæ sequuntur diuersis exhibita. IV.

D. Paulus Tolosa Dei, & Apostolica Sedis gratia Episcopus Bouinensis, Sanctiss. D. N. D. Clementis Papæ Octaui, dictæq; Sanctæ Sedis apud Serenis. D. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

Anno Christi 1603.

Dilectas Nobis in Christo RR. PP. Fr. Fr. Iosephu Postaxensi, Ioanni Baptistæ Scolenghensi, Bonifacio Alcensi, Angelo Aquensi, & Stephano Tendensi, Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Concionatoribus, Sacræ Theologiæ Magistris, & Sacerdotibus Salutem in Domino. Nouerutis quod idem Sanctiss. D. N. nuper Nobis dedit in mandatis; vt per litteras Illustriss. & Reuerendiss. Domini Cardinalis Aldobrandini sub datum Romæ, die decima octaua Ianuarij proximi præteriti, quas hic inseri minimè tenemur, quatenus verbi Dei Concionatores ad Marchionatum Saluttiarum, & finitima loca, Castrumdelphinum præcipuè Taurinensis Diœcesis destinare, & transmittere deberemus. Nos propterea Apostolicis præceptis parere, vt debemus, volentes, de probitate, doctrina, & charitatis feruore, & zelo vestris plurimùm in Domino confisi: Vobis harum serie, Apostolica auctoritate, qua in hac parte fungimur, vt in eodem Marchionatu Saluttiarum, & Castrodelphino, & eius districtu verbum Dei prædicare, & Sacrum Euangelium exponere, & alia facere, gerere, & exercere, quæ ad munus huiusmodi Euangelizandi quoquomodo pro Dei gloria, Fidei Catholicæ propagatione, & animarum salute spectant, & pertinent, possitis, & valeatis, ita tamen sicut ratem in Domino imperamus, sed in virtute Sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus. Insuper ad impugnandos hæresum errores impios, & elaborandum, vt tot Diabolica fraude decepti ad cor, & gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ reuertantur, retinere, & legere infra notatos libros prohibitos in actu prædicandi, & alias gerendi, vbi opus fuerit, etiam impij Caluini Catechismum, ad eius falsa dogmata confutanda, & refellenda, & non aliter durante tamen tempore Missionis: Reuertentium quoq; ad gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ, non solum in actu reconciliationis, verùm & toties quoties ad vos recurrerint, ac etiam cuiuscumque alterius pœnitentis, per id tempus Missionis, Sacramen. confessiones audiendi, necnon & ipsos Hæreticos, etiam in Foro

Aliud facultatum exemplar.

exteriori &

exteriori, obſoleedi, & eorum confeſſiones in ſcriptis eorum Notario, & teſtibus recipiendis: Poſtremò circa Matrimonia, vbi Hæreſes impunè graſſabantur, abſq; interuentu Parochi, & teſtium, poſtquam Concilium Tridentinum exiſterit ſpecialiter publicatum in contrahentium Parochos; quod ipſi contrahentes denuo ſecretò contrahant, diſpenſore, ac filios natos, & noſcituros legitimos declarore, & ad iſtos emitandas, qua poſſent in futurum exoriri verſimiliter ſuper legitimatione filiorum, & bonorum ſucceſſione magis expediet. ſi denuo in facie Eccleſiæ ſoltem coram Parocho, & teſtibus contraherent, vt perpetuò probari poſſit matrimonij validitas, eadem Apoſtolica auctoritate ſimiliter vt poſſitis, & voleotis, licentiam in Domino concedimus. Rogantes propterea in Domino Admod. Illuſ. & Reuerend. D. Loci Ordinarium, & præcipientes Reuer. Parocho, ſeu Parochis, oc cæteris quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis tàm Regularibus tuiuſcumq; Ordinis, quàm Sæcularibus. necnon & Illuſtriſs. Dominum Gubernatorem, Magnificum Poteſtatem, ac Magnificos Sindicos, & Conſiliarios eiuſdem loci, oc alios quoſcumq; quacumq; dignitate præfulgentes in eodem Domino hortantes; vt pro eorum viribus ita curent, & quilibet eorum curet, quatenus Apoſtolicam delegationem Euangelizandi huiuſmodi vobis demandatam liberè, & abſq; vllo prorſus impedimento in profectum animorum exequi, & exercere voleotis, ac vt decet, omnes pretiuſſimo ſanguine Ieſu Chriſti redempti vos ea, quo conuenit, pietate chriſtiana, & charitate ſuſcipiant, complectantur, oc foueant, quemadmodum in Domino confidimus. In quorum fidem. Dat. Taurini die decimaquinta Iulij 1603.

Ann. Chri. 1603.

Commendatio, & obſecratio pro Miſſionarijs

D. Paulus Epiſcopus Bouinenſis Nuntius Apoſtolicus.

Locus ✠ Sigilli.

Franciſcus Loyra Secretar.

V. Subſequentibus annis quarto, & quinto exordientis ſæculi ſeptimidecimi quia perſtrepentibus, & bellico tumultu omnia concutientibus tympanis, & tubis Gallorum aduerſus Subalpinos Irruentium, Prouincialis, & Diffinitores Patres ſnos religioſos Capuccinos in vanum inter Bõbardarũ tonitrua aduerſus hæreticã prauitatẽ conclamantes ad Clauſtra reuocare excogitantes, ſui propoſiti Reuerẽdiſs. Nuntium admonuerunt, quibus ille rationabilibus allatis cauſis adductus, ex parte annuit, nempè vt emiſſos Capuccinos à Conuallibus Caſtris inimicorum occupatis retraherent quidem, nequaquam tamen ab Apoſtolico munere recederent, quinimmo vt quoſdam ex reuocatis Concionatoribus in proximioribus Pineroli, Salutiarum, Cunei, & Montisregalis noſtris Conuentibus, pro laborantium fidelium Cuſtodialibus Excubijs, & auxiliaribus interdiũ ad nutantes confirmandos egreſſuris Copijs ſtatuerent. & collocarent, mandauit, nonnullaq; alia congrua ordinauit, & explero quinquennio ab officio ceſſauit.

Ann. Chr. 1604. 1605 1606.

Miſſos Operarios ad Clauſtra regreſſos, egredi per vices mãdat.

CALCVLVS QVARTVS

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. PETRI FRANCISCI COSTÆ Taurinenſis Nuntij Capuccinorum, Apoſtolatus Conſeruatoris, & Promotoris ab anno 1607. ad ann. 1625.

I. SAnctiſs. Dominus Noſter Paulus Papa V. ad Italicum Marchionem Sabaudiæ Ducem Carolum Emmanuelem I. Apoſtolicum Nuntium deſtinauit Reuerendiſs. D. Petrum Franciſcum Coſtam Saonenſem Antiſtitem à ſua ad Pontificatum aſſumptione tertio, à Mundi autem redemptione ſeptimo cum mille & ſexcentis anno. Suo igitur priori in ingreſſu à ſuo prædeceſſore Reuerendiſs. Epiſcopo Bouino circa Miſſionum diſpoſitionem vniuerſas prouiſiones comprobans, nihil innouauit. progreſſu verò temporis plura & ipſe in augumentum Fidei, & fidelium Athletarum maiorem profectum ſolicitè ſemper præſtitit. Primò ergo præcipuum Euangelicum Operarium Frarrem Stephanum Tendenſem primioribus ſuis fauoribus cumulauit: eum enim illum ſtrenuum Pugilem in aſperrima Statione aduerſus Philiſtæos acriter pugnantem intellexiſſet; nouis eum facultatibus præmuniuit, vt infra.

Ann. Chri. 1607.

1608.

II.

Petrus Franciscus Costa Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Saonensis, Sanctiss. D. N. D. Pauli Diuina prouidentia Papæ V. dictaq; Sanctæ Sedis apud Sereniss. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

Dilecto Nobis in Christo Pat. Frat. Stephano de Tenda Ordinis Capuccinorum. Tibi harum serie, Apostolica auctoritate, qua fungimur in hac parte, vt in prædicto loco Castridelphini, & locis circumuicinis, verbum Dei Euangelizare, & alia facere, gerere, & exercere, quæ ad munus huiusmodi Euangelizãdi quoquomodo pro Dei gloria, & animarũ salute spectãt, & pertinẽt, possit, & valeas, facultatẽ in Domino impartimur. Insuper vt Hæreticine ad Sanctæ Matris Ecclesiæ reuertentes, & alios quoscũq; in prædicto loco, & locis circumuicinis residentes Catholicos, & Catholizãdos, tàm in Foro cõscientiæ Sacramẽtaliter, quàm d Cæsaris Ecclesiasticis de vetitis in Bulla Cœna Domini, in Foroq; exteriori absolvẽdi, & eorũ in scriptis abiurationes corã Notario, & testibus recipiẽdi. Postremò circa matrimonia dũ grassabãtur Hæreses impunè, absq; interuẽtu Parochi Catholici, & testiũ, & post Sacri Concilij Tridentini publicationem contracta, quod ipsi contrahentes denuò secretò contrahant, dispensare & filios natos, & nascituros legitimos declarare, vel ad lites euitandas, qua possent in futurum verisimiliter exoriri super legitimatione filiorum, ac bonorum successione, si tibi magis expedire videbitur, denuò in facie Ecclesiæ saltem coram Parocho, & testibus contrahendi, vt perpetuò probari possit matrimonij validitas, eadem Apostolica auctoritate possis, & valeas, itemq; iam in Domino concedimus. Dat. Taurini die 24. Septembris 1609. Pontificatus Sanctiss. D. N. prædicti anno V.

Hieronymus Curlus Auditor.

Locus † Sigilli.

Pauces Secretarius.

Facultates confirmantur

Ann. Chri. 1609

III.

Quia in Salutiensi Marchia nec dum sub his diebus Religionariæ, & Sectariæ seditiones quieuerant, immò in Macrensi Valle seditiosi Sectarij turbas excitare festinabant; accelerauit & ipse Reuerendiss. Nuntius validissimum Anthagonistam, veteranum Pugilem opponere, nempè Fr. Philippum à Pancalerio, per diuturnum annorum seriem in Ecclesiasticis Castris & Agonothetæ, & Præfecti Missionum præclarè muneribus functum, quem cum podagra laborantem, & habituali gradiendi imbecillitate intra Claustra detineri accepisset Primarius Apostolicorum militum Director Taurinensis Nuntius; peculiari ad hoc dato rescripto, ampla illi facta facultate, iàm laboribus fessum, depositis armis vacantem ad periclitanti Marchionali Ecclesiæ accurrendum solicitat, & prouocat sequentibus notis.

Ann. Chri 1610.

Petrus Franciscus Costa Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Saonensis, Sanctiss. D. N. D. Pauli Diuina prouidentia Papæ V. dictaq; Sanctæ Sedis apud Sereniss. D. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

Dilecto Nobis in Christo Adm. Reu. Pat. Philippo de Pancaleriu Sacræ Theologiæ Magistro Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum Salutem in Domino: Audiuimus (non sine magno animi nostri mœrore) falsa hæreticæ prauitatis dogmata in Marchionatu Saluciarum, cum maximo Catholicæ Fidei detrimento, denuo dissemiuari, & quod pejus est, eos, qui tua, & RR. PP. Socioruni tuorum, ac aliorum Christi fidelium opera superioribus annis Christi Fidem Orthodoxam amplexi fuerant, ab eisdem nouiter infestari: Quare cupientes Nos, pro viribus nostris, scandalis huiusmodi prouidere: Te, de cuius probitate, doctrina, charitatis feruore; & zelo plurimùm in Domino confidimus, hortamur in Domino, vt ad Draconerij locum, aliaq; eiusdem Marchionatus loca, & circumuicina, prout tibi expedire videbitur, quàmprimùm tibi facultas data fuerit, pedester, vel aliàs ob corporis tui indispositionem equester te conferas, ibiq; verbum Dei prædicare, Sacrum Euangelium exponere, ac alia, qua ad munus huiusmodi quoquomodo pro Dei gloria, Catholicæ Fidei propagatione, & animarum salute spectant, & pertinent, facere, & gerere, & exercere tuo pro posse emes. Priuilegia namq; ad hunc effectum necessaria, concessionesq; & facultates quascumq; tibi aliàs per Nos, & Superiores nostros concessas, & concessa, quantum de Iure possumus; & nostra permittit authoritas confirmamus,

Ann. Chr. 1611.

F. Philippũ Pancalerio iam laboribus fessum, iterum ad labores mittit.

& appro-

Ann. Chri. 1611.

& vpprobemus. Rogantes insuper Illustriss. & Reuerendiss. D. Ciuitatis Salutiorum, & Marchionatus predicti Ordinarium, Reuer. verò Porocho, seù Porochis, oc ceteris quibuslibet personis Ecclesiasticis, tàm Regulovibus cuiuscumq; Ordinis, quàm Saeculoribus præcipientes, alios verò quoscumq; cuiuscumq; auctoritate fulgentes, q os opportebit in Domino rogantes, vt ita curent, & quilibet ipsorum curet; quatenus Apostolicam delegationem Euangelizandi huiusmodi tibi demandatam liberè, & absq; vllo impedimento in animorum salutem exequi, & exercere possis, & voleas: Te, socios q; tuos quo decet, Christiana pietate, & charitate suscipiant, complectantur, & pertractent, quemadmodum ita facturos confidimus. In quorum fidem. Dat. Taurini die 27. Iunij ann. 1611.

Petrus Franciscus Costa Episcopus Saonensis Nuntius Apostolicus.

Locus † Sigilli.

Pasquerius Serretorius.

IV. Hoc anno vndecimo supra milleſimum ſexcenteſimum, gemini Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ Præſules Pedemontani Capuccinos Vigiles ad excubandum pro Catholico Spirituali Regno in ſuas limitares Cuſtodias venturos præſtolabantur: Reuerendiſſ. Archiepiſcopus Taurinenſis Cadralium, Reuerendiſſ. verò Epiſcopus Saluzienſis Padumanam, ſed rationabilibus de cauſis pro tunc prævalente Illuſtriſſ. Archiepiſcopo, Cadralij fundandam nouam Capuccinorum Miſſionem mandat Apoſtolicæ Sedis Nuntius, & excepto mandato fundant miſſi Capuccini, vti fuſius proprijs numeris. Miſſionem in loco Cadralij decernit.

V. In Caſtellana Satrapia Caſtridelphini hæreſum ſentibus, ſpinis, & ſentiecetis euellendis, & eradicandis inſtarrer lucumbebat Fr. Stephanus Tendenſis, & quia tàm pro reſecandis noxijs, quam pro ſerendis proficuis plantis acutiori ferro, ideſt auctoritatis validioris prouiſione indigebat, de hac communi cum ceteris Coapoſtolicis Operarijs Capuccinis amplioris facultatis Indigentia Romanam Curiam admonuit: vndè per litteras reduplicaras Cardinalis Arigonij, nouas, & potiores poteſtates ſpirituales Capuccinis Miſſionarijs communicandas Reuerendiſſ. Taurinenſi Nuncio miſerunt, qui protinus tranſmiſſis ſuis ſingulis, ſignanter Fr. Stephano prædicto epiſtolis, acceptam Roma auctoritatem Apoſtolicis viris ſubdelegauit. Nouas facultates ſubdelegat.

Ann. Chri. 1612.

VI. In Taurinenſi Nuntiatura præclarè ſe ſe gerens Reuerendiſſ. Saonenſis Epiſcopus, cum iàm per integrum luſtrum proceſſiſſet, & de nouo in numero confirmatus fuiſſet, voluit ipſe propriis pecuniare diploma Apoſtolicarum facultatum amplum Capuccinis Miſſionarijs concedere, diuturna iàm pluriumannorum experientia edoctus, quia parcè, & prudenter delegaris ſibi facultatibus perfrui ſolent in ædificationem, non abuti in deſtructionem Apoſtolici viri Religioſi, quare omnibus, & ſingulis infrariptas Apoſtolicas litteras dedit.

Petrus Franciſcus Costa Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Saonenſis, Sanctiſſ. D. N. D. Pauli Diuina prouidentia Papæ V. dictaque Sanctæ Sedis apud Sereniſs. D. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

Ann. Chri. 1613.

Dilectis Nobis in Christo Adm. RR. PP. Stephano à Tenda, Felicè à Sancta Victoria, Isidoro à Buſca, Bartholomæo à Nicea, Romualdo à Taurino, & Ignatio à Nicia Sacræ Theologiæ Magiſtris, Ordinis Minorum Sancti Franciſci Capuccinorum Salutem in Domino: De probitate, doctrina, charitatis feruore, & zelo veſtrit plurimùm in Domino confiſi, vobis harum ſerie, Apoſtolica auctoritate, qua fungimur in hac parte, vt in locis Caſtridelphino, Drotonerij, Sancti Damiani, Vallium San-Martini, & Peiruxiæ, ac in loco Verzolij, & locis circumuicinis reſpectiuè verbum Dei prædicare, Sacrum Euangelium exponere, ac alia, quæ ad munus Euangelizandi huiuſmodi quoquo modo pro Dei gloria, Fidei Catholicæ propagatione, animorumq; ſalute ſpectant, & pertinent, facere, gerere, & exercere poſſitis, & valeatis, facultatem in Domino impartimur. Inſuper ad impios hæreſum errores impugnandos, vt libros prohibitos inſpiciendos, videlicet Bibliam vulgarem, Cosbechiſmum, Caluini inſtitutiones, & Panegarolæ Dogmata, ſecretò tamen retinere, & legere, oc in actu prædicandi, ac alios vbi opus fuerit, ad eorum falſa dogmata confutanda, vel repellenda, huiuſmodi veſtræ Miſſionis tempore durante legere, nec non Hæreticos ad Sanctæ Matris Eccleſiæ gremium reuertendi, in prædictis, locis exiſtentes, vel reſidentes Catholicos, vel Catholizandos, etiam vbi pſi, non tamen Miniſtros, aut alias perſonas inſignes, tàm in Foro conſcientiæ Sacramentaliter, quam à Cenſuris Eccleſiaſticis, & de contentis in Bulla Cœnæ Domini, in Foro exteriori abſoluendi, & eorum abiurationes inſtrumentis eorum Notarijs, & teſtibus recipiendi, vt ſuprà vobis fa-

Diploma ſpeciale.

eulsatem facimus: promisè tamen, quod abiorationum huiusmodi notam authenticam in manibus Adm. RR. PP. Inquisitorum præsentis Ciuitatis, aut Salutiarum, quibus loca ipsa respectiuè subiciuntur, quàm citiùs transmittere curabimini. Postremò circa matrimonia, dum grassabantur Hæreses, absque interuentu Parochi Catholici, & post Sacri Concilij Tridentini publicationem contracta, quod ipsi contrahentes denuò secretò contrahant, dispensare, ac filios natos, & nascituros legitimos declarare, vel ad lites emtandas, qua possent in futurum verisimiliter exoriri super legitimatione filiorum, & bonorum successione, si vobis magis expedire videbitur, denuò in faciem Ecclesiæ, saltem coram Parocho, & testibus contrahant similiter pusillis, & valeatis, licentiam in Domino concedimus. Rogantes propterea Illustriss. & Reuerendiss. Dominos dictorum locorum Ordinarios, & præcipientes RR. Parochis, & cæteris quibuscunque personis Ecclesiasticis, tàm Regularibus tuinsuis Ordinis, quàm Sæcularibus, alios verò quoscumq; oportebis in Dominum rogantes, quatenùs curent, & quilibet ipsarum curet, vt Apostolicam delegationem in-usmodi Euangelizandi vobis demandatam liberè, absque vllo prorsùs impedimento, in animarum salutem exequi, & exercere valeatis: ac vt decet vos, vestrosque socios respectiuè, qua conuenit christiana pietate, & charitate susciptos, complectantur, & pertractent, quemadmodum in Domino confidimus. In quorum fidem. Dat. Taurini die octaua Octobris 1613.

Petrus Franciscus Episcopus Saonensis, & Nuncius.

Locus ✠ Sigilli.

Pasquerius Secretar.

Quia verò Apostolicæ Nunciaturæ Secretarius, non seruata præcedentium Nuntiorum forma in diplomatibus emittendis, omiserat clausulam illam (*Accedatis ad totum Marchionatum Salutiarum, & Valles Pedemontium cum suis dependentijs, & si opus fuerit, ad alia loca eiusmodi sint*); ideò Fr. Philippus à Pancalerio, qui præsidentiam Missionum ad tempus reassumpserat, per suas litteras Reuerend. prædictum Nuntium, de necessariæ clausulæ defectu commonefecit, cui ille satisfecit. Ann. Chri. 1616.

VII.

Quæ de nouo emergunt, nouo indigent consilio: ideò ab Apostolicis Stationarijs per litteras, & tempora admoniti de quotidianis nouis emergentibus Eminentiis. Patres Curiæ Romanæ, facto verbo cum Sanctissimo, hoc anno decimonono supra mille, & sexcentos nouas Missionarijs communicandas emittunt facultates, quæ sequuntur. Ann. Chri. 1619.

Facoltà da concedersi a' Padri Capuccini per le Missioni de' luoghi infrascritti: Valli di quà, e di là da' Monti, Tonone, e parti conuicine a Geneua, Casteldelfino, luogo di Demonte, Parochia di San Bartolomeo, le quali douranno concedersi per cinque anni.

I. Di leggere, & tener libri prohibiti, & quelli che giornalmente escono, & di poter tener, & legger la Bibbia Francese, purche sia delle approuate, & tradotte da Cattolici: di conceder la licenza a' Curati de' sudetti luoghi di tener, & legger la detta Bibbia, pur ch'esse siano persone habili, & sicure, & la Bibbia sia della editione di Louana, ò Lione.

II. Di sentire le confessioni Sacramentali di tutti in quelle parti, di licenza, & approuatione delli Ordinarij, etiam in actu reconciliationis delli Heretici, & di amministrare il Santissimo Sacramento dell'Eucharistia, etiam pro Viatico, & il Sacramento dell'Estrema unttione.

III. Di assoluer, de præterito tantum, da tutte le Censure, & Casi riseruati, etiam in Bulla Cœnæ Domini, & antora quelli che hauerano commesso Duello, o questo solo per gl'Originarij, & habitatori di quelle parti, & per habitatori s'intendono quelli che vi hanno domicilio fermo, & anco per gl'Originarij di altre parti, in quibus impunè grassantur Hæreses, in eorum primo accessu in Italiam tantum.

IV. Di riceuer, & reconciliar tutti li Heretici relapsi in Foro conscientiæ.

V. Di riceuer, & reconciliar in vtroque Foro tutti li Heretici di quelle parti, vbi impunè grassantur Hæreses, & li habitatori delle sudette parti, come di sopra.

VI. A Monsign. Nuncio di Torino di poter reconciliar i relapsi in vtroque Foro Originarij, & habitatori delle sudette parti solamente (pur che non siano persone insigni) & di poter communicar l'istessa facoltà ne' casi particolari occorrenti alli Padri della Missione.

VII. Dispensare in terzo, & quarto, doppio, & semplice grado d'Affinità, & consan-

gunti à nelli matrimonij contracti contro la forma del Concilio Tridentino, & questo con quelli Heretici soli, quali con le loro mogli si riconciliaranno alla Chiesa Cattolica.

VIII. Nelli Matrimoni contratti senza l'intervento del Parocho Cattolico, nelli luoghi, dove impunè grassantur Hæreses, & dove è stato publicato nella Parochia il Decreto del Concilio Tridentino, facoltà di farli di nouo contrahere secretamente, & dichiarare la prole legittima.

IX. Di creare alcuni delli suoi Frati Notari, per poter riceuer nel Foro esteriore le obiurationi dette di sopra.

Ann. Chri. 1619. *X. Di riconciliare, & benedire le Chiese pollute, & profanate dalli Heretici.*

XI. Di poter celebrare sopra l'Altare portatile.

XII. Di poter celebrare, amministrare Sacramenti, & far altre cose Sacre alla presenza delli Heretici, senza che alcuno incorra ne in Censure, ne in alcun'altra pena.

XIII. Di agire alla ricuperatione de beni occupati alla Chiesa, di licenza delli Ordinarij.

Quarum concessionum authenticum apographum Capuccinis Euangelicis Missionarijs Reuerendis Nuntius expeditè per suas litteras transmisit.

VIII. In manuscriptis nostrorum Monumentis inuenio à Reuerendiss Domino Saonensi Episcopo diuersis ex nostris emissis Euangelicis Operarijs varias, & diuersas communicatas, siue subdelegatas spirituales facultates: Ann. 1620. Fr. Alexandro Oxibiensi Castridelphini Missionario, Absoluendi nonnullos Catholicos, hæreticalibus profanationibus adstantes: Ann. 1621. Fr. Francisco à Montecalerio Concionatori Capuccino, in Pancalerij Oppido Sacramentales Confessiones audiendi, Catechismum exercendi, & hoc ante Missionis fundationem: Ann. 1622. Fr. Marcello à Taurino Cadralium ad Apostolandum ingredienti authẽticum diploma suptaceriptarum facultatum dedit, vt infra.

Ann. Chri. 1620.

1621.

1622.

Petrus Franciscus Costa, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Saonensis, Sanctiss. D. N. D. Gregory Diuina prouidentia Papæ XV. dictaq; Sanctæ Sedis apud Serenis. D. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius, & in hac parte specialiter Delegatus.

DIlecto Nobis in Christo Reuerend. Pat. Fr. Marcello à Taurino Ordinis Capuccinorum Sancti Francisci Salutem in Domino: Vt in loco Codralij, & alijs locis circumuicinis verbum Dei prædicare, & Sacrum Euangelium explanare, aliisq; vti functionibus, quæ habentur in luteris Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalis Mellini Nobis directis dat. Romæ die tertia Julij proximè fluxi, quarum tenor in coocernentibus facultatem tuæ Missionis sequitur, videlicèt: Di legger, & tenere libri prohibiti, & quelli che giornalmente escono, & di poter tener, & legger la Bibbia Francese, pur che sia delle approuate, & tradotte da Cattolici, & di conceder licenza alli Curati delli sudetti luoghi di tener, & legger la detta Bibbia, pur che essi siano persone habili, & sicure, & la Bibbia sia delle editioni di Louania, ò Lione: Di sentire le confessioni Sacramentali di tutti in quelle parti, di licenza, & approuatione dell'Ordinario & in actu reconciliationis delli Heretici: & d'amministrare il Sacramento dell'Eucharistia, & pro Viatico, & anco il Sacramento dell'Estremaontione: D'assoluer, de præterito tantum, cioè dalli trè di Luglio indietro, da tutte le Censure, & Casi riseruati, etiam in Bulla Cœnæ Domini, & ancora quelli, che haueranno commesso duello, & questo solo per gl'Originarij, & habitatori di quelle parti, & per habitatori s'intendono quelli che vi hanno domicilio fermo, & anco per gl'Originarij d'altre parti, In quibus impunè grassantur Hæreses, in eorum primo accessu in Italiam tantum: Di riceuer, & reconciliare in Foro conscientia tutti gl'Heretici relapsi: Di riceuer, & reconciliar in utroq; Foro tutti gl'Heretici di quelle parti, vbi impunè grassantur Hæreses, & gl'habitatori di quelle parti come di sopra: Di poter celebrare sopra l'Altare portatile: Di poter celebrare, & amministrare i Sacramenti, & far altre cose Sacre alla presenza delli Heretici, senza che alcuno incorra ne in Censure, ne in alcun'altra pena: Di agire alla ricuperatione de beni occupati alla Chiesa, di licenza delli Ordinarij. Durante tempore tuæ Missionis tantum, & non vltra quinquennium à dicta die tertio Julij sibi per præsentes licentiam & facultatem in Domino concedimus, & impartimur. Hortantes propterea Ill. Strisq. & Reuerendiss. D. eorumdem locorum Ordinorum, & præcipientes RR. Parochis, & alijs quibusuis personis Ecclesiasticis tàm Sæcularibus, quàm Regularibus cuiuscunq; Ordinis, alios verò, quos oportebit, in Domino rogantes, vt ita curent; quatenus Apostolicam delegationem tibi demandatam liberè absq; vllo prorsus impedimento, in animarum salutem exequi, & exercere possis, & valeas, ac vt decet, Te, Reuerendumq; Patrem

Facultatum diploma.

Benedictum à Carignano Socium tuum ea, qua connexit Christiana pietate amplectantur, & pertractent, quemadmodum in Domino confidimus. In quorum fidem. Dat. Taurini die duodecima mensis Maij, anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo.

Petrus Franciscus Episcopus Saonensis Nuntius Apostolicus.

Locus ✠ Sigilli.

Passeroxi Secretar.

Plura quoq; propagationi Fidei proficua, & necessaria fecit, & præstitit Religiosissimus hic Sacer Antistes: fideles Operarios Capuccinos congruis pro exigentijs Ecclesiarum facultatibus spiritualibus cumulando: pro corporalibus verò laborantium, & in Ecclesiasticis Castris militantium indigentijs, consueta ordinaria stipendia de ære Apostolico exactissimè per menstruas præstationes indeficienter suppeditando, etiam de proprio censu pro opportunitate indigentibus Stationarijs commeatum anticipando. Pro Orthodoxa namque Fide, & Ecclesia animam suam offerentes, & exponentes Minoritas, & Euangelicos Athletas de cunde diligebat, fouebat, curabat, pro eis satagebat, & vtrique, nempè tum Apostolico Ministerio, tum personali conseruationi operantium vt prouideret; inuigilabat, postulabat, & Romanam Curiam interpellabat: Sæcularis etiam Principatus, partier & Ordinariorum Reuerendiss. Prælulam amorem, & fauorem illis conciliare studebat, aduersa circumcta remouendo, & propitia procurando: vnde & spirituali, & temporali, nempè Politicæ Dominationi charus, in moribus clarus, in gestis præclarus, Sedi Apostolicæ, & sedentibus ternis Pontificibus Paulo V. Gregorio XV. & Vrbano VIII. probatus, in temel ei delegata Nunciatura Sabaudi Dominij per decem & octo annos omnibus gratus, ac proficuus perseuerauit: diutiùs autem, nempè ad extremum vsque suæ annosæ vitæ diem in officio peritissimet, nisi Inter Sabaudum Principem, & Ianuensem Rempublicam exorta bellica dissidia prohibuissent. Stetit ergo laudabiliter ille, honestè, & gloriosè recessit, religiosæ tuæ vitæ reliquum in pace transegit, & tandem plenus dierum, & bonorum operum in Domino quieuit, in proprio lectulo intra suæ Saonensis Diœcesis terminos. X.

Ann. Chri. 1623. 1624.

Reuerendiss. Domini Nuntij præclara facinora epilogantur.

CALCVLVS QVINTVS

Illustriss. & Reuerendiss. D. LAVRENTII CAMPEGGI, Taurinensis Nuntij, Apostolatus Capuccinorum Conseruatoris ab anno 1625. ad ann. 1628.

Biennio à sua coronatione Magni Iubilæi indicta celebratione Vrbanus VIII. Summ. Pontifex nouum Nuntium ad Subalpinos populos delegauit Reuerendiss Episcopum Catenatem Laurentium Campeggium Bononiensem, eodem tempore, quo ipse Romanus Pontifex Prouincialem Ministrum Pedemontanæ Prouinciæ Capuccinorum Missionum Præfectum constituit, cui immediatè à Curia Romana subdeleganda facultates hic speciali ipse delegaret. Quamobrem ab ipso vigesimo quinto extra sexcentos & mille anno non vltra Reuerendissimi Taurinenses Nuntij diplomata facultatum expediendi onus subierunt: Exceptis quibusdam ipsis In Reseruatis Casibus, & occurrentibus in instructionibus expressis, vel per extraordinarias Delegationes concessis. Sub his diebus, cum Fr Bonauentura Taurinensis in agro Dominico solicitior Operarius in Castri delphini Satrapia sive Euangelica Custodia infatigabiliter enitens, multum in dies Catholicæ Fidei incrementa promoueret; de his omnibus singillatim, & exactè Reuerendiss. Taurinensem Nuntium certiorem reddebat per familiares frequentiores exaratas epistolas, quibus humaniter reddebat Sacer Antistes opportunas responsiones. I.

Ann. Chri. 1625.

Diplomata facultatū ab amplius ab Illustriss. Nūtijs emanant

Præsenti anno 1626 Homines loci Paduanæ supplici exporrecto libello, à Reuerendiss Domino Nuncio nouam Capuccinorum Missionem tantopere exoptatam, & toties promissam, sibi tandem concedendam expostulant. Quorum postulationibus inclinatus Sacer Antistes, & Apostolicus Minister, fauentiori apposito Decreto, supplices litteras signauit, & supplicibus Paduanis postulata concessit, vt ex infrascriptis patet. II.

Illustriss. & Reuerendiss. Monsig.

LA Communità di Padoua già di longa mano per molti anni hà fatto raccorso per ottenere dalla Santa Sede Apostolica gratia della residēza d'vna Missione di Padri Capuc-

cini

cini in quel luogo, ritrouandosi molto molestati dalli Heretici circonuicini di Pragu glielmo, per il commercio, che necessariamente hanno insieme, & sin hora non hanno potuto ottener la gratia, la quale sperano dalla benignità di V. S. Illustriss. & Reuerendiss. d'tal'effetto hanno già promesso di casa per lo residenzo de Padri, & si offeriscono di prouederli della legna per loro vso, & di concorrer (per quello potranno) à prouederli di mobili, & d'oltre cose necessarie per lo detto casa, secondo che da V.S. Illustriss. & Reuerendiss. verrà commandato. Et perciò hanno destinato Girolamo Richoti, ol quale hanno commesso di roccorrer, per ricener con lo gratia sudetto, gl'ordini opportuni, il che sperano ottener, & meglio.

Ann. Christi 1626.

Decreto.

PEr la fo colta datagli da Nos Sig. & dalla Sacra Congregatione, Ordiniamo al Padre Prouinciale de Capuccini, che mandi in detto luogo di Paesana vna Missione di due Padri Capuccini per risedervi à benaplacito nostro, & de nostri successori, douendosi pagarli al salico Stipendio ogni mese dalla Reuer. Camera Apostolico, eccetto che per trè mesi dell'anno, per i qua ise è obligato lo detto Communità di Paesana, si come anco si è obligato à darli la casa fornita di tutti i mobili necessarij, & prouederli di legna per il loro vso continuo. Dat. in Torino nel Palazzo della nostra Nunciatura Apostolico li 24. Decembre 1626.

Il Vescouo di Cesena Nuncio Apostolico.

Sigillato; & sottoscritta.

Alessandro Albertini Secretario.

Concedit notã Missionẽ in Oppido Paduſang.

III. Quoniam vigilax Missionum Præfectus Fr Ioannes à Montecalerio Prouincialis Minister Pedemontij, consummata visitatione absolutam de Missionibus, & plenariam relationem, iuxta emissum Decretum Sac Congregationi de propaganda Fide transmiterat, quæ propterea Reuerendiss. Taurinensi Nuncio Capuccinos fideles Operarios per peculiares litteras commendauerat; ideo ipse vt suum, & Purpuratorum Patrum in Apostolicos Vigiles zelotem affectum protestaretur; benignam epistolam præcensito Præfecto humaniter dedit. Sicque quibusdam, nempè congruis pro opportunitate Missionum prouisionibus Missionarijs per tempora concessis, expleto triennio, à Taurinensi nunciatura recessit.

Ann. Christi 1627.

CALCVLVS SEXTVS.

Illustriss. & Reuerendiss. D. ALEXANDRI CASTRACANI, Taurinensis Nuntij, Capuccinorum Apostolatus Conseruatoris ab anno 1631. ad ann. 1634.

I. CAsenati Reuerendissimo Antistiti recedenti in Taurinensi Nunciatura immediate quidem successit, & per biennium in munere proecilit tripliciter Reuerend & ipse Dominus Episcopus Aneonitanus Alouisius Gallus Picenus, sed quia gestorum illius præclara memoria tunc prædominantium & bellorum turbine, & mortis atra caligine obnubilata euanuit, nihil vel spirituale, vel temporale pro Missionibus Apostolicis Capuccinorum ab eo præstitum recensendum nobis occurrit. Ideo reuerentiali silentio egregia illius facinora venerãtes, ad Reuerendiss. Neocastrensis Episcopi Alexandri Castracani vegetiores recordationes recolendas, siue recolligendas accedimus. Ab Octauo igitur Vrbano Romæ sedente Pontifice ad Victorium Amedeum, defuncti Caroli Emmanuelis I. primogenitum, & in Sabaudo Dominio successorem Nuncius missus prærecensitus Neocastrensis D. Episcopus, nouas in curas incidit, quia euidentiùs Fidei diiterimen Italicis in liminatibus Ecclesiastico spirituali Regno imminere cepit ex eo, quod Petruxini Caluinistæ, veriùs Libertini à Sabaudo ad Gallicanum latiùs Dominium, per pacis Clarasci inter Christianos Principes initæ anno 1631. conditiones, transierant, ad laxiorem quoq; concupiscentiæ libidinem pertransire tentabant. Quamobrem eodem, quo Galli Religionarij, & ipli liberioris (vt dicũt) conscientiæ, sed verius solutioris luxuriæ indulto vti posse postulabant, adq; propitias suis votis postulationes reportandas plurimũ apud regios Magistratus laborabant, hoc anno tertio supra trigesimum sexcentesimum cum millesimo, quando ab Ecclesiasticæ militiæ Præfectis ad Petruxinam Custodiã asseruandam emissus accesserat Fr. Laurentius à Pinerolio vir religiosus, & Capuccinus zelotes, ardenter domus Dei decorem zelans: qui are iniquorum explorata, & deprehensa mollimina, expeditè Reuerendiss. Apostolicæ Sedis Ministro Taurinum aduolans ipse annunciat, postulans humiliter, sed efficaciter; vt & per se ipsum pariter, &

Ann. Christi 1629. 1630.

D. Alo sius Gallus Episcopus Anconitanus Nuncius per biẽnium.

Ann. Christi 1631.

Ann. Christi 1633.

per

Agit cū Parisiensi Apostolico Nuntio pro Fide Catholica.

pce Reuerendiss. Parisiensis Nuncij cooperationem impiorum conamina irrita, cassaque reddere satagat. Excepit Sacer Antistes tristem nuntium, nec supplicantis, & solicitantis monitum sprenit, immò ex templo Lutetiam Parisiorum suas multiplicatas ad Apostolicum Gallicani Regni Nuntium dedit epistolas, ab eo enixè postulans; vt temerarios, & Orthodoxæ Fidei perniciosiores Petruxinorum Sectariorum conatus retundere, & technas dissolucre curet, apud Christianissimum Regem Catholicæ Ecclesiæ, & legitimæ Religionis causam tuendo, & patrocinando. Illic igitur religiosissimus Antistes, & Carpentoratensis Episcopus ex Taurinensis Reuerendiss Nuntij acceptis, & lectis epistolis Fidei discrimen animaduertens, viriliter adeo coram Christianissimo Rege egit; vt Hæreticorum reiecta impudentia, Catholica pietas in Conuallibus confirmata fuerit, vti liquidò ex sequentibus apographis Petruxino Missionario à Taurinensi Nūtio transmissis patebit.

Al Molto Reu. Padre. Lorenzo da Pinerolo Capuccino Missionario. Perosa.

Molto Reu. Padre. V *Edrd dall'occhinsa lettero V. P. lo resta meote di Sua Maestd Christianissima, circo ol non innouare coso alcuna in cotesto Valle, io pregiudicio dello Fede Cottolico, che però ella dourà stare coo buon animo, & attender allegramente ol profitto, & onorzamento di quella, oon bauendo risgoardo d qual si voglio cosa, che seotisse dire in contrario, assicuroodolo ch'io dal mio canto noo moncorò di protegerla in tutto ciò che sard bisogoo. Coo quest'occasiooe le dico; che maocondogli coso alcuna, me l'aoisi, che procurarò resti sodisfotto, mentre per fine prego il Signore, che loogamente la conserui. Torino li 28. Maggio 1633.*

Hortatur vt fidenter agat

D. V. P.

Come Fratello Affettionatissimo.
Alessandro Vescoo di Nicastro Noncio.

Copio di lettera.

All' Illustriss. & Reuerendiss. Signor mio Osseruandiss. Monsig. Vescouo di Nicastro Noncio in Torino.

Illustriss. & Reuerendiss. Monsig. mio Osseruand. C *Oo le doe lettere di V. S. Illustriss. hò riceouto il piego, che si è compioccioto mandarmi. Quelli dello Valle Perosa, hanno qui proposte le pretensioni, che V.S. Illustriss. mi occenna, mà sooo stati ributtati io quelle, & in oltre. La fobrico del Campanile è pur stato prohibito, con dichiaratione, che lo mente risolnta di Sua Maestd è, che ooo si vorij ponto in quello Stato per conto di Religione, che quello si è osservato sotto li Serenissi. di Sauoia; io tal conformità sooo stati mandati ordini d cotesti suoi Ministri, e mi promettono di resteruarlo, & riosorzarli, di che so o anco in stato per beo seruire all'intentioni santo lodeuoli di V.S. Illustriss. alla quale senzo più boeeio cordialmente le mani. Da Fontonablò li 10. Maggio 1633.*

Reiecta Hæreticorū molimina.

D. V. S. Illustriss., & Reuerendiss.

Denotiss. Seruitore.
A. Vescouo di Carpentrat.

Eiusdem Reuerendissimi Taurinensis Nuntij ad eumdem Fr. Laurentium pro eodem negotio. III.

Al Molto Reu. Padre Lorenzo da Pinerolo Capuccino Missionario. Perosa.

Molto Reu. Padre D *Opò hauer l'altro giorno dato auiso à V.P. di quello mi scriueno Monsig. Noncio di Francia intorno ol ooo permetter; che dd gl'Heretici s'innoui cosa alcuna costì, hoggi riceno vo'altra lettera del medesimo Noncio, nella quole mi dice; che ooo solo si darzooo di Francia ordini à Signori Ministri Francesi, di ooo permetter che s'innoui cosa alcuna, md di più di propria mano mi scriue queste seguenti parole: Oltre gl'ordini già mandati, oe sono stati promessi de nuoui, & io li sollicitorò, per maodorli quanto primo. Io srà tanto posto officuroarla; che l'intentioni risolute di quà sono, che noo solo s'innoui vn'atto pregiodiciale alla Religione Cattolico, da quello ch'è stato vsato per il passato, mentre quei luoghi erano sotto il Serenissi. Duca di Sauoia, mà che più tosto coo nuoui modi si procci conoscer; che l'esser venuti io mano del Christianissimo, è vo'ao antaggio della medesima Religione, di che mi promettono di farlo*

Hæreticis Petruxinis nihil innouādū permittitur.

Ann. Chri. 1633.

ben

ben intender à lnoro Ministri. Veda dunque V. P. in che si ritrouano le cose: e perciò stij allegramente, attendendo à far progressi in seruiggio della Fede Cattolica, mentre per fine prego il Signore la conserui. Torino li 14. Giugno 1633.

D. V. P.

Come Fratello Affettionatiss.

Aleßandro Vescouo di Nicastro Nuncio.

IV. Interim in Castridelphini Missione pericula quædam nonnullorum Neophytorum imminebant: cum enim inter affines, vel consanguineos coniugium celebrare illi disposuissent, prohibuissent autem Catholicæ Ecclesiæ legitimi Ministri; in Catholicis castris tyrones milites rei sibi hactenus incognitæ nouitate perculsi hęsitabant, & coram Hæretico Pseudoministro connubia inire cogitabant: accurrens autem ex tempore Fr. Mauritius Ceuensis, emergentem fidelium pauperum necessitatem Reuerendissimo Taurinensi Nuntio per litteras indicauit, qui benignissimè à Romana Curia reportandæ dispensationis onus suscipiens, nonnullas pro huiusmodi expediendo negotio Missionario litteras dedit. Relata igitur gratis à Romana Curia dispensatione, factaque inter neophytos desponsatione; Fr. Mauritius recensitus relationis litteras ad Reuerendiss. Nuntium direxit, quibus ille humaniter respondit. Qui tandem ipsimet Missionario Castridelphinensi sequenti anno, quibusdam in specialioribus casibus, à Centuris ob Duellum contractis absoluendi facultatem fecit. Sed considerabilius est, quod vt Fr. Iosepho à Summaripa in Paduana Statione aduersus hæreticam prauitatē operanti cooperaretur, Reuerendiss. supradictus Taurinensis Nuntius effecit: Capuccinus enim speculator contemplans, quemadmodum antiqui Paduanæ Vallis, siue potiùs rupium, & alpium incolæ Vualdenses, seu Caluiniſtæ à contagioso morbo valde diminuti, in totum ferè viribus destituti defecissent; Reuerendissimos Salutiensem Inquisitorem, & Tantinensem Nuntium solicitabat; vt qua pollebant auctoritate, ac potestate à Sereniss. Sabaudiæ Duce Victorio Amedeo, hæreticæ impietatis hoste exilij legem, & Sectariorum aut conuersionem, aut electionem obtinerent: ad monitti illi, & proprio zelo adducti, vnà cum Reuerendiss. Salutiense Episcopo conuenientes, à Catholico Principe nullo negotio resulerunt, & suo tempore executioni mandarunt (vt plenius suo loco describimus) præoptatum purgandæ hæreticæ prauitatis Edictum, hacq; gloriola coronide tandem post aliquot annorum centurias, expurgata Paduana Valle, sui Apostolici muneris curam coronauit Reuerendiss. Dominus Alexander Episcopus Neocastrensis, & expleta olympiade, ad maiora vocatus recessit.

I Ann. Chri. 1633. Cooperitur expurgati ni Paduanæ Vallis.

CALCVLVS SEPTIMVS

Illustriss. & Reuerendiss. D. FAVSTI CAFFARELLI, Taurinensis Nunty, Capuccinorum Apostolatus Conseruatoris ab anno 1634. ad ann. 1641.

I. POst Neocastrensem Episcopum, Archiepiscopum Sanctæ Senerinę sanctæ Apostolicæ Sedis ad Victorium Amedeum Pedemontanum Ducem Nuntium Ordinarium destinault, præsenti anno trigesimo quarto vltra sexcentos & mille, Summus Romanus Antistes Vrbanus VIII. cuius piæ menti, & zelotibus monitis inhærendo emissus Apostolicus Orator, Capuccinorum Apostolatum a principio fouere; & Capuccinis Apostolantibus fauere statuit: quare cum Præfecto Missionum habuit mysterium consilij sui; vt rebellantes has Valles Cisalpinas (si fieri posset) Catholicæ Ecclesiæ subiugaret imperio. Quamobrem Prati-lallati clauium solum ex toto hæretico tractu aggrediendum statuit. Vnde & pro Missionarijs Capuccinis antiquæ Clutonianæ Stationi restituendis manum applicuit: sed superuenientibus iterum eiusdem seditionibus, à propolito opere resilijt. Interim facultatem à Centuris Duelli absoluendi Missionario Castridelphini fecit.

Ann. Chri. 1634.

Ann. Chri. 1635. Hæreticos Vallicolas reducere cogitat.

II. Reiecti Petruxini Religionarij relilierant quidem ad tempus, sed semper sibi antipicatiora tempora præstolantes, concupitan iamdiù effrænem viuendi licentiam omnibus artibus aucupabantur, modicum de facto vsurpantes, modicum de iure præsumentes. Reassumpram igitur ab his Caluinistis apud Regios Gallicos Magistratus negotiationem Religionis cum subintellexisset Capuccinus Speculator in Petruxina Custodia Fr. Laurentius Pinerolienſis; reasumpsit & ipse obiiciēdi antidoti solicitationem: quare ex-tempore ad Reuerendiss. Taurinensem Nuntium supplices libellos transmisit communi fidelium nomine, quibus Reuerendiss. Nuntius pro virili cooperatus est pro compescendis Hæreticorum conatibus.

Ann Chri. 1636. 1637.

Furentibus

Furentibus interea inter Sabaudos Principes domesticis, & ciuilibus immanioribus simultatibus, debacchabantur alienigenarum Gallorum, & Hispanorum in Subalpinæ regionis tuitionem belligerantia aduersaria castra, quæ cum vniuersa pessumdarent cum domestica re, Religionem quoq; diminuebant, & dissipabant, vnde immobiliter stantibus pro Ecclesiastico Regno assignatis sibi in Apostolicis Stationibus Stationarijs Capuccinis congruus, immo necessarius commeatus deficiebat. Quapropter religiosæ militiæ Præfectus, Prouincialis Minister Frater Augustinus Sauilianensis ab Apostolico Nuntio per litteras opportuna subsidia expostulat, & efflagitat, flagitanti autem humaniter ille respondit, & plenariè satisfecit. Ann. Christi 1638. 1639. 1640.

CALCVLVS OCTAVVS

Illustriss. & Reuerendiss. D. GASPARIS CECHINELLI, Taurinensis Nuntij, Apostolatus Capuccinorum Sustentatoris ab anno 1641. ad ann. 1644.

I.

Difficilioris, & laboriosæ, bellorum temporibus excreitæ suæ Nunciaturæ absoluto septennio, Reuerendiss. Faustus Caffarellus Sanctæ Seuerinæ in Regno Archiepiscopus Romam aduocatus à nobis recessit. Cui in Apostolico Legationis munere immediatè successit Reuerendiss. Dominus Episcopus Montisflasconi, & Corneti ab Vrbano VIII Summ. Pontif. ad Subalpinum Ducem, Italicum Marchionem Victorium Amedeum Nuntius ordinarius delegatus hoc anno millesimo trecentesimo primo & quadragesimo. Quando in Excubijs Perrerianis, pariter & Petruxinis inuigilabant Vigiles Custodes Fr. Fr. Paulus Taurinensis, & Victor Ripulensis Capuccini, qui ad de nouo superuenientem Nuntium accedentes illius solicitudinem, & zelotem humaniratem pro excipiendis reducibus iurerpellare occeptarunt, quibus ille benignè annuens, intraterij ptum concessit diploma. Ann. Christi 1641.

Gaspar Cechinellus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Montisflasconi, & Corneti Episcopus, Sanctiss. D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui apud Serenis. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

VObis RR. PP. Paulo de Taurino, & Victori de Ripulis Ordinis Minorum Capuccinorum Missionarijs in Valle de Petruxia respectiuè, & Valle San-Martini: Vt Missionis vestræ vberiores semper fructus reddere possitis, etiam in Abbatia Pinerolij, Diœcesi Taurini, & alijs locis circumstantibus Catholicæ valeatis, præsentibus nostris litteris facultatem impartimur. Dat. Taurini in Palatio nostræ habitationis die 26. Nouembris 1641. Ampliat potestatem Catholizandi. I.

Gaspar Episcopus Montisflasconi, & Corneti, Nuntius.
Locus † Sigilli.
Antonius Rota Secretarius.

Ab eodem Taurinensi Reuerendiss Nuntio Draconerensis Guardianus, & Missionarius Capuccinus Fr. Matthias in ministerio Apostolico exercendo perturbatus, & aliqualiter impeditus, fotmaro, & præsentato supplici libello, congruam, & opportunam prouisionem retulit anno sequenti, nempè millesimo trecentesimo secundo & quadragesimo, vt ex sequentibus patet. II. Ann. Chri. 1642.

Illustriss. & Reuerendiss. Monsig.

Espongono i Capuccini Frati Minori di San Francesco, che hauendo circa cinquanta anni pacificamente esercitato il ministerio di Predicatore, & Missionario dalla Santa Sede Apostolica delegati nel luogo e Parochia di Drenero, e contorni, al presente vengono dal Signor Oratio Fighiera moderno Prenosto, e Parocho perturbati, & impediti da tal esercitio nell'accennata Parochiale, hauendoli la prossima passata Quaresima esclusi dalla predicatione ordinaria, pretendendo esti à suo beneplacito il permetterje negare l'esercitio

del

del ministero dalla Sãta Sede Apostolica libero, & assoluto cõcesso à Padri Missionarij, & di più d'introdurre d'sua elettione altri Religiosi, e Predicatori in Dronero: il che essendo in pregiudicio della lunga seruitù de Capuccini continuata con tanta sollecitudine in difesa, e promotione della Fede Cattolica, & potendone facilmente indi nascer ammiratione, e scandalo, & impedimento al seruitio di Dio, e salute dell'anime, dalla medesima Santa Sede Apostolica in cotale institutione de Missionarij protesa.

Perturbantur in Apostolico Ministerio Capuccini.

Ann. Chri. 1642.

Raccorrendo supplicano V. S. Illustriss. & Reuerendiss. à compiacersi di mantenerli nell'antico, & pacifico possesso di liberamente (come fin'hora) esercitare in ogni tempo il ministerio Apostolico in detto luogo, & Parrochia di Dronero, & contorni, con inhibitione d'ogni molestia, & disturbo: Prohibendo con debite pronissime l'introduttione, & ingresso di qual si voglia altra Predicatore nel distretto di detta Missione, sotto qual si sia altro pretesto, senza l'Oracolo di V. S. Illustriss. & Reuerendiss. sentite le parti, & raggioni.

Decreto.

Atteso le cose narrate, Ordiniamo che li Oratori non siano turbati nel loro possesso preteso d'esercitare, & predicare in Dronero, & suo distretto, & che possino predicare & nelle loro Chiese, & nella Parrochiale con libertà assoluta; in modo che il Curato non possa, ne debba impedirli sotto pena à nostro arbitrio, ne possa chiamare, ne far predicare Religioso d'altra Religione senza nostra licenza. Dat. in Turino li 21. Giugno 1642.

Præcipit manuteneri in ministerio, prohibet perturbari.

Gaspar Visconte di Maresciasone Nuncio.

Locus del Sigillo.

CALCVLVS IX.

Illustriss. & Reuerendiss. D. IOANNIS BAPTISTÆ LANDI, *Forosemproniensis Episcopi, Taurinensis Nuntij, ab anno 1644. ad ann. 1646.*

I. PRopriæ Nunciaturæ prouidè satis administratæ expleto triennio, Taurino secessit Reuerendiss. Dominus Episcopus Corneti, & in Legatione successorem accepit Reuerendiss. Dominum Forosempronij Antistitem, qui ab Innocentio X. ad Carolum Emmanuelem II. Sabaudiæ Principem Nuncius ordinatus, & missus, Nunciationis suę in exordijs prælatum sanctimoniæ, & prudentioris prouidentiæ, exactioris q; solertiæ specimen præseferens, vtilioris administrationis spem Pedemontanis fidelibus præbebat, nec exhibere defuisset, nisi immaturo interitu præuentus in Taurinorum Augusta Ciuitate defecisset.

Ann. Christi 1644.

II. Cuius tamen ante discessum, & vitæ præsentis defectum Capuccini Missionarij pro Apostolico onere sustinendo nonnulla opportuna subsidia retulerunt: interq; annotandam specialiter censeo confirmationem Decreti superiori libello ab anteccessore apposiri pro Dioeceſibus Missionarijs.

Ann. Chri. 1645.

Confirmamus predicta, ita tamen vt non suffragentur iis diebus, quibus Parochus in propria Ecclesia munus predicationis obire voluerit. Dat. Taurini die 3. Nouembris 1645.

Confirmat superius Decretum.

Ioannes Baptista Episcopus Forosemproniensis Nuncius Apostolicus.

Locus † Sigilli.

Ioannes Maria Albertinus Secretar.

CALCVLVS X.

Illustrissimi & Reuerendiss. D. ALEXANDRI CRESCENTII, *olim Ortonensis, & Camplensis, modò Bituntini Episcopi, Apostolici Nuntij Taurinensis, ab anno 1646. ad ann. 1658.*

I. SVb Regiæ Christinæ Francicæ amantissimæ Genitricis solicita regentia, patiter & accuratiori tutela infans adolescebat, siue adolescens iuuenescebat binas iam per olympiades Carolus Emmanuel II. Pedemontij Princeps, &

Sabaü-

Sabandiæ Dux: cuius tenerioris, nempè pupillaris ætatis, minusq; validi roboris ad sustinendum, ac dirigendum Ducale sceptrum eaprata importuna opportunitate irrequieti, perpetuo seditiosi Sectarij, iniqua plura rebellionis molimina machinari, atque aduersus Ortodoxam religionem nequiora conamina moliri indesinenter tribus in Conuallibus Lucernæ, Perruxiæ, & Perrerij enixi sunt. Quamobrem in defuncti Forosemproniani Antistitis locum Beatissimus Pater Innocentius X. suffecit Reuerendissimum iam Ortonensem, & Camplensem, nunc Bituntinum Episcopum D. Alexandrum Crescentium Romanum & Cinem, & Paritium, quem Sedis Apostolicæ ordinarium Nuntium Taurini apud Subalpinos & Principes, & populos constituit, anno secundo sui Pontificatus, nempè sexto supra quadragesimum sexcentesimum millesimum: opportunè equidem, ac prudenter, electus namq; & ordinatus Reuerendiss. hic Præsul, Eminentissimi quondam Illùstriss. D. Petri Pauli Crescentij Cardinalis Episcopi Portuensis religiosissimi haud quaquam degeneris pietatis, atq; integritatis dignissimus Nepos, quin immò feruentioris, simul & prudentioris Sacræ Zelotypiæ hæres religioso lacte, pariter & alimento ab adolescentia enutritus, in virum perfectum perfectionis non minus professorem, quàm amatorem euasit: quippè qui religiosorum tam sæcularium, quàm regularium Ordinum tutelaris, ac patronus benignissimus effectus, Catholicæ quoque Religionis propugnator acerrimus semper extitit, sicuti religionariæ profanationis, hæreticæq; perfidiæ irreconciliabilem hostem se se perpetuò contestari, & comprobare ope, & opera, operibus, & opibus nunquam, & nusquam destitit, immò viriliter constitit. Constabit autem ex mox dicendorum serie iam dictorum manifesta veritas. Qua de nouo ad Pontificatum assumptus Alexander VII Sacerdos Dei Summus de Ecclesiastico communi ærario militaria subsidia aduersus Hæreticos belligeranti Sabaudo Duci destinauerat; ipsius iste destitutus Sacer Orator non defuit, accepto Apostolico mandato, adhortatiuum & ipse Chyrographum circularem ad hoc vniuersam per regionem Subalpinam ad Ecclesiarum Rectores ex-tempore emittere.

Prudèter electus opportune aduenit.

Ann. Chri. 1646.

Pecuniaria subsidia aduersus Hæreticos decernit.

Alessandro Crescentio per la gratia di Dio, & della Santa Sede Apostolica Vescouo di Bitonto, e Nuncio Apostolico appresso l'Altezza Sereniss. di Sauoia, &c. specialmente Delegato.

Alli Molto Reuerendi Cleri tanto Secolare, che Regolare delli Stati alla detta Altezza soggetti.

LA paterna, e benignissima cura, con cui la Santità di Nostro Signore Papa Alessandro VII. si è inchinata frà tanti Cattolici bisognosi à rimirare specialmente in questo tempo l'estrema necessità, in che si trouano li poueri Cattolici delle Valli di Lucerna, e dependenti, quanto più ei dimostra l'infinita pietà della Santità Sua verso tutti, così tanto maggiormente hà da muouer ciascuno, & in particolare gli Ecclesiastici di questi Stati à seguire l'esempio del Sommo Pastore, & mostrare viscere di carità verso li medemi miserabili Cattolici. &c.

Alessandro Crescentio Vescouo di Bitonto, N. A. Specialmente Delegato.

Camillo Gabrielli Secret.

Religiosissimus hic pius Parens, ac Pastor cunctarum quidem Religionum alumnos suis benignitatis, ac charitatis visceribus indifferenter, & communiter ipse complectebatur: Haud quaquam tamen ego communiter, & indifferenter religiosis cunctis pia præstita officia recensenda suscepi, sed Capuccinæ dumtaxat nostræ, non totius Congregationis, immò soliùs Pedemontanæ Prouinciæ Apostolicis viris collata beneficia delibanda proposui. Præpono igitur illius in nostros benenolentiæ primaria fundamenta, quæ posuit: vix enim Reuerendiss. Alexander Nuntius ad sibi delegatæ Nuntiaturæ limina appulerat; quando nonnulli Verzolienses, emendicatis sub honestis titulis, falsæi Missionis nomenclaturam è suis laribus eliminare festinabant: quamobrem ad de nouo ingressum Reuerendiss. Nuntium accedentes, postulationes suas etiam scripto exaratas exposuerunt: expostulantium autem personatam pietatem coarguens, & reijciens Apostolicus Præsul, non Missionis titulum, sed causam a Verzolensi solo eijciendam esse demonstrauit. Sedis enim Apostolicæ Ministri, & Operarij: *Non sunt timori*

II.

Ann. Chri. 1646.

bona operis, sed mala, (iuxta D. Pauli sententiam) *vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa.* Perstantibus rursus, & adstantibus illis turpem, & indecoram ingratitudinis notam obiecit, & exprobrauit oblinionem, & duritiam cordis; quia eos qui laboriosè, & fideliter adeo pro totius illius plebis salute hactenùs operati fuerant, in gratiarum actionem, tamquàm pernicioſos, & indecoros è suis finibus ejicere nitebantur. Sieq; Euangelicorũ Custodũ abientiũ partes sustentans, & sustinens primario in ingressu, primo gressu, præcipuo in congressu non modò iusti, & æqui se zelorem propugnatorem ostentauit, sed & Capuccinorum Apostolicorum Operariorum præciputum, & peculiarem amatorem, protectorem, ac tutelarem, non solis verbis, sed solidis factis demonstrauit. Commonstrauit autem & Verzolicnsibus ipsis humanioris sui animi affectum: cum enim huius Pagi publicæ rei administratores, Ducali præceptino edicto adducti, commune quoddam Vectigal Ecclesiæ immunitati prætudiciale imponi sisterent, quia propter tamquam Censuris Majoribus vinculatos, eos Sacerdotes à communione Sanctorum, & Sacramentorum receptione rejecrent; ideò plures ex illis timentes Deum, & propriæ conscientiæ consulentes, pro remedio ad Reuerendiss. Taurinensem Nuntium accedentes humiliter deprecabantur; vt absolutionis beneficium à prædicta Censura sibi impendendum, cui melius, signanter Missionario ina in patria Apostolanti Capuceino committeret: quod benignè ille, per Iuridicè emissam delegationem Fr. Athanasio à Montealto tranmisit, qui de proprij Diœsani Reuerendiss. Ordinarij consensu, communioni fidelium eos Canonicè restituit, iuxta sibi delegatam in edito reserpto formam

Rom. c. 13.

Pro Capuccinis Missionarijs ingratos arguit.

Ann. Chri. 1617.

III.

Conformiter ad concessarum sibi facultatum Chyrographum, Euangelici Operarij Capuccini Subalpinis his in Missionibus laborantes vniuersi, vniformiter pro grauioribus in criminibus reseruatis absoluẽdi, siue in impedimẽtis matrimonialibus dispensandi potestate obtinenda ad Illustris. Taurinensem Nuntiũ cõfugiunt siue personaliter, siue per litteras accedendo: confugientibus igitur in omnibus, & per omnia satisfacere nunquam defuit, immò perpetuò studium benignissimus Antistes, vnde Verzolienſi, & Cadralienſi Missionarijs pro Censuris Summi Pontifici reseruatis relaxandis, nec non Castridelphini Stationario pro impedimentis matrimonij auferendis postulantibus ex-tempore, & plenarie omnibus, tramissa congrua, & sufficienti delegata auctoritate, quibusdam appositis missis medalijs pro elucrandis Indulgentijs fidelibus distribuendis. Quibus consimilia, & considerabiliora omnibus, & singulis Capuccinis Excubitoribus solicitè, & assidue impendere voluit, dum religiosos Vigiles pro Fide, & Ecclesia in Euangelicis Custodijs excubantes, immò viriliter decertantes paterno patrocinio in cunctis prosecutus est: Apostolica stipendia pro religioso commeatu solicitè, & accuratè subministrando, non de Ecclesiastico communi ærario dumraxat, sed & de proprio ære opportuna subsidia vel pro ipsis Leuiticis Ministris, vel pro egentibus ministranda largè suppeditando: in necessitatibus præsto aderat, in aduersitatibus accurrebat, pia ipsorum molimina promouebat, religiosas eorum personas fouebat, pro Ecclesiastico Regno enitentibus fauebat, aduersus Ecclesiæ hostes infensissimos Catholicæ fidei propugnantibus valide opitulabatur, in rupta Hæreli exstirpanda, Ortodoxa pietate confirmanda, patria euellenda, legitima religione promouenda egregiè collaborabat, pro Apostolica ina Hierarchica potestate, & auctoritate: Illud vnum perpetuò gestans in votis, vt aliquando perditorum sibi liceret ad Euangelicas Stationes, hoc est Missionum loca, personaliter accedere, & eorum cum fidei aduersarijs conuenire simul & decertare: quapropter semel, iterũ, & tertiò cum ad Missionum, & Conuallium perhibitionem se accinxisset; grauioribus Nunciaturæ emergentibus negotijs, siue difficultatibus reluctantibus, pio suo hoc proposito frustratus constitit.

Facultates ad absoluendi à reseruatis Censuris liberaliter delegat.

Capuccinos, signanter Missionarios benignè fouet, & fauet.

Ann. Chri. 1618.

IV.

A suo aduentu nec dum elapso biennio, quia Euangelicus Operarius loci, & Conuentus Capuccinorum Draconerij, nempe Missionarius, simul & Guardianus rationabilibus de causis à suis Superioribus prohibitus, Apostolicum ministerium, præcipue Euangelizandi verbum Dei, in propria sui inibi existentis Monasterij Ecclesia æquè, & melius exercet, ab Apostolando, & concionando in Parochiali Templo abstinebat, donec ij, ad quos iuxta Canones, & Concilia pertinet, operantibus necessariam, & congruam subministrarent alimoniam; Ideo Optimates quidam Draconerienses ad Reuerendiss. Nuntium supplices confugientes, ad prædictum Guardianum, ac Missionarium directam retulerunt adhortatoriam epistolam deprecatoriam; vt Quadragesimales conciones in Parochiali Ecclesia habere non recusaret. Acceptis igitur Reuerendissimi Taurinensis Nuncij humanissimis litteris à Draconerienſi Guardiano, simul & à PP. Prouincia li, ac Diffinitoribus Prouinciæ Capuccinorum lectis, ac perspectis, ob adhortantis Præsulis reuerentiam, & obedientiam Quadragesimales consuetas conciones à Capuccino Ministro in Parochiali Templo habendas mandarunt. Cum igitur

Draconerienſibus Ecclesiæ, & Missioni prouidet.

Ann. Chri. 1630.

experientia edoctus facer Antistes intellexisset, non ex Capuccinorum defectu, sed ex Oppidi vtriusque Fori ministrorum neglectu (ne dicam despectu) non tutas animarum saluationi, & Catholicæ Fidei conseruationi nouas prouenire; ideò & ipse à geminis iam suis prædecessoribus cœptatum, & confirmatum sequens Decretum iterum firmauit, vt infra.

Confirmamus petitam locorum iuxta tenorem, vel Decretum, & formam à nostris antecessoribus concessam, dummodo de causis, ita tamen, vt non infringatur ijs diebus, quibus Parochus in propria Ecclesia per se munus prædicationis obire voluerit. Dat. Taurini die vigesima Nouembris 1650.

Alexander Crescentius Cretensis, & C. n. plenip. Episcopus, & Nunc. Apostol.

Domesticis quamplurimis nuptijs licatis diffidijs, per olympiadem vnam dimidiati circuli currentis decimi septimi, agitabatur Gallici regis Christianissimum sceptrum: Petruxinæ igitur Vallis Incolæ Caluini cultores peruetusta propria experientia edocti, Martem, & Bellonam genuinos esse hæreseum protoparentes, ac genitores, conceptasq; hæresum Sectas in bellicis turbinibus, violentijs simul & obscœnitatibus enatas, adolescere, iuuenescere, ac crescere intelligentes; hanc Ciuilium discordiarum occasionem commodam sese nactos existimantes, concupiscentiæ libertate cadem perfrui in sua Cisalpina Conuallc postulauerunt, qua Transalpini Concalvinistæ tota in Gallica Dominatione ordinatiè abundant. Suas autem temerarias postulationes non solis verbis exprimere; quinimmò copiolis de communi ære pecunijs associatas fulcire accelerauerunt. Quos denuò excitatos Hæreticorum conatus validiores subintelligens Fr. Ioannes Thomas Baydensis, Vigilax tunc in Petruxina Statione Excubitor, expedire per suas litteras Reuerendiss. Domino Taurinensi Nuntio annunciat, humiliter, instanterq; expostulans, vt efficacioribus suis epistolis ad Parisiensem Sacrum Apostolicum Oratorem, simul ac ad Eminentissimum Cardinalem Mazarinum Regni directorem ex tempore datis, Fidei causam commendare, & contutari dignetur. Cui zelans Episcopus protinus annuens grauiores ex templo suas notas, simul & Religionis Catholicæ necessitates scripto exaratas Parisios transmittens, validiorum tutelarium patrocinium in fauorem Fidei Imploranit, pro tunc & reportauit: sicuti Capuccino Missionario per responsionem renunciauit. Verùm enumeratò quoniam & impietatis ministri, pariter & perfidiæ fideles patroni præsentialiter, sol citè, ac importunè expostulantes, ad consonum propriarum sonitum tympani, ac tubæ perstrepentes, præualere videbantur; idcò Missionum Præfectus geminos suos Capuccinos deprecatores religiosos virtute, prudentia, & scientia præditos, & præclaros Lutetiam Parisiorum ad præsumentium Hæreticorum temerarios conatus iuridicè reprimendos emisit, ac destinauit. Quam prouidam delegationem cum intellexisset Dominus Apostolicus Nuntius; non modo comprobauit, sed & destinatos Fidei propugnatores geminos Leones suis efficacioribus, ipsius Hierarchici ordinis Præsulibus Eminentissimis coram Gallarum Regi residentibus etiam, atq; etiam commendauit. Commendati igitur, & profecti, cum voti compotes effecti, in patriamq; regressi propitium Fidei Catholicæ reperiunt Principium, simul & in Petruxina Valle promulgasient; ex accidentibus; exercuriorum procellas aductus Fr. Ioannes Thomas Euangelicum Missionarium, negotiationis inuentorem per Conuallicolas religionarios, horumq; fautores malus Cacodæmon validè excitauit: verùm iniquorum vexationibus exagitatum Capuccinum Stationarium Reuerendissimus Alexander, afflictorum patronus specialem in suâ tutelam assumpsit, ab impiorumq; insidijs, atq; calumnijs vindicauit.

Ecclesiasticæ Missionis in Subalpinis liminaribus Præfecti Capuccini conspicientes, Sectarios tumultus, ac schismata Hæreticis in Conuallibus, in dies excrescere, ita vt palliata tandem in apertam rebellionem procederet, pro asserendis Ecclesiasticæ Regni liminibus, limitaneos Vigiles multiplicandos necessarium censuerunt. Quare Fr. Matthias tunc Taurinensis Comitatus Sanctæ Mariæ de Monte Guardianus ad Illustriss. Dominum Crescentium accedens, oblata Typographica Conuallium delineatione, indicauit, & demonstrauit valdè fore proficuum, Euangelicorum Pugilum numerum crescere, & augumentari, nouam vnam Missionem in Italicis portis; idest in loco Portarum ad fores Conuallium hæreticantium positò, superaddendo: qui prudens Prælul annuendo, ex tempore per suas litteras Summ. Pontific. nos creato Alexandro VII. de Religionis Catholicæ indigentia admonito, ab eo accepit in mandatis, vt præindicatam nouam Ecclesiasticam Stationem, nouoq; Capuccinos Stationarios in Portis multiplicaret. Mandanti igitur expeditè obsequens Reuerendiss. Nuntius, primò pro congrua religiosa Sacrorum Vigilum habitatione comparanda sufficientem pecuniæ summam ministrauit, destinatosq; Capuccinos Missionarios & approbauit, simulq; & à nonnullis huic pio operi obluctantibus reprobatos confirmauit, atq; ad insurgentes difficultates euincendas roborauit, non solis dumtaxat cohortationibus, sed &

realibus

Fidei, & Missionarij in Petruxina Valle patrocinium.

Nouam Missionē in Portis fundat.

Ann. Christ. 1651.

Ann. Christ. 1652.

Ann. Christ. 1653.

Ann. Christ. 1654.

VI.

Ann. Christ. 1655.

realibus, ac validis cooperationibus, patrocinijs, atq; commendationibus apud Gallicos Dynastas intercedens; vt pro Fide militantes Seraphicos Pugiles benignè excipierent, exceptosq; humaniter fouerent, sicut & ipse egregio huic præcepto facinori promouendo solicitè pro viribus fauit, apud secularem principatum in opportunitatibus fideliter, & prudenter elaborando. Collaborauit etiam in ædificio consummando suppeditatis pecunijs necessarijs.

VII. Quoniam aduersus rebellantes Angronianos, Perrerianos, & Petruxinos Caluinistas, Legę Maiestatis multipliciter reos, Astræa Martiali gladio ritè processerat, cosq; percusserat Pedemontanus legitimus Dux: percussi isti, ac iusto supplicio affecti, iniustè in Catholicos contributes insurgentes, hæretica rabie efferuescentes, innoxios fideles immaniori barbarica diuexatione afflixerunt, ad interitum vsq; electos persequentes. Quamobrem vexati, electi, afflicti Catholici ad Capuccinos Stationarios Perrerianum, & Petruxinum confugerunt, isti vt miseris refugium prouiderent; ad miserorum consolatorem, & miseriarum sublevatorem Reuerendis. Taurinensem Nuntium accesserunt, qui vexatis ex toto corde compatiens, compassionis viscera illis adaperiens, non semel, aut iterum, sed pluries, ac ipsis, immo toties quoties admonitus indigentium necessitates intelligebat; pecuniaria subsidia, etiam abundantiora, de Apostolico, siue de proprio ære pro opportunitatibus liberaliter suppeditabat: per Capuccinos Missionarios proportionabiliter, & respectiuè elecmosynarios commearus distribuendo tàm exulibus fidelibus, quàm reducibus perfidis indigentibus trium Connallium, signaterq; Perrerianæ San-Martini Vallis, In qua effera Religionariorum crudelitas sęua nimis aduersus Orthodoxæ Fidei Ministros, ac fidelem populum perpetrauerat: nam post sęcularia cuncta deuastata, vel surrepta bona, spiritualia quoq; vniuersa pessumdederant, religiosorum domibus, Sacris Sacellis, ac tandem Parochiali Basilica incensis, & dirutis. Adquæ grauiora Ecclesiastici Regni damna reparanda, vel retarcienda cum incolarum vires minus sufficerent, nihilq; valerent Missionarij pauperrimi Capuccini solicitudines; prenaluit tamen pijssimi Apostolici Antistitis Alexandri zelus, ac religio largas pecuniarum subuentiones Fratri Hieronymo Euangelico Excubitori & pro Parochiali Templo, simul & Missionali domicilio instaurandis, atq; erigendis aliquoties transmittere, pariter & pro temporum exigentijs subministrare. Paduanæ itidem Vallaris Stationis Capuccino Custodi, pro ad sc ex Lucernensi Vallo confugientibus expoliatis siue Catholicis, siue Catholizatis exulibus, liberales numismatum præstationes impendere nequaquam recusauit, quinimmò egentibus his, pro Ecclesia profugis tanto charitaris vehementioris affectu compatiebatur; vt errantes propria etiam sua domo excepros humaniter, & paternè foueret: famelicos pascendo, nudos vestiendo, atq; dispersos recolligendo, cunctis deniq; vniuersa misericordiæ opera impendendo: pro virili pecunias, triticum, & vestimenta disparticando vsq; in hodiernum diem, quo Romam à Summo Pontifice reuocatus, trinis laudabiliter expletis, & honorificè completis olympiadibus Taurinensi in Nunciatura ad cõmunem totius regionis satisfactionem, & Ecclesiarum prouentum administrata, cunctis religiosis, ac sæcularibus Subalpinis his populis, Præsulibus, ac Principibus relicto sui desiderio, vniuersali Pedemontanæ gentis luctu associatus discessit, populorum in memoria perpetuò victurus.

Aun. Chri. 1656.

Miseris eiectis succurrit

Aun. Chri. 1657.

Instaurandis ruinis accurrit.

Aun. Chri. 1658.

Romam adscitus, communi populorum luctu recedit

APPENDIX.

Illustriss. & Reuerendiss. D. *EPISCOPI CARPENTORATENSIS Vicelegati Auenionensis.*

I. CVm à Sacra Gen. Congreg. de Propaganda Fide iussus Dom. Cosimus Vicelegatus Auenionensis, & Episcopus Carpentoratensis, pro Apostolica Missione, & Catholico exercitio in Clusonia Valle introducendo, dispositas negotiationes perfeciisset; Reuerendiss. Taurinensi Nuntio epistolam dedit, quæ sequitur.

Illustriss. & Reuerendiss. Sig. mio Oss. LA Sacra Congregatione de Propaganda Fide hà risoluto d'instituire vna Missione de PP. Capoccini nella Valle di Pragelato in Delfinato, compresa nella Diocesi di cotesto Monsig. Arcinescono di Torino, e paese tutto infesto d'Heresia. Per questo la medesima Sac. Congregatione hà scritto à Parigi à Monsig. Nuncio, perche ne trattasi con Sua Maestà, e ne procuri il consenso Reggio. Per il trattenimento de Missionarij è stato proposto, che rico perandosi vn entrata di quattrocento scudi, che io detta

Modum indicat recuperandi bona Ecclesiastica in Clusonia Valle.

Valle è stata vsurpata sopra i beni Ecclesiastici, da Ministri Heretici, si potrebbono applicare à questo effetto, sopra di che la Sacra Congregatione hà ordinato à me, che col Sig. Mareschal de Crequy, sotto il governo del quale è compresa detta Valle, perche per mezzo dell'assistenza, e favore di quello Signore segua la detta recuperatione. Scrissi di questo negotio al medesimo Sig. Mareschal, & al Parlamento di Granoble, inviando le lettere per persona espressa, che haveva ordine di trattare anco à bocca. Ma perche il Sig. Mareschal era partita, si negotiò solamente con il Signor Conte di Sault suo figliuolo, & con il Parlamento, i quali dalle risposte, che mi fanno, vedrà V. S. Illustriss. quanto volentieri habbino abbracciato questo negotio. Il modo, che propongono per far questa recuperatione, è che Monsig. Arcivescovo di Torino proveda li benefici di quella Valle di persone, che sieno pieglino la cura, ad instanza delle quali si faranno restituire tutti i beni, che altre volte erano appartenenti alli Ecclesiastici, de quali poi se ne potrebbe assegnare qualche parte al trattenimento de Missionarij. E, perche forse riuscirà difficile l'haver notitia de detti beni vsurpati, si giudica bene di far ricercar nell'Archivio Archiepiscopale per ritrouare entro le scritture contenenti le ragioni di dette Chiese, le quali mandandosi in mano del Guardiano de Capuccini di Granoble, haverà ordine di deputare persona, che prosegui sca auanti del Parlamento. Di questo negotio hò io dato conto alla Sacra Congregatione, rappresentando il pensiero, che haveva di scrivere à V. S. Illustriss. affinche essendo opportuno, si piacesse conferire con costui Monsig. Arcivescovo le propositioni del Parlamento, & me ne procurasse l'effettuatione. Il Padre Giovanni da Vercelli Capuccino, Missionario nelle Missioni del Piemonte, è stato quello, che ha scritto à Roma della suddetta vsurpatione, però facendo'lo chiamare, & mandando persona che trattasse seco, si haverebbe facilmente lume à ritrouare le ragioni delli beni vsurpati. La prodezza di V. S. Illustriss. in questo negotio incontrerà meglio il senso della Sacra Congregatione, ch'io non haverò saputo rappresentargliele; onde con raccordarmele seruitore di tanta osservanza, le bacio affettuosamente le mani. D'Annigone li 18. Agosto 1627.

VII.

D. V. S. Illustriss. & Reuerendiss.

Affettionatiss. Seruitore.

Cosmo Vescouo di Carpentras.

DE ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D D. ARCHIEPISCOPIS, ET EPISCOP. CISALPINIS

RATIOCINIVM QVARTVM

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Tres.

Episcopalis Ordinis Naturam, Nomen, Dignitatem, & Officium exhibet Præambulus

Num. I.

Episcopalis Ordinis vtriusque Potestatis exercendæ initium, & exordium in Cisalpinis signat Præambulus

Num. II.

Episcopalem solicitudinem, pro Apostolatu in Subalpinis præcipuè sustinendo, signat Præamb.

Num. III.

Calculus Primus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Caroli Broliæ, Archiepiscopi Taurinensis, ab anno 1596. ad ann. 1617.

Calculus Secundus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Philiberti Milietti, Taurinensis Archiepiscopi, ab anno 1620. ad ann. 1625.

Calculus Tertius.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Fratris Ioannis Baptistæ Ferrerij, Archiepiscopi Taurinensis, ab anno 1626. ad ann. 1627.

Calculus Quartus.

Illustrissimi,& Reuerendissimi D. Antonij Prouanç, Archiepiscopi Taurinensis, ab anno 1632. ad ann. 1640.

Calculus Quintus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Iulij Cæsaris Bergeriæ, Archiepiscopi Taurinensis,ab anno 1643. ad ann. 1658.

Calculus Sextus.

Illustrissimi,& Reuerendissimi D. Iuuenalis Ancinæ, Salutiensis Episcopi ab anno 1603. ad ann. 1604.

Calculus Septimus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Octauij Vialij, Episcopi Salutiensis, ab anno 1608. ad ann. 1624.

Calculus Octauus,& Appendix

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Iacobini Marenchi prius Salutiensis, post Nicensis Episcopi, ab anno 1627. ad ann. 1636.

Calculus Nonus

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Petri Bellini, Episcopi Salutiensis, ab anno 1636. ad ann. 1641.

Calculus Decimus

Illustrissimi,& Reuerendissimi D. Francisci Augustini ab Ecclesia, Episcopi Salutiensis ab anno 1642. ad ann. 1658.

Calculus Vndecimus.

Illustrissimi,& Reuerendis. D. Octauij Asinarij, Episcopi Eporediensis, ab anno 1636. ad ann. 1656.

Calculus Duodecimus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Caroli Argenterij, Monsregalensis Episcopi anno 1616.

Calculus Tertiusdecimus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Fratris Nicolai Dalmatij, Fossanensis Episcopi, ab ann. 1649. ad ann. 1653.

DE ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D. CISALPINIS ARCHIEPISCOPIS, ET EPISCOPIS.

Qui fautores, & Promotores Capuccinorum Apostolatus extiterunt in proprijs Diœcesibus, vel alibi.

RATIOCINIVM QVARTVM.

Episcopalis Ordinis Naturam, Nomen, Dignitatem, & officium exhibet Præambulus.

Num. I.

a

POst S. R. E. Cardinales, Legatos, & Nuntios, qui Apostolicæ Sedis repræsentant auctoritatem (Barbosæ sunt Verba sequentia) *Primum locum obtinet Ordo, ac dignitas Episcopalis. Episcopi enim locum tenent Apostolarum, qui per diuersas Mundi partes diuisi, & constituti fuerunt Episcopi. Episcopalem Ordinem quadripartitum esse docet Isidorus, quantum ad gradum, & Iurisdictionem, non autem quòad Ordinem; quia Spiritualis Ordo, quòad Spiritualem potestatem, ac Pontificiam dignitatem vnus tantum est. Sunt igitur Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, quorum gradus ab ipsomet Petro Apostolo descendisse asserit Clemens Papa, qui ipsius Petri Discipulus extitit, ac successor. Is enim Epist. I. ad Iacobum refert, quòd in Ciuitatibus illis, in quibus olim apud Ethnicos Primi, Flamines eorum, ac Primi legis Doctores erant, Episcoporum Primates vel Patriarchas ipse Petrus constituit, qui aliorum Episcoporum causas, & maiora Fidei tractarent negotia: vbi verò eorum erant Archiflamines positi, qui nihilominus minores prioribus habebantur, Archiepiscopos præcepit institui: Insingulis deindè reliquis Ciuitatibus singulos, & non plures Episcopos ordinauit, vt Ecclesiasticarum Prælatorum gradus ad Cælestis Hierarchiæ similitudinem constitutus præsideret in militantis Ecclesiæ. Patriarchas, & Primates (licèt differant nomine) idem esse, & nullam inter eos dari differentiam colligitur ex Canonibus: Vnde Glossa notauit: Inter Primates, & Patriarchas non dari realem differentiam, sed vocalem tantùm vocabula, at verò strictè loquendo non omnes Primates verè sunt Patriarchæ, nec idem habent officium, eamdemq; auctoritatem. Patriarcha, Græca lingua, Princeps Patrum vocatur. Duplex autem videtur hodiè Patriarcharum diuisia: quidam enim præsidè, & præcipuè Patriarchæ dicuntur, vt Constantinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolymitanus. Alij verò latè sumpto vocabulo Patriarchæ dicti, strictè Primates dicuntur, vt Spalatrensis, Gradensis. Archiepiscopus dictus est, quasi Princeps Episcoporum, quia omnibus sue Prouinciæ Episcopis præest: Quamuis respectu Ordinis in substantia, ideest respectu characteris nihil plus habeat Archiepiscopus, quam Episcopus; quia Spiritualis Ordo quòad potestatem Spiritualem, ac Pontificiam dignitatem vnus tantum est, tamen respectu executionis, & exercitij maiorem salis eminentiam habet Archiepiscopus Episcopis: quia super eos, quorum animæ sunt eis demandatæ, & super diuinum cultum, ac religionem intendunt; rectè superintendentes nominantur vel speculatores. Episcopi aliam habent potestatem Ordinis super Corpus Christi verum mediatè, & immediatè: aliam verò iurisdictionis super Corpus Christi Mysticum propria Diœcesis. Officium, ac munus Episcoporum in duobus præcipuè consistit, videlicèt: Primò in cultu Diuino, & Christiana religione augenda, & conseruanda: Secundò in pascendis, & regendis omnibus sibi commissis, & eis in æternæ salutis viam perducendis. Cura Episcoporum circa Diuinum cultum, & religionem ad*

Lib. 2. c. 7. 8. De Iure Ecclesiast. Vinesio.

Isidorus l. 7. Ethymol. c. 12.

Quadripartitum Ordinem Episcoporum.

D. Clemens Papa Epist. 1. ad Iacobum.

a

Primates, & Patriarchæ conueniunt, & differunt.

Archiepiscopus dicatur.

Episcopi qualem potestatem, & munus, ac officium gerant.

quatuor

quatuor capitu redigi poteſt. Primò ad ea, quæ Fidem, & venerationem Dei concernunt. Secundò ad diuinorum officiorum celebrationem. Tertiò ad Sacramentorum adminiſtrationem. Quartò ad ea, quæ ad harum rerum Miniſtros, & res, & luca Eccleſiaſtica pertinent. Officium Epiſcopi circa Fidem & venerationem Dei eſt, primò curare vt omnes ſuæ Diœceſis animæ Fidem Catholicam ſuſtipiant, & omnes rudimenta fidei ſciant, & in ea rectè doceantur, & illis explicentur. Hæc Barboſa vbi ſupra.

Epiſcopalis Ordinis vtriuſq; Poteſtatis Exercenda Initium, & exordium in Ciſalpinis ſignat Præambulus.

Num. II.

VNiuerſalis quidem Eccleſiæ Primates, & Romani Patriarchæ dignitatem, & poteſtatem Diuus Petrus Apoſtolorum Primicerius, Archiepiſcopi verò auctoritatē Sanctus Barnabas Apoſtolus in Ciſalpinis primi exercuerunt, & exercendo inſtituerunt. Qui verò poſt ipſos Epiſcopali munere fulgentes, Pontificali onere fungi qualiter, & quando exorſi fuerint; ea, quæ ex antiquitatum Pedemontij ruderibus aucta recollegit, & ſcriptis mandauit Dominus Epiſcopus Saluiarum in tua Chronologia, hic relaturi ſumus, notatis primò Epiſcopantium temporibus. Cemelienſes ergo Tranſalpini vetuſtiorem ſuam originem ſignant, quia Sanctus Baſſus Primus Antiſtes ſanguinem pro Chriſto fudit anno 254. Primi Ciſalpinæ regionis Epiſcopi recenſentur.

I. Priores verò Taurinenſes Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Antiſtites, primordialem ſuam originem calculant ab enumerato primo in Epiſcoporum ſerie S. Victore. Anno 310.
II. Vercellenſes à S. Euſebio Calaritano Sardo. Anno 340.
III. Albenſes à Sancto Dionyſio Euſebij Diſcipulo. Anno 350
IV. Auguſtenſes ideſt Auguſtæ Prætoriæ à Protaſio. Anno 408.
V. Aſtenſes à Paſtore. Anno 450.
VI. Eporedienſes a Sancto Eulogio. Anno 451.
VII. Montregalenſes à Fr. Damiano Prædicatorum Ordinis. Anno 1588.
VIII. Salutienſes à Ioanne Antonio de Ruere. Anno 1511.
IX. Foſſanenſes à Camillo Dadæo. Anno 1592.

Taurinenſes Præſules in citata Chronologia ad præſentem vſque diem numerantur quinquaginta, & vnus Epiſcopi: Archiepiſcopi verò ab Anno 1515. tacti numero 10. Num. 61.
Vercellenſes Epiſcopi. Num. 103.
Albenſes. Num. 54.
Auguſtenſes. Num. 46.
Aſtenſes. Num. 73.
Eporedienſes. Num. 55.
Montregalenſes. Num. 22.
Salutienſes. Num. 16.
Foſſanenſes. Num. 7.

Epiſcopalem ſolicitudinem pro Apoſtolatu in Subalpinis præcipuè Inſtituendo ſignat Præambulus.

Num. III.

APoſtolici Ordinis Magiſter, & Doctor Paulus Timoth. & Titū geminos diſcipulos ſuos, Epiſcopos ordinatos in accepiato Pōtificali miniſterio inſtituere ſtudēs, magiſtralibus ad eos in Epiſt. exaratis lie eos monet: *Fidelis Sermo: Oportet ergo Epiſcopū irreprehēſibilē eſſe, Prudētē, Doctorē: Oportet enim Epiſcopū ſine crimine eſſe ſicut Dei diſpēſatorē, amplectentē eum, qui ſecundū doctrinam eſt, fidelē ſermonē, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. Tu autem loquere quæ decent ſanā doctrinā. Teſtificor coram Deo & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos per aduēſum ipſius, & regnū eius, prædica Verbū, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, Miniſterium tuum impleto.* Videte qualibus litteris ſcripſit ad eos, & quibus efficacioribus contestationibus eos adhortatur; vt Euangeliſtæ opus exercentes, Euangelizandō

1. Timoth c. 3. Tit. c. 1.

2. Timoth. 4.

miniſte-

per Reuerendiſs. Pariſienſis Nuncij cooperationem impiorum conamina irrita, caſſaque reddere ſatagat. Exeepit Sacer Antiſtes triſtem nuntium, nec ſupplicantis, & ſolicitantis monitum ſpreuit, immò ex-templo Lutetiam Pariſiorum ſuas multiplicatas ad Apoſtolicum Gallicani Regni Nuntium dedit epiſtolas, ab eo enixè poſtulans; vt temerarios, & Orthodoxæ Fidei perniciosiores Petruxinorum Sectariorum conatus retundere, & rechnas diſſoluere curet, apud Chriſtianiſſimum Regem Catholicæ Eccleſiæ, & legitimæ Religionis cauſam tuendo, & patrocinando. Ille igitur religioſiſſimus Antiſtes, & Carpentoratenſis Epiſcopus ex Taurinenſis Reuerendiſs. Nuntij acceptis, & lectis epiſtolis Fidei diſcrimen animaduertens, viriliter adeo coram Chriſtianiſſimo Rege egit; vt Hæreticorum reiecta impudentia, Catholica pietas in Conuallibus confirmata fuerit, vti liquidò ex ſequentibus apographis Petruxino Miſſionario à Taurinenſi Nũtio tranſmiſſis patebit.

Agit cũ Pariſienſi Apoſtolico Nuntio pro Fide Catholica.

Al Molto Reu. Padre. Lorenzo da Pinerolo Capuccino Miſsionario. Peroſa.

Molto Reu. Padre. *VEdrà dall'acchiuſa lettera V. P. la retta mente di Sua Maeſtà Chriſtianiſſima, circa il non innouare coſa alcuna in coteſta Valle, in pregiudicio della Fede Cattolica, che però ella dourà ſtare con buon animo, & attender allegramente al profitto, & auanzamento di quella, non hauendo riſguardo à qual ſi voglia coſa, che ſentiſſe dire in contrario, aſſicurandola ch'io dal mio canto non mancarò di protegerla in tutto ciò che ſarà biſogno. Con queſt'occaſione le dico; che mancandogli coſa alcuna, me l'auiſi, che procurarò reſti ſodisfatta, mentre per fine prego il Signore, che longamente la conſerui. Torino li 28. Maggio 1633.*

Hortatur vt fideiter agat

D. V. P.

Come Fratello Affettionatiſſimo.
Aleſſandro Veſcouo di Nicaſtro Noncio.

Copia di lettera.

All'Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Signor mio Oſſeruandiſs. Monſig. Veſcouo di Nicaſtro Noncio in Torino.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Monſig. mio Oſſeruand. *COn le due lettere di V. S. Illuſtriſs. hò riceuato il piego, che ſi è compiacciuta mandarmi. Quelli della Valle Peroſa, hanno quì propoſte le pretenſioni, che V. S. Illuſtriſs. mi accenna, mà ſono ſtati ributtati in quelle, & in altre. La fabrica del Campanile è pur ſtata prohibita, con dichiaratione, che la mente riſoluta di Sua Maeſtà è, che non ſi varij punto in quello Stato per conto di Religione, che quello ſi è oſſeruato ſotto li Sereniſs. di Saoia; in tal conformità ſono ſtati mandati ordini à coteſti ſuoi Miniſtri, e mi promettono di reiterarlo, & rinforzarli, di che ſo anco in ſtato per ben ſeruire all'intentioni tanto lodeuoli di V. S. Illuſtriſs. alla quale senza più baccio cordialmente le mani. Da Fontanablò li 10. Maggio 1633.*

Reiectis Hæreticarũ molimina.

D. V. S. Illuſtriſs., & Reuerendiſs.

Deuotiſſ. Seruitore.
A. Veſcouo di Carpentras.

Eiuſdem Reuerendiſſimi Taurinenſis Nuntij ad eumdem Fr. Laurentium pro eodem negotio. III.

Al Molto Reu. Padre Lorenzo da Pinerolo Capuccino Miſsionario. Peroſa.

Molto Reu. Padre *DOpò hauer l'altro giorno dato auiſo à V. P. di quello mi ſcriueua Monſig. Noncio di Francia intorno al non permettere; che dà gl'Heretici s'innoui coſa alcuna cotà, hoggi ricevo un'altra lettera del medeſimo Noncio, nella quale mi dice; che non ſolo ſi daranno di Francia ordini à Signori Miniſtri Franceſi, di non permettere che s'innoui coſa alcuna, mà di più di propria mano mi ſcriue queſte ſeguenti parole: Oltre gl'ordini già mandati, ne ſono ſtati promeſſi de nuoui, & io li ſolliciterò, per mandarli quanto prima. Io frà tanto poſſo aſſicurarla; che l'intentioni riſolute di quà ſono, che non ſi innoui un'atto pregiudiciale alla Religione Cattolica, da quello ch'è ſtato vſata per il paſſato, mentre quei luoghi erano ſotto il Sereniſs. Duca di Saoia, mà che più toſto con nuoui modi ſi facci conoſcer; che l'eſſer venuti in mano del Chriſtianiſſimo, è un'anantaggio della medeſima Religione, di che mi promettono di farlo*

Ann. Chri. 1633.

Hæretici Petruxinis nihil innouãdũ permittitur.

ben

ben intender à luoro Ministri. Veda dunque V. P. in che si ritrouano le cose: e perciò stia allegramente, attendendo à far progressi in seruiggio della Fede Cattolica, mentre per fine prego il Signore la conserui. Torino li 14. Giugno 1633.

D. V. P.

Come Fratello Affettionatiss.

Alessandro Vescouo di Nicastro Nuncio.

IV. Interim in Castridelphini Missione pericula quædam uoinullorum Neophytorum imminebant: cum enim inter affines, vel consanguineos coniugium celebrare illi disposuissent, prohibuissent autem Catholicæ Ecclesiæ legitimi Ministri; in Catholicis castris tyrones milites rei sibi hactenus incognitæ nouitate perculsi hęsitabant, & coram Hæretico Pseudoministro connubia inire cogitabant: accurrens autem ex tempore Fr. Mauritius Ceuensis, emergentem fidelium pauperum necessitatem Reuerendissimo Taurinensi Nuntio per litteras indicauit, qui benignissimè à Romana Curia reportandæ dispensationis onus suscipiens, nonnullas pro huiusmodi expediendo negotio Missionario litteras dedit. Relata igitur gratis à Romana Curia dispensatione, factaque inter neophytos desponsatione; Fr. Mauritius recensitus relationis litteras ad Reuerendiss. Nuntium direxit, quibus ille humaniter respondit. Qui tandem ipsimet Missionario Castridelphinensi sequenti anno, quibusdam in specialioribus casibus, à Censuris ob Duellum contractis absoluendi facultatem fecit. Sed considerabilius est, quod, vt Fr. Ioseppho à Summaripa in Paduana Statione aduersus hæreticam prauitatē operanti cooperaretur, Reuerendiss. supradictus Taurinensis Nuntius effecit: Capuccinus enim speculator contemplans, quemadmodum antiqui Paduanæ Vallis, siue potiùs rupium, & alpium incolæ Vualdenses, seu Caluiniistæ à contagioso morbo valde diminuti, in totum ferè viribus destituti defecissent; Reuerendissimos Salutiensem Inquisitorem, & Taurinensem Nuntium solicitabat; vt qua pollebant auctoritate, ac potestate à Sereniss. Sabaudiæ Ducē Victorio Amedeo, hæreticæ impietatis hoste exilij legem, & Sectariorum aut conuersionem, aut ejectionem obtinerent: admoniti illi, & proprio zelo adducti, vnà cum Reuerendiss. Salutiense Episcopo conuenientes, à Catholico Principe nullo negotio remulerunt, & suo tempore executioni mandarunt (vt plenius suo loco describimus) præopratum purgandæ hæreticæ prauitatis Edictum, hacq; gloriosa coronide tandem post aliquot annorum centurias, expurgata Padulana Valle, sui Apostolici muneris curum coronauit Reuerendiss. Dominus Alexander Episcopus Neocastrensis, & expleta olympiade, ad maiora vocatus recessit.

Ann. Chri. 1633.

Cooperatur expurgati ni Paduanæ Vallis.

CALCVLVS SEPTIMVS

Illustriss. & Reuerendiss. D. FAVSTI CAFFARELLI, Taurinensis Nuntij, Capuccinorum Apostolatus Conseruatoris ab anno 1634. ad ann. 1641.

I. POst Neocastrensem Episcopum, Archiepiscopum Sanctæ Seuerinę sinæ Apostolicæ Sedis ad Victorium Amedeum Pedemontanum Ducem Nuntium Ordinarium destinauit, præsenti anno trigesimo quarto vltra sexcentos & mille, Summus Romanus Antistes Vrbanus VIII. cuius piæ menti, & zelotibus monitis inhęrendo emissus Apostolicus Orator, Capuccinorum Apostolatum à principio fouere, & Capuccinis Apostolantibus fauere statuit: quare cum Præfecto Missionum habuit mysterium consilij sui; vt rebellantes has Valles Cisalpinas (si fieri posset) Catholicæ Ecclesiæ subiugaret imperio. Quamobrem Prati lallati clausum totum ex toro hæretico tractu aggrediendum statuit. Vnde & pro Missionarijs Capuccinis antiquæ Clutouianæ Starioni restituendis manum applicuit: sed superuenientibus iterum ciuilibus seditionibus, à propolito opere resilijt. Interim facultatem à Censuris Duelli absoluendi Missionario Castridelphini fecit.

Ann. Chri. 1634.

II. Reiecti Petruxini Religionarij resilierant quidem ad tempus, sed semper sibi auspicatiora tempora præstolantes, concupitam iamdiù effrænem viuendi licentiam omnibus artibus aucupabantur, modicum de facto vsurpantes, modicum de iure præsumentes. Reassumpsam igitur ab his Caluiniistis apud Regios Gallicos Magistratus negotiationem Religionis cum subintellexisset Capuccinus Speculator in Petruxina Custodia Fr. Laurentius Punerolienſis; reassumpsit & ipse obiciēdi antidoti solicitationem: quare ex-tempore ad Reuerendiss. Taurinensem Nuntium supplices libellos transmisit communi fidelium nomine, quibus Reuerendiss. Nuntius pro virili cooperatus est pro compescendis Hæreticorum conatibus.

Ann. Chri. 1635.

Hæreticos Vallicolas reducere cogitat.

Ann. Chri. 1636. 1637.

Futentibus

Furentibus interea Inter Sabaudos Principes domeſticis, & ciuilibus immanioribus ſimultatibus, debacchabantur alienigenarum Gallorum, & Hiſpanorum In Subalpinæ regionis ſubuerſionem belligerantia aduerſaria caſtra, quæ enim vniuerſa peſſumdarent eum domeſtica re, Religionem quoq; diminnebant, & diſſipabant, vnde immobiliter ſtantibus pro Eccleſiaſtico Regno aſſignatis ſibi in Apoſtolicis Stationibus Stationarijs Capuccinis congruus, immo neceſſarius eommeatus deficiebat. Quapropter religioſæ militiæ Præfectus, Prouincialis Miniſter Frater Auguſtinus Sanilianenſis ab Apoſtolico Nuntio per litteras opportuna ſubſidia expoſtulat, & efflagitat, flagitanti autem humaniter illc reſpondit, & plenatiè ſatisfeeit.

Ann. Chriſti 1635. 1639. 1640.

CALCVLVS OCTAVVS

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. GASPARIS CECHINELLI, Taurinenſis Nuntij, Apoſtolatus Capuccinorum Sustentatoris ab anno 1641. ad ann. 1644.

I.

DIffieilioris, & laborioſæ, bellorum temporibus exercitæ ſuæ Nunciaturæ abſoluto ſeptennio, Reuerendiſs. Fauſtus Caffarellus Sanctæ Seuerinæ In Regno Archiepiſcopus Romam aduocatus à nobis receſſit. Cui in Apoſtolico Legationis munere immediatè ſucceſſit Reuerendiſs. Dominus Epiſcopus Montisflaſconi, & Corneti ab Vrbano VIII Summ. Pontif. ad Subalpinum Ducem, Italienm Matchionem Victorium Amedeum Nuntius ordinarius delegatus hoc anno milleſimo ſexcenteſimo primo & quadrageſimo. Quando in Exeubijs Perrerianis, patiter & Petruxinis inuigilabant Vigiles Cuſtodes Fr. Fr. Paulus Tautinenſis, & Victor Ripulenſis Capuccini, qui ad de nouo ſuperuenientem Nuntium accedentes illius ſolieitudinem, & zelotem humanitatem pro excipiendis reducibus interpellare occeptarunt, quibus ille benignè annuens, infraſcriptum conceſſit diploma.

Ann. Chriſti 1641.

Gaſpar Cechinellus Dei, & Apoſtolica Sedis gratia Montisflaſconi, & Corneti Epiſcopus, Sanctiſs. D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui apud Sereniſs. Carolum Emmanuelem Sabaudiæ Ducem, & Pedemontium Principem Nuntius.

VObis RR. PP. Paulo de Taurino, & Victori de Ripulis Ordinis Minorum Capuccinorum Miſſionarijs in Valle de Petraxia reſpectiuè, & Valle San-Martini: Vt Miſſionis veſtræ vberiores ſemper fructus reddere poſſitis, etiam in Abbatia Pinerolij, Diœceſi Taurini, & alijs locis circumſtantibus Catholizare valeatis, preſentibus noſtris litteris facultatem impartimur. Dat. Taurini in Palatio noſtræ habitationis die 26. Nouembris 1641.

Ampliat poteſtatem Catholizandi.

Gaſpar Epiſcopus Montisflaſconi, & Corneti, Nuntiat.
Locus † Sigilli.
Antonius Roto Secretarius.

Ab eodem Taurinenſi Reuerendiſs. Nuntio Draconerienſis Guardianus, & Miſſionarius Capuccinus Fr. Matthias in miniſterio Apoſtolico exercendo perturbatus, & aliqualiter impeditus, formato, & præſentato ſupplici libello, congruam, & opportunam prouiſionem retulit anno ſequenti, nempè milleſimo ſexcenteſimo ſecundo & quadrageſimo, vt ex ſequentibus patet.

II.

Ann. Chri. 1642.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Monſig.

FSpongono i Capuccini Frati Minori di San Franceſco, che hauendo circa cinquanta anni pacificamente eſercitato il miniſterio di Predicatore, & Miſſionario dalla Santa Sede Apoſtolica delegati nel luogo e Parochia di Druaero, e contorni, al preſente vengono dal Signor Orazio Figliera moderno Preuoſto, e Parocho pertarbati, & impediti da tal eſercitio nell'accennata Parochiale, hauendoli la proſſima paſſata Quareſima eſclaſi dalla predicatione ordinaria, pretendendo reſti à ſuo beneplacito il permetterle negate l'eſercitio

del

del ministero dalla Sãta Sede Apostolica libero, & assoluto cõceſſo à Padri Missionarij, & di più d'introdurre di sua elettione altri Religioſi, e Predicatori in Dronero: il che eſſendo in pregiditio della longa ſeruitù de Capuccini continuata con tanta ſollecitudine in diſeſa, e promotione della Fede Cattolica, & potendone facilmente indi naſcer ammiratione, e ſcandalo, & impedimento al ſeruitio di Dio, e ſalute dell'anime, dalla medeſima Santa Sede Apoſtolica in cotale inſtitutione de Miſſionarij preteſa. Perturbantur in Apoſtolico Miniſterio Capucini.

Raccorrendo ſupplicano V. S. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. à compiacerſi di mantenerli nell'antico, & pacifico poſſeſſo di liberamente (come fin'hora) eſſercitare in ogni tempo il miniſterio Apoſtolico in detto luogo, & Parochia di Dronero, & contorni, con inhibitione d'ogni moleſtia, & diſturbo: Prohibendo con debite pronſioni l'introduttione, & ingreſſo di qual ſi voglia altro Predicatore nel diſtretto di detta Miſſione, ſotto qual ſi ſia altro preteſto, ſenza l'Oracolo di V. S. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. ſentite le parti, & raggioni. Ann. Chri. 1643.

Decreto.

Atteſe le coſe narrate, Ordiniamo che li Oratori non ſiano turbati nel loro poſſeſſo preſeſo d'eſſercitare, & predicare in Dronero, & ſuo diſtretto, & che poſſino predicare & nelle loro Chieſe, & nella Parochiale con libertà aſſoluta; in modo che il Curato non poſſa, ne debba impedirli ſotto pena à noſtro arbitrio, ne poſſa chiamare, ne far predicare Religioſi d'altra Religione ſenza noſtra licenza. Dat. in Torino li 21. Giugno. 642. Præcipit manuteneri in miniſterio, prohibetque perturbari.

Gaſpar Veſcouo di Monteſiaſcone Nuncio.

Loco del Sigillo.

CALCVLVS IX.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. IOANNIS BAPTISTÆ LANDI, *Foroſempronienſis Epiſcopi, Taurinenſis Nuntij, ab anno 1644. ad ann. 1646.*

I. PRopriæ Nunciaturæ prouidè ſatis adminiſtratæ expleto triennio, Taurino ſeceſſit Reuerendiſs. Dominus Epiſcopus Corneti, & in Legatione ſucceſſorem accepit Reuerendiſs. Dominum Foroſempronij Antiſtitem, qui ab Innocentio X. ad Cacolum Emmanuelem II. Sabaudiæ Principem Nũncius ordinatus, & miſſus, Nunciationis ſuę in exordijs præclarum ſanctimoniæ, & prudentioris prouidentiæ, exactioriſq; ſolertiæ ſpecimen præſeferens, vtilioris adminiſtrationis ſpem Pedemontanis fidelibus præbebat, nec exhibere defuiſſet, niſi immaturo interitu præuentus in Taurinorum Auguſta Ciuitate defeciſſet. Ann. Chriſti 1644.

II. Cuius tamen ante diſceſſum, & vitæ præſentis defectum Capucini Miſſionarij pro Apoſtolico onere ſuſtinendo nonnulla opportuna ſubſidia retulerunt: interque annotandam ſpecialiter cenſeo confirmationem Decreti ſuperiori libello ab anteceſſore appoſiti pro Draconenſibus Miſſionarijs. Ann Chri. 1645.

Confirmamus prædicta, ita tamen vt non ſuffragetur iis diebus, quibus Parochus in propria Eccleſia munus prædicationis obire voluerit. Dat. Taurini die 3. Nouembris 1645. Confirmat ſuperiùs Decretum.

Ioannes Baptiſta Epiſcopus Foroſempronienſis Nuncius Apoſtolicus.

Locus † Sigilli.

Ioannes Maria Albertinus Secretar.

CALCVLVS X.

Illuſtriſsimi & Reuerendiſs. D. ALEXANDRI CRESCENTII, *olim Ortonenſis, & Camplenſis, modò Bituntini Epiſcopi, Apoſtolici Nuntij Taurinenſis, ab anno 1646. ad ann. 1658.*

I. SVb Regiæ Chriſtinæ Francicæ amantiſſimæ Genitricis ſolicita regentia, pariter & accuratiori tutela infans adoleſcebat, ſiue adoleſcens iuueneſcebat binas iam per olympiades Carolus Emmanuel II. Pedemontij Princeps, &

Sabaũ-

Sabandiæ Dux: cuius tenerioris, nempè pupillaris ætatis, minusq; validi roboris ad sustinendum, ac dirigendum Dueale sceptrum captata importuna opportunitate irrequieti, perpetuò seditiosi Sectarij, iniqua plura rebellionis molimina machinati, atque aduersus Orthodoxam religionem nequiora conamina moliri indesinenter tribus in Conuallibus Lucernæ, Perruxiæ, & Perrerij enixi sunt. Quamobrem in defuncti Forosemproniani Antistitis locum Beatissimus Pater Innocentius X. suffecit Reuerendissimum iam Ortonensem, & Camplensem, nunc Bituntinum Episcopum D. Alexandrum Crescentium Romanum & Cinem, & Patritium, quem Sedis Apostolicæ ordinarium Nuntium Taurini apud Subalpinos & Principes, & populos constituit, anno secundo sui Pontificatus, nempè sexto supra quadragesimum sexcentesimum millesimum: opportunè equidem, ac prudenter, electus namq; & ordinatus Reuerendiss. hic Præsul, Eminentissimi quondam Illustriss. D. Petri Pauli Crescentij Cardinalis Episcopi Portuensis religiosissimi haud quaquam degeneris pietatis, atq; integritatis dignissimus Nepos, quinimmò feruentioris, simul & prudentioris Sacræ Zelotypiæ hæres religioso lacte, pariter & alimento ab adolescentia enutritus, in virum perfectum perfectionis non minus professorem, quàm amatorem euasit: quippè qui religiosorum tam sæcularium, quàm regularium Ordinum tutelaris, ac patronus benignissimus effectus, Catholicæ quoque Religionis propugnator acerrimus semper extitit, sicuti religionariæ profanationis, hæreticæq; perfidiæ irreconciliabilem hostem se se perpetuò contestari, & comprobare ope, & opera, operibus, & opibus nunquam, & nusquam destitit, immò viriliter constitit. Constabit autem ex mox dicendorum serie iam dictorum manifesta veritas. Quia de nouo ad Pontificatum assumptus Alexander VII. Sacerdos Dei Summus de Ecclesiastico communi ærario militaria subsidia aduersus Hæreticos belligeranti Sabaudo Duci destinauerat; ipsius iste destitutus Sacer Orator non defuit, accepto Apostolico mandato, adhortatinum & ipse Chyrographum circularem ad hoc vniuersam per regionem Subalpinam ad Ecclesiarum Rectores ex-tempore emittere.

Prodèter electus opportunè adducit.

Ann. Chri. 1646.

Peeuoiarij subsidia adoersus Hæreticos decernit.

Alessandro Crescentio per la gratia di Dio, & della Santa Sede Apostolica Vescouo di Bitonto, e Nuncio Apostolico appresso l'Altezza Serenis. di Sauoia, &c. specialmente Delegato.

Alli Molto Reuerendi Cleri tanto Secolare, che Regolare delli Stati alla detta Altezza soggetti.

LA paterna, e benignissima cura, con cui la Santità di Nostro Signore Papa Alessandro VII. si è inchinata frà tanti Cattolici bisognosi à rimirare specialmente in questo tempo l'estrema necessità, in che si trouano li poueri Cattolici delle Valli di Lucerna, e dependenti, quanto più ci dimostra l'infinita pietà della Santità Sua verso tutti, così tanto maggiormente hà da muouer ciascuno, & in particolare gli Ecclesiastici di questi Stati à seguire l'esempio del Sommo Pastore, & mostrare viscere di carità verso li medemi miserabili Cattolici, &c.

Alessandro Crescentio Vescouo di Bitonto, N. A. Specialmente Delegato.

Camillo Gabrielli Secret.

II. Religiosissimus hic pius Parens, ac Pastor cunctarum quidem Religionum alumnos suis benignitatis, ac charitatis visceribus indifferenter, & communiter ipse complectebatur: Haud quaquam tamen ego communiter, & indifferenter religiosis cunctis pia præstita officia recensenda suscepi, sed Capuccinæ dumtaxat nostræ, non totius Congregationis, immò soliùs Pedemontanæ Prouinciæ Apostolicis viris collata beneficia delibanda proposui. Præpono igitur illius in nostros beneuolentiæ primaria fundamenta, quæ posuit: vix enim Reuerendiss. Alexander Nuntius ad sibi delegatæ Nuntiaturæ limina appulerat; quando nonnulli Verzolienses, emendicatis sub honestis titulis, saltem Missionis nomenclaturam è suis laribus eliminare festinabant: quamobrem ad de nouo ingressum Reuerendiss. Nuntium accedentes, postulationes suas etiam scripto exaratas exposuerunt: expostulantium autem personatam pietatem coarguens, & reijciens Apostolicus Præsul, non Missionis titulum, sed causam a Verzolienti solo ejiciendam esse demonstrauit. Sedis enim Apostolicæ Ministri, & Operarij: *Non sont timori*

boni

Ann. Chri. 1646.

bus operis, sed malis, (iuxta D. Pauli sententiam) *vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa*: Perstantibus rursus, & adstantibus illis turpem, & indecoram ingratitudinis notam obiecit, & exprobrauit oblitionem, & duritiam cordis; quia eos qui laboriosè, & fideliter adeo pro totius illius plebis salute hactenùs operati fuerant, in gratiarum actionem, tamquàm perniciosos, & indecoros è suis finibus ejicere nitebantur. Sicq; Euangelicorũ Custodũ ablegatio partes sustenrans, & sustinens primario in ingressu, primo gressu, præcipuo in congressu non modo iusti, & æqui se zelorem propugnatorem ostentauit; sed & Capuccinorum Apostolicorum Operariorum præcipuum, & peculiarem amatorem, protectorem, ac tutelarem, non solis verbis, sed solidis factis demonstrauit. Commonstrauit autem & Verzolicusibus ipsis humaniotis sui animi affectum: cum enim huius Pagi publicæ rei administratores, Ducali præceptivo edicto adducti, commune quoddam vectigal Ecclesiæ immunitati præiudiciale imposuissent, quapropter tamquam Censuris Majoribus vinculatos, eos Sacerdotes à communione Sanctorum, & Sacramentorum receptione reijcerent; ideò plures ex illis timentes Deum, & propriæ conscientiæ consulentes, pro remedio ad Reuerendiss. Taurinensem Nuntium accedentes humiliter deprecabantur; vt absolutionis beneficium à prædicta Censura sibi impendendum, cui melius, signanter Missionario suo in patria Apostolanti Capuccino committeret: quod benignè ille per Iuridicè emissam delegationem Fr. Athanasio à Montealto tranmisit, qui de propri; Diœcesani Reuerendiss. Ordinarij consensu, communioni fidelium eos Canonicè restituit, iuxta sibi delegatam in edicto rescripto formam.

Roman. cap.

Pro Capuccinis Missionarijs ingratus arguit.

Ann. Chri. 1617.

III. Conformiter ad concessarum sibi facultatum Chyrographum, Euangelici Operarij Capuccini Subalpinis his in Missionibus laborantes vniuersi, vniformiter pro grauioribus in eriminibus reseruatis absoluẽdi, siue in impedimẽtis matrimonialibus dispensandi potestate obtinenda ad Illustris. Taurinensem Nuntiũ cõfugiunt siue personaliter, siue per literas accedendo; confugientibus igitur in omnibus, & per omnia satisfacere nunquam destitit, immò perpetuo studuit benignissimus Antistes, vnde Verzolienſi, & Cadralienſi Missionarijs pro Censuris Summi Pontifici reseruatis relaxandis, nec non Castridelphini Stationario pro impedimentis matrimonij auferendis postulantibus ex tempore, & plenariè amisit, tratinissa congrua, & sufficienti delegata auctoritate, quibusdam appositis missis medalijs pro eiucrandis indulgentijs fidelibus distribuendis. Quibus consimilia, & considerabiliora omnibus, & singulis Capuccinis Excubitoribus solicitè, & assidue impendere voluit, dum religiosos Vigiles pro fide, & Ecclesia in Euangelicis Custodijs excubantes, immò viriliter decertantes paterno patrocinio iugiter prosecutus est: Apostolica stipendia pro religioso commeatu solicite, & accurate subministrando, non de Ecclesiastico communi ærario duntaxat, sed & de proprio ære opportuna subsidia vel pro ipsis Leuitcis Ministris, vel pro egentibus ministranda largè suppeditando; in necessitatibus præsto aderat, in aduersitatibus aegrebat, pia ipsorum molimina promouebat, religiosas eorum personas fouebat, pro Ecclesiastico Regno enitentibus fauebat, aduersus Ecclesiæ hostes infensissimos Catholica iura propugnantibus, valide opitulabatur, in impia Hæresi extirpanda, Ortodoxa pietate confirmanda, ipsaq; excellenda, legitimi religione promouenda egregiè collaborabat, prò Apostolica sua Hierarchica potestate, & auctoritate: Illud vnum perpetuò gestansm votis, vt aliquando per eorum sibi liceret ad Euangelicas Stationes; hoc est Missionum loca personaliter accedere, & eorum cum fidei aduersarijs conuenire simul & decertare; quapropter semel, iterũ, & tertiò eum ad Missionum, & Conuallium perlustrationem se accinxisset, grauioribus Nunciaturæ emergentibus negotijs, siue difficultatibus reluctantibus, pio suo hoc proposito frustratus constitit.

Facultates absoluendi à reseruatis Censuris liberaliter delegat

Capuccinus signanter Missionarius benignè fruct. & laudet.

IV. A suo aduentu nec dum elapso biennio, quia Euangelicus Operarius loci; & Conuentus Capuccinorum Draconerij, nempè Missionarius, simul & Guardianus rationabilibus de causis à suis Superioribus prohibitus, Apostolicum ministerium, præcipuè Euangelizandi verbum Dei, in propria sui inibi existentis. Monasterij Ecclesia æquè, & melius exercer, ab Apostolando, & concionando in Parochiali Templo abstinebat, donec ij, ad quos iuxta Canones, & Concilia pertinet, operantibus necessariam, & congruam subministrarent alimoniam; ideo Optimates quidam Draconerienses ad Reuerendiss. Nuntium supplices confugientes, ad prædictum Guardianum, ac Missionarium directam retulerunt adhortatoriam epistolam deprecatoriam, vt Quadragesimales conciones in Parochiali Ecclesia habere non recusaret. Acceptis igitur Reuerendissimi Taurinentis Nuncij humanissimis literis à Draconiensi Guardiano, simul & a PP. Prouincia li. ac Definitoribus Prouinciæ Capuccinorum lectis, ac perspectis, ob adhortantis Prælatis reuerentiam, & obedientiam Quadragesimales consuetas conciones à Capuccino Ministro in Parochiali Templo habendas mandarunt. Cum igitur

Draconerienſibus Ecclesiæ, & Missioni prouidet.

Ann. Chri. 1648.

Ann. Chri. 1650.

experientia edoctus facer Antistes intellexisset, non ex Capuccinorum defectu, sed ex Oppidi vtriusque Fori ministrorum neglectu (ne dicam despectu) nostrates animarum salùtationi, & Catholicæ Fidei conseruationi noxas prouenire; ideò & ipse à geminis iam suis prædecessoribus exaratum, & confirmatum sequens Decretum hesum firmauit, vt infra.

Confirmamus petitam locorum in extra tenorem, vel Decretum, & formam à nostris antecessoribus concessam dignis de causis, sata tamen, vt non suffragetur his dictis, quibus Parochus in propria Ecclesia per se munus prædicationis obire voluerit. Dat. Taurini die vigesima Nouembris 1650.

Alexander Crescentius Ortonensis, & Camplensis Episcopus, & Nunc Apostol.

V.

Domesticis quàmplurimis multiplicatis diffidijs, per olympiadem vnam dimidiati sæculi curricula decimi septimi, agitabatur Gallici regis Christianissimum sceptrum: Petruxinæ igitur Vallis Incolæ Caluini emissores peruetusta propria experientia edocti, Martem, & Bellonam genuinos esse hæresium protoparentes, ac genitores, concepiasq; hæresum Sectas in bellicis turbinibus, violentijs simul & obscænitatibus enasci, adolescere, inuenescere, ac crescere intelligentes; hanc Ciuilium discordiarum occasionem commodam se se nactos existimantes, concupiscentiæ libertate eadem perfrui in sua Cisalpina Conualle postulauerunt, qua Trantalpini Conealuinistæ tota in Gallica Dominatione ordinariè abundantur. Suas autem temerarias postulationes non solis verbis exprimere; quinimmò copiosis de communi ære pecunijs associatas fulcire accelerauerunt. Quos denuò excitatos Hæreticorum conatus validiores subintelligens Fr. Ioannes Thomas Baydensis, Vigilax tunc in Petruxina Statione Excubitor, expeditè per suas litteras Reuerendiss. Domino Taurinensi Nuntio annunciat, humiliter, instanterq; expostulans, vt efficacioribus suis epistolis ad Parisiensem Sacrum Apostolicum Oratorem, simul ac ad Eminentissimum Cardinalem Mazarinum Regni directorem ex-tempore datis, Fidei causam commendare, & contutari dignetur. Cui zelans Episcopus protinus annuens grauiores ex templo suas notas, simul & Religionis Catholicæ necessitates scripto exaratas Parisios transmittens, validiorum tutelarium patrocinium in fauorem Fidei implorauit, pro tunc & reportauit: sicuti Capuccino Missionario per responsionem renunciauit. Verùm enimuerò quoniam & impietatis ministri, pariter & perfidiæ fideles patroni præsentialiter, solerter; ac importunè expostulantes, ad consonum propitium sonitum tympani, ac tubæ perstrepentes, præualere videbantur; ideò Missionum Præfectus genuinos suos Capuccinos deprecatores religiosos virtute, prudentia, & scientia praditos, & præclaros Lutetiam Parisiorum ad præsumentium Hæreticorum temerarios conatus iuridicè reprimendos emisit, ac destinauit. Quam prouidam delegationem cum intellexisset Dominus Apostolicus Nuntius, non modo comprobauit, sed & destinatos Fidei propugnatores geminos Leucas suis efficacioribus epistolis Hierarchici viduis Præsulibus Eminentissimis coram Galliarum Regi residentibus etiam, atq; etiam commendauit. Commendati igitur & profecti, cum votis compotes effecti, in patriamq; regressi propitium Fidei Catholicæ rescriptum Pinerolij, simul & in Petruxina Valle promulgassent; ex acerbiores persecutionum procellas aduersus Fr. Ioannem Thomam Euangelicum Missionarium, negotiationis inuentorem per Conuallicolas religionarios, horumq; fautores malus Cacodæmon validè excitauit: verùm iniquorum vexationibus exagitatum Capuccinum Stationarium Reuerendissimus Alexander, afflictorum patronus specialem in sua tutelam assumpsit, ab impiorumq; insidijs, atq; calumnijs vindicauit.

Fidei, & Missionarij in Petruxina Valle patrocinatur

Ann. Christ. 1651.

Ann. Christ. 1652.

Ann. Christ. 1653.

Ann. Christ. 1654.

VI.

Ecclesiasticæ Missionis in Subalpinis luminaribus Præfecti Capuccini conspicientes, Sectarios tumultus, ac schismata Hæreticis in Conuallibus in dies excrescere, ita vt palliata seditio tandem in apertam rebellionem procederet, pro asserendis Ecclesiasticæ Regni liminibus, limitaneos Vigiles multiplicandos necessarium censuerunt. Quare Fr. Matthias tunc Taurinensis Comitatus Sanctæ Mariæ de Monte Guardianus ad Illustriss. Dominum Crescentium accedens, oblata Typographica Conuallium delineatione indicauit, & demonstrauit valdè fore profectuum Euangelicorum Pugilum numerum crescere, & augumentari, nouam vnam Missionem in Italicis portis, idest in loco Portarum ad fores Conuallium hæreticantium ponendo, superaddendo: cui prudens Præsul annuendo, ex-tempore per suas litteras Sanctiss. Pontific. mox creato Alexandro VII. de Religionis Catholicæ indigentia admonito, ab eo accepit in mandatis, vt præindicatam nouam Ecclesiasticam Stationem, nouosq; Capuccinos Stationarios in Portis multiplicaret. Mandanti igitur expeditè obtemperans Reuerendiss. Nuntius, primò pro congrua religiosa Sacrorum Vigilum habitatione comparanda sufficientem pecuniæ subministrauit, destinatosq; Capuccinos Missionarios & approbauit, simulq; & à nonnullis huic pio operi obluctantibus reprobatos confirmauit, atq; ad insurgentes difficultates euincendas roborauit, non solis dumtaxat cohortationibus, sed &

Nouam Missionem in Portis fundat.

Ann. Christ. 1655.

realibus

realibus, ac validis cooperationibus, patrocinijs, atq; commendationibus apud Gallicos Dynastas intercedens; vt pro Fide militantes Seraphicos Pugiles benignè exciperent, exceptoiq; humaniter fouerent, sicut & ipse egregio huic præincepto facinori promouendo solicitè pro viribus fanit, apud secularem principatum in opportunitatibus fidelirer, & prudenter elaborando. Collaborauit etiam in ædificio consummando suppeditatis pecunijs necessarijs.

VII. Quoniam aduersus rebellantes Angronianos, Perrerianos, & Petruxinos Calvinistas, Leſe Maiestatis multipliciter reos, Astræe Martiali gladio ritè processerat, eosq; percusserat Pedemontanus legitimus Dux: percussi isti, ac iusto supplicio affecti, iniustè in Catholicos contribules insurgentes, hæretica rabie efferuescentes, innoxios fideles immaniori barbarica diuexatione afflixerunt, ad interitum vsq; electos persequentes. Quamobrem vexati, electi, afflicti Catholici ad Capuccinos Stationarios Perrerianum, & Petruxinum confugerunt, isti vt miseris refugium prouiderent; ad miserorum consolatorem, & miseriarum subleuatorem Reuerendis. Taurinensem Nuntium accesserunt, qui vexatis ex toto corde compatiens, compassionis viscera illis adaperiens, non semel, aut iterum, sed pluries, ac sæpius, immo toties quoties admonitus indigentium necessitates intelligebat; pecuniaria subsidia, etiam abundantiora, de Apostolico, siue de proprio ære pro opportunitatibus liberaliter suppeditabat: per Capuccinos Missionarios proportionabiliter, & respectiuè elecmosynarios commeatus distribuendo tàm exulibus fidelibus, quàm reducibus perfidis indigentibus trium Connallium, signāterq; Perrerianæ San-Martini Vallis, in qua effera Religionariorum crudelitas sęua nimis aduersus Orthodoxæ Fidei Ministros, ac fidelem populum perpetrauerat: nam post secularia cuncta deuastata, vel surrepta bona, spiritualia quoq; vniuersa pessumdederant, religiosorum domibus, Sacris Sacellis, ac tandem Parochiali Basilica incensis, & dirutis. Adquæ grauiora Ecclesiastici Regni damna reparanda, vel refarcienda cum incolarum vires minus sufficerent, nihilq; valerent Missionarij pauperrimi Capuccini solicitudines; preualuit tamen pijssimi Apostolici Antistitis Alexandri zelus, ac religio largas pecuniarum subuentiones Fratri Hieronymo Euangelico Excubitori & pro Parochiali Templo, simul & Missionali domicilio instaurandis, atq; erigendis aliquoties transmittere, pariter & pro temporum exigentijs subministrare. Paduanæ iridem Vallatis Srationis Capuccino Custodi, pro ad se ex Lucernensi Vallo confugientibus expoliatis siue Catholicis, siue Catholizatis exulibus, liberales numismatum præstationes impendere nequaquam recusauit, quinimmò egentibus his, pro Ecclesia profugis tanto charitatis vehementiorls affectu compatiebatur; vt errantes propria etiam sua domo excepros humaniter, & paternè foueret: famelicos pascendo, nudos vestiendo, atq; dispersos recolligendo, cunctis denique vniuersa misericordiæ opera impendendo: pro virili pecunias, triticum, & vestimenta dispartiendo vsq; in hodiernum diem, quo Romam à Summo Pontifice reuocatus, trinis laudabiliter expleris, & honorificè completis olympiadibus Taurinensi in Nunciatura ad cōmunem totius regionis satisfactionem, & Ecclesiarum prouentum administrata, cunctis religiosis, ac sæcularibus Subalpinis his populis, Præsulibus, ac Principibus relicto sui desiderio, vniuersali Pedemontanæ gentis luctu associatus discessit, populorum in memoria perpetuò victurus.

Ann. Chri. 1636.

Miseris eiectis succurrit

Ann. Chri. 1639.

Instaurandis ruinis accurrit.

Ann. Chri. 1638.

Romam adscitus communi populorum luctu recedit

APPENDIX

Illustriſs. & Reuerendiſs. D. *EPISCOPI CARPENTORATENSIS Vicelegati Auenionenſis.*

I. CVm à Sacra Gen. Congreg. de Propaganda Fide iussus Dom Cosimus Vice-Legatus Auenionensis, & Episcopus Carpentoratensis, pro Apostolica Missione, & Catholico exercitio in Chusonia Valle introducendo, dispositas negotiationes perfecisset; Reuerendiss. Taurinensi Nuntio epistolam dedit, quæ sequitur.

Illustriſs. & Reuerendiſs. Sig. mio Oſſer. LA Sacra Coogregatione de Propaganda Fide hà risoluto d'instituire vna Missione de PP. Capuccini nella Valle di Pragelato in Delfinato, compresa nella Diocesi di cotesto Monsig. Arcinescono di Torino, e paese tutto infetto d'Heresia. Per questo la medesima Sac. Coogregatione hà scritto à Parigi à Monsig. Noncio, perche ne tratti coo Sua Maestà, e ne procuri il consenso Reggio. Per il trattenimento de Missionarij è stato proposto, che ricu perandosi vn entrata di quattrocento scudi, che in detta

Modum indicat recuperandi bona Ecclesiastica à in Clusona Valle.

Valle è stata vsurpata sopra i beni Ecclesiastici da Ministri Heretici, si potrebbono applicare à questo effetto, sopra di che la Sacra Congregatione hà ordinato à me, che tal Sig. Mareschal de Crequy, sotto il gouerno del quale è compresa detta Valle, perche per mezzo dell'assistenza, e fauore di questo Signore segua la detta ricuperatione. Sciolti di questo negotio al medesimo Sig. Mareschal, & al Parlamento di Granoble, inuiando le lettere per persona espresso, che haueua ordine di trattare meco à bocca. Ma perche il Sig. Mareschal era partito, si negotiò solamente con il Signor Conte di Sault suo figliuolo, & con il Parlamento, i quali dalle risposte, che mi fanno, vedrà V.S. Illustriss. quanto volentieri habbiano abbracciato questo negotio. Il modo, che propongono per far questa ricuperatione, è che Monsig. Arcinescono di Torino proueda li benefici di quella Valle di persone, che se ne pigliano la cura, ad'influenza delle quali si faranno restituire tutti li beni, che altre volte erano appartenenti alli Ecclesiastici, de quali può sia che potrebbe ritenere qualche parte al trattenimento de Missionarij. E perche forsi riuscirà difficile l'hauer notitia de detti beni vsurpati, si giudica bene di far ricercar nell'Archiuio Archiepiscopale per ritrouare carte le scritture contenenti le raggioni di dette Chiese, le quali mandandosi in mano del Guardiano de Capuccini di Granoble, haverà ordine di deputare persona, che prosiegua auanti del Parlamento. Di questo negotio hò io dato conto alla Sacra Congregatione, rappresentando il pensiero, che haueuo di scriuerne à V.S. Illustriss. affinche essendo opportuno, si piacesse conferire con costui Monsig. Arcinescono le propositioni del Parlamento, & me ne procurasse l'effettuatione. Il Padre Giouanni da Vercelli Capuccino, Missionario nelle Missioni del Piemonte, è stato quello, che hà scritto à Roma della suddetta vsurpatione, però facendo'lo chiamare, ò mandando persona che trattasse seco, si haurebbe facilmente lume à ritrouar le raggioni delli beni vsurpati. La prudenza di V.S. Illustriss. in questo negotio incontrerà meglio il senso della Sacra Congregatione, ch'io non haurò saputo rappresentargliele; onde con raccomandarmele seruitore di vera osseruanza, le bacio affettuosamente le mani. D'Auignone li 18. Agosto 1627.

VII.

D. V. S. Illustriss. & Reuerendiss.

affettionatiss. Seruitore.

Cosmo Vescono di Carpentrat.

DE ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D D. ARCHIEPISCOPIS, ET EPISCOP. CISALPINIS

RATIOCINIVM QVARTVM

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Tres.

Episcopalis Ordinis Naturam, Nomen, Dignitatem, & Officium exhibet Præambulus

Num. I.

Episcopalis Ordinis vtriusque Potestatis exercendæ initium, & exordium in Cisalpinis signat Præambulus

Num. II.

Episcopalem solicitudinem, pro Apostolatu in Subalpinis præcipuè sustinendo, signat Præamb.

Num. III.

Calculus Primus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Caroli Broliæ, Archiepiscopi Taurinensis, ab anno 1596. ad ann. 1617.

Calculus Secundus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Philiberti Milietti, Taurinensis Archiepiscopi, ab anno 1620. ad ann. 1625.

Calculus Tertius.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Fratris Ioannis Baptistæ Ferrerij, Archiepiscopi Taurinensis, ab anno 1626. ad ann. 1627.

Calculus Quartus.

Illustrissimi,& Reuerendissimi D. Antonij Prouanç, Archiepiscopi Taurinensis, ab anno 1632. ad ann. 1640.

Calculus Quintus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Iulij Cæsaris Bergeriæ, Archiepiscopi Taurinensis,ab anno 1643. ad ann. 1658.

Calculus Sextus.

Illustrissimi,& Reuerendissimi D. Iuuenalis Ancinæ, Salutiensis Episcopi ab anno 1603. ad ann. 1604.

Calculus Septimus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Octauij Vialij, Episcopi Salutiensis, ab anno 1608. ad ann. 1624.

Calculus Octauus,& Appendix

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Iacobini Marenchi prius Salutiensis, post Nicensis Episcopi, ab anno 1627. ad ann. 1636.

Calculus Nonus

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Petri Bellini, Episcopi Salutiensis, ab anno 1636. ad ann. 1641.

Calculus Decimus

Illustrissimi,& Reuerendissimi D. Francisci Augustini ab Ecclesia, Episcopi Salutiensis ab anno 1642. ad ann. 1658.

Calculus Vndecimus.

Illustrissimi,& Reuerendiss. D. Octauij Asinarij, Episcopi Eporediensis, ab anno 1636. ad ann. 1656.

Calculus Duodecimus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Caroli Argenterij, Monstregalensis Episcopi anno 1616.

Calculus Tertiusdecimus.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Fratris Nicolai Dalmatij, Fossanensis Episcopi, ab ann. 1649. ad ann. 1653.

quatuor capita redigi possit. Primò ad ea, quæ Fidem, & venerationem Dei concernunt. Secundò ad diuinorum officiorum celebrationem. Tertiò ad Sacramentorum administrationem. Quartò ad ea, quæ ad harum rerum Ministrum, & res, & loca Ecclesiastica pertinent. Officium Episcopi circa Fidem & venerationem Dei est, primò curare vt omnes suæ Diœcesis animæ Fidem Catholicam suscipiant, & omnes rudimenta fidei sciant, & ea rectè doceantur, & illis explicentur. Hæc Barbosa vbi supra.

Episcopalis Ordinis vtriusq; Potestatis Exercenda Initium, & exordium in Cisalpinis signat Præambulus.

Num. II.

VNiuersalis quidem Ecclesiæ Primates, & Romani Patriarchę dignitatem, & potestatem Diuus Petrus Apostolorum Primicerius, Archiepiscopi verò auctoritatē Sanctus Barnabas Apostolus in Cisalpinis primi exercuerunt, & exercendo instituerunt. Qui verò post ipsos Episcopali munere fulgentes, Pontificali onere fungi qualiter, & quando exorsi fuerint; ea, quæ ex antiquitatum Pedemontij ruderibus aucta recollegit, & scriptis mandauit Dominus Episcopus Saluiarum in sua Chronologia, hic relaturi sumus, notatis primò Episcopantium temporibus. Cemelienses ergo Transalpini vetustiorem suam originem signant, quia Sanctus Bassus Primus Antistes sanguinem pro Christo fudit anno 254.

Primi Cisalpinæ regionis Episcopi recensentur.

I. Priores verò Taurinenses Illustrissimi & Reuerendissimi Antistites, primordialem suam originem ealculant ab enumerato primo in Episcoporum serie S. Victore. Anno 310.
II. Vercellenses à S. Eusebio Calaritano Sardo. Anno 340.
III. Albenses à Sancto Dionisio Eusebij Discipulo. Anno 350
IV. Augustenses idest Augustæ Prætoriæ à Protasio. Anno 408.
V. Astenses à Pastore. Anno 450.
VI. Eporedienses a Sancto Eulogio. Anno 451.
VII. Montregalenses à Fr. Damiano Prædicatorum Ordinis. Anno 1588.
VIII. Saluticnses à Ioanne Antonio de Ruere. Anno 1511.
IX. Fossanenses à Camillo Dadæo. Anno 1592.

Taurinenses Præsules in citata Chronologia ad præsentem vsque diem numerantur quinquaginta, & vnus Episcopi: Archiepiscopi verò ab Anno 1515. tacti numero 10. Num. 61.
Vercellenses Episcopi. Num. 103.
Albenses. Num. 54.
Augustenses. Num. 46
Astenses. Num. 73.
Eporedienses. Num. 55.
Montregalenses. Num. 22.
Salutienses. Num. 16.
Fossanenses. Num. 7.

Episcopalem solicitudinem pro Apostolatu in Subalpinis præcipuè Instituendo signat Præambulus.

Num. III.

APostolici Ordinis Magister, & Doctor Paulus Timoth. & Titū geminos discipulos suos, Episcopos ordinatos in aceeprato Pōtificali ministerio instituere studēs, magistralibus ad eos in Epist. exaratis lle eos monet: *Fidelis Sermo: Oportet ergo Episcopū irreprehēsibilē esse, Prudētē, Doctorē: Oportet enim Episcopū sine crimine esse sicut Dei dispēsatorē, amplectentē eam, quæ secundū doctrinam est, fidelē sermonē, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Tu autem loquere quæ decent sanā doctrinā. Testificor coram Deo & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos per aduentum ipsius, & regnū eius, prædica Verbū, insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, Ministerium tuum implc.* Videre qualibus litteris scripsit ad eos, & quibus efficacioribus contestationibus eos adhortatur; vt Euangelistæ opus exercentes, Euangelizandō

1. Timoth c. 3. Tit. c. 1.

2. Timoth. 4.

Epist. 1. ad Fratrem Domni Iacobū. Epist. ad Marcellam.

ministerium sunm Apostolicum adimpleant. Episcopi enim Apostolis in ministerium Missionis sueeesserunt, vti fusè testantur Sancti Patres, signanter Sanctus Clemens Romanus: *Episcopos ergò vicem Apostolorum gerere Dominum docuisse, & reliquorum Discipulorum vicem tenere insinuabat Petrus*, & D. Hieronymus. *Apud nos, Apostolorum locum Episcopi tenent*. A Christi enim Iesu Vicario, Apostolici Instituti Primicerio ad Euangelizandum, hoc est Euangelicam legem, & legales veritates populis sibi eommissis explicandas, & prædicandas ordinantur. Teoentur ergo Episcopi sub obtestatione diuini Iudicij sanam doctrinam proprios greges edocere, atque (vti supra ex Barbosa dedimus) curare; vt omnes, & singulæ sui gregis ouiculæ Catholicas veritates edisceant, amplectantur, & profiteantur, eoarguendō perfidos: Pseudoque Apostolos reijciendo, & eliminando. Quod quia semper, & vbique nequaquàm valent per semetipsos præstare; ideò & possunt, & debent coopératores, & coadintores Euangelleos sibi assumere, eosq; ad sibi commissas diœcesanas Ecclesias mittere, & doctores siue Magistros congruis &. locis, & temporibus destinare, requisitis cum neeessarijs subsidijs & adminieulis temporalibus simul & spiritualibus (vti Saerosanta Trident. Synod. plenius declarat sequenti Canone: *Quia verò Christiana Reipublicæ non minus necessaria est predicatio Euangelij, quàm lectio, & hoc est præcipuum Episcoporum munus; Statuit, & decreuit eadem Sancta Synodus omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & omnes alios Ecclesiarum Prælatos teneri per seipsos, si legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum Sanctum Iesu Christi Euangelium: Si verò contigerit Episcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento; iuxta formam Generalis Concilij, viros idoneos assumere teneantur ad huiusmodi prædicationis officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtæ subiaceat vlcioni*. Verum enimuerò quoniam omni tempore Dominicum gregem, nempè vniuersalem Ecclesiam inundunt lupi rapaces, idest Sectarij Schismatici, & hæresiarchę apostatici, ad quorum fraudulenram malitiam, ac vlolentam perfidiam, immò truculentam hæreticam rabiem sufficienter compescendam singularium Pastorum nequaquam vigilantia sufficit, neque auctoriras prævalet: Ideò Romani Pontifices Vniuersalis Ecclesiæ communes, & Supremi Pastores ab inirio enascentis Ecclesiæ consueuerunt, pro suæ pastoralis vigilantiæ munere, ex Ecclesiasticæ Hierarchię Religiosis Ordinibus selectos validos Pugiles, & expertos Antagonistas aduersus Catholici Ouilis aggressores, & expilatores per tempora, & opportuna loca, ampliori potestate, pariter & Apostolica auctoritate munitos, non ad genrem vnam, aut solitariam Ecclesiam, siue Diœcesim, Prouinciam aut Regnum, sed vsq; ad terminos vniuersæ terræ, pro propaganda Orthodoxa Fide, sufficienti commeatu prouisos Hierarchica suprema potestate ordinaria ordinare, & mittere, à zelotibus præsertim Præsulibus, & Episcopis pro propriis Ecclesijs, arq; Diœcesibus rogati: Vti inter Subalpinos Prælules præstiterunt Capuecinorum Missiones à Sede Apostolica postulantes:

Concil. Trid. sess. 5. de Reformatione cap. 2.

Onus Episc.

Necessaria Missio Coapostolicorum Operariorū.

Postulant zelotes Præsules.

Dominus Carolus Brolia, Archiepiscopus Taurinensis pro Castridelphini Satrapia, Cadralij & Demontij Oppidis Sectaria rabe laborantibus. Ann. Chri. 1601.

D Ioannes Baptista Ferrerius Archiepiscopus item Taurinen. pro Pancaleri Pago perielitante. 1617.

D Antonius Prouana pro Stutiana Valle hereticali veneno infecta.

D. Anton. Piehor. Episcopus Salutiarum pro Maerensi Valle Caluiniana lepra respersa, & deprauata. 1593. 1596.

D. Iuuenalis Ancina, Episcopus item Salutiarum pro Verzolio Oppido religionario morbo ægrotante. 1603.

D. Octauius Vialius, itidem Salutiensis Præsul pro Padusana Valle Vualdensium rellquijs adhuc occupata. 1612.

D Iacobinus Marencus, Niciensis Antistes pro Vari Valle Calminisiticis deceptionibus, & proximis deceprotibus expolita. 1639.

D. D Iacobus Goria Vercellensis, & Octauius Asinarius Eporediensis Episcopi, vt pietatis eultum suos diœcesanos iutra lares promouerent, & augerent. Ann. Chri. 1610. & 1636.

D Rogerius Tritonius, Abbas Sanctæ Marię de Pinerolio pro geminis Petruxię, & S. Martini Vallibus apostatiea phreneli debacchantibus. 1596.

Tandem Eminentissimus Cardinalis, & Franciæ Parens Armandus Dux Richielius, quinimmò ipie Ludouicus Tertiusdecimus, religiosissimus Galliarum Rex pro Prau Iallari Conualle Schismarica, & Caluiniana Insania tota penitus delirante. Er benè, & prudenter rum proprio vt satisfaeiant munerl, tum facillùs, & plenius vt adimpleant onus à Pontificijs sibi decreris Impositum, vt sequitur. 1619.

Lib. 5. Tit. 7. de Hæreticis

Adijcimus insuper, vt quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, vel per Archidiaconum suum, aut alias honestas, idoneasq; personas, bis, aut semel in anno propriam Parœchiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare circumeat, & ibi tres, vel plures bonæ testimonij viros, vel etiam si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat: quod si quos

ibidem

ibidem hæreticos scienter, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes. seu à communi conuersatione fidelium vita, & moribus dissidentes, aut Episcopo studeat iudicare. Ipse autem Episcopus ad prosanctam suam connocet accusatos, quod nisi se ab obiecto reatu purgauerint, vel si post purgationes exhibitas in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonicè puniantur. Siquis verò eis iuramenti religionem obstinationis damnabili respuentes, inuasserit nolucrint ex hoc ipso tamquam hæretici reputentur. Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus; vt ad hæc efficaciter exequenda, Episcopi per Diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicam velint effugere vltionem. Si quis enim Episcopus super expurgando de sua Diœcesi hæretica prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum ad certos indicios apparuerit ab Episcopali Officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit, & possit hæreticam eradicare prauitatem.

Mandatū memorabile.

CALCVLVS I.

Reuerendiss. CAROLI BROLIÆ Archiepiscopi Taurinensis, ab anno 1592. ad ann. 1617.

I. CArolus Brolla generis nobilitate, pariter & vitæ probitate conspicuus, electus Archiepiscopus Taurinensis anno 1592. consecratur Episcopus Romæ, anno primo Pontificatus Clementis VIII à quo vix post clarissam olympiadem missi Capuccini Euangelici Operarij aduersus Subalpinas sibi subiectas Valles occupantes Hæreses, & Hæreticum disseminatores, Carolus Archiepiscopus obuijs vlnis aduenientes Apostolicos viros excepit, & quibus valuit, voluit fauoribus, & gratijs prosequi, vt tui gregis erraticas Petruxinæ, & Clusoniæ Conualliũ morbidas oues ad Catholicum ouile reducerent. Ideo a Summo Pontifice sibi specialiter, & Taurinensi Patri Inquisitori ad hoc transmisso mandato, sequentes Capuccinis Missionarijs primioribus communicauit facultates.

Apostolicos missos Capuccinos Operarios gaudentes excepit.

Carolus Brolia Dei, & Apostolica Sedis gratia Archiepiscopus Taurinensis. Et Fr. Bartholomæus Rocha de Pralormo, Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Doctor, Inquisitor Generalis Taurini, Fossani, & Niciæ contra Hæreticam prauitatem à Sancta Sede Apostolica specialiter Delegatus.

Ann. Chri. 1596.

DIlectis Nobis in Christo Reuerendis Patribus Fr. Fr. Valeriano à Pinerolio, Mauritio Murcensi, Philippo Paucalierensi, & Stephano Campulatensi Ordinis Capuccinorum Concionatoribus per Diœcesim Taurinensem, & in Vallibus contra Hæreticos pro eorum conuersione missis Salutem in Domino. De Legalitate, Fide, doctrina, & rerum gerendarum experientia vestrarum confisi, Vobis harum serie, & vestrum cuilibet in solidum facultatem facimus, & licentiam in Domino impartimur Recipiendi, Absoluendi, & Sacrosanctæ Ecclesiæ Sacramentis, ac vnioni fidelium integrè restituendi quoscunque Hæreticos, & aos qui à S. Sede Catholica, & Apostolica Romana deuiarunt, non relapsos, qui tamen ad vos, & quemlibet vestrum respectiuè venerint sponte ad detestandum eorum hæreses, & errores, promittendo de cætero, Catholicè, & Orthodoxè viuendo, præuia tamen sententia per vos, & quemlibet vestrum respectiuè ferenda, iuxta exigentiam errorum ipsorum, cum impositione pœnitentiarum ad vestri arbitrium, & medijs etiam abiurationis per dictos absoluendos ferenda, ad instar formulæ vobis ad partem tradita, & sibi breuioris Sanctæ Officij, quorum &c. In quorum fidem has nostras durante Missione vestra huius modi, & non vltra valituras propria manu firmatas fieri. & subscribi, sigillique nostro, & Sancti Officij respectiuè solitis deberè communiri. Act. & Dat. Taurini die vltimo Aprilis 1596.

Facultas reconciliandi spèrè comparentes.

† Carolus Archiepiscopus Taurinensis.

Fr. Bartholomæus Rocha de Pralormo Inquisitor Taurin.
Renaldus Ressanus Præpositus Pinerolij, & Vicarius Generalis.

Sigillorum † † † Locus.

De

De missionum Leucatarum sine Minoritarum & de prudenti ordinatione esset debat, & de solicitudine sibi tantum promittebat bene vis posto [illegible] edito, secundum ad [illegible] daret edr [illegible] per [illegible] nis [illegible] concessionem, vt [illegible] de [illegible] resi in suspectis d [illegible] axat sed & in vniuersis [illegible] s locis Pœnitentiæ sacramentum admittist are, & a Casibus sibi reservatis absolue [illegible] al'ret, vt infra politum apographum testatur. II.

Carolus Brolia Dei, & Apostol[illegible]a Sedis gra[illegible]a Archiepiscopus Taurinensis.

Dilectis Nobis in Christo RR. PP. Valeriano Pinerol[illegible]si [illegible]auritio Maurensi Episcopo Pancalerensi, & Stephano Campo [illegible]ensi Sulmonensi Domino. Cum per diligens examen de Vobis hac [illegible] affectum idone[illegible] sufficientes competentia in [illegible]cate meritis, quorumcumque penitentium (exceptis Monialibus Nobis subiectis) sacramentales confessiones audiendi eosque absoluendi etiam à Casibus reservatis, & dummodo cum bona voluntate illius qui Ecclesiæ præest, in qua audituri estis confessiones, vt hoc faciatis in Christo, & Dioc[illegible]si nostra Taurinensi, tenore præsentium vobis facultatem concedamus, atque impartimur, ad vestrum beneplacitum [illegible]aturam. In quorum fidem. Dat. Taurini in Ædibus nostris Archiepiscopalibus die 4. mensis Maij 1596. 1596.

Potestas ipso iure dedi cris à Reservatis in tota Taurinensi Dioecesi.

† *Carolus Archiepiscopus Taurinensis.*

Locus † sigilli.

Præmissa autem Apostolicis viris Capuccinis ad dispersas oues recolligendas, zelans ipse Antistes, non mercenarius, sed legitimus Pastor, cuius sunt oues propriæ, voluit personaliter totum dissipatum ouile visitare, & in medio ouium dispatarum stare. Accessit igitur visitando ad Lucemensem, & Petrixianam Communalles, atque præsentialiter ipse in hac posteriori Capuccinorum nouam Missionem stabilinit. Inde Missionarijs in visitationis coadiutores, & Ministros assumptis, ad Pratum-latlatum clausum Vallum penetrauit, cunctique hæretica phrenesi laborantibus illis regionibus perlustratis, ad Sturianam Vallem se transtulit, & Sturianis Vallicolis Sectaria & [illegible]is lepr[illegible]m ectis visitationis beneficium benigne contulit, & diu inibi commoratus, haud fructu vacuus ad propria regressus est. Sed prius cum Demontis educendis reductis moraretur; acceptas Roma Sancta Senerinæ per Cardinalis epistolam transcriptas auctoritates Capuccinis communicandas, protinus per litteras eas illi tran[illegible]mittit, vt infra. III.

Missionē Pe[illegible]tentiarum de[illegible] fundata per[illegible]ticulare[illegible] singulare.

Al Molto Venerando Padre Steffano da Gambalò Capuccino Missionario della Missione. Per a.

Molto Ven. Padre In virtù di questa mia, per l'autorità concessami da Nostro S[illegible]n. p[illegible]na [illegible]ra dell'Illustrissimo Cardinale di Senerina delli 11. Maggio de presente anno. I[illegible]d[illegible]tà all P. V. al P. ve Berna, & al Padre Mauritio d'Il Marra durante [illegible]or Missioni in que[illegible]alli, di poter assoluer tutti quelli che [illegible]ara[illegible]nno Sacramentalmente [illegible]asi [illegible]ati in Bulla Cœnæ Domini, & in olere da sue [illegible]casi[illegible]m[illegible]rum, per [illegible]tti quelli che [illegible]ro veramente d'loro nell [illegible]rre della mia giurisdi[illegible]tione [illegible]. Fatti. Essendo io mi raccomando alle deuote orationi, e Santi Sacrificij de Re[illegible]. [illegible] pregando Dio d'assister lo continuamente, & prestargli gratia di far frutto in cose[illegible] anime. Demonte li 14. Settembre 1596. Autorità di Reservare in Bulla Cœnæ contenuta.

D. V. R.

Affettionatissimo in Christo Fratello
Car[illegible] Ar[illegible]o Taurinen.

A prima Valium visitatione vix vnius integri anni exp[illegible]lo, nouæ perlustrationis curium a[illegible]edi disponit Reuerendus. Taurinensis Archipraful: veru ne inanium, imo vt cum vberiori prouentu spiritali citerior, atque Valles, & rupes percurrere contingeret; decreuit prudens Antistes, in suæ peregrinationis socium, & comitem inligendum vnum sibi adiungere, nempe Fratrem Mauritium a Marra Astensi eximium Theologum, & Scholasticum, qui in Pe- IV.

fraxinis

Ann. Chr. 1597.

truxinis Excubijs inuigilabat: quare ad Generalem Præsulem Capuccinorum datis epistolis, optatam facultatem consequitur; vnde Capuccinum Archimandritam in perlustrationis Adminiſtrum accipiens, aeceſſit ſecundò, altero vix exoriente anno à priori alteram viſitationem aſſumere, & perficere in Vallibus Lucernæ, Petruxiæ, & Cluſonis quas dū inuiſendo, & ſpiritualiter curando perambularet; perſpiciens errones illos à Pſeudoprædicantibus deceptos, ignorantia potius, ſiue craſſa inſcitia, quàm docta malitia delirare; Fratri Mauritio prærecenſito ſuo Theologo ex-tempore, componendi, & conficiendi Catechiſmum Chriſtianæ Doctrinę Prouinciam demandauit. Mandantis igitur iuſſis obtemperans Fr. Mauritius, demandatum opus breuiter perfecit, eidemque Reuerendiſs. Præſuli humiliter obtulit, quod cum ille perluſtrans faciliori res grauiores tradendi methodo mirificè oblectatus fuiſſet: Romam ad Sanctiſſimum tranſmiſit, & annunciauit, ille verò cum Eminentiſſimis Bellarmino, & de Æſculo Cardinalibus examinandum commiſiſſet, examinatum iſti, & approbatum valdè, vt imprimeretur remiſerunt. Quamobrem zelans Archiepiſcopus Carolus Typis librum mandari curauit, & fidelibus, atq; Parochis legendum, & peruoluendum cōmendauit.

Fr. Mauritiꝰ in viſitationis Miniſtrū aſſumit, cui Catechiſmū conficiendū. imponit.

Catechiſmū typis mandari fecit.

A Capuccinorum Apoſtolatu in Subalpinis fundato, vix completo Luſtro, Ft. Valeriano Pinerolienſi ad Clauſtralia ſubeunda munera regreſſo, Fratreq; Mauritio Murrenſe aduerſus Gebennenſes trans Alpes egreſſo, & Tononum progreſſo, qui Miſſionibus in excolendis ſuffecti fuerant, primarum ſuo muneri conceſſarum facultatum autographum, ac ſimul, & ſemel fundatarum Stationum Eccleſiaſticarum primariæ inſtitutionis, & conſtitutionis authenticum teſtimoniū deſiderabant. Quamobrem cum Reuerendiſs. Barienſis Archiepiſcopus, Apoſtolicus Nuntius fundator lōgius receſſiſſet, acceſſerunt qui quærebant Capuccini Miſſionarij ad benigniſſimum, ter Reuerend. Dominum Archiepiſcopum Taurinenſem, qui illico requiſitum, & Sedis Apoſtolicæ auctoritate inſtitutarum Miſſionum, & conceſſarum facultatum agiographum teſtimonium exarato diplomate dedit, vt infra.

Ann. Chr. 1599.

Ann. Chr. 1600.

Carolus Brolia Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Taurinenſis.

VNiuerſis præſentes noſtras inſpecturis, lecturis, & legi audituris fidem facimus, & in veritatis verbo atteſtamur, ſicuti RR. PP. Fratribus Ordinis Minorum Sancti Franciſci Capuccinorum Congregationis, ſignantes Reu. Pat. Fr. Mauritio Murrenſi Sacræ Theologiæ Lectori Monaſterij Genuenſis, qui virtute Decreti etiam Apoſtolici, inſtante Senatu Senenſis. Domino Sabaudiæ Duce, miſſi fuerunt de anno 1594. præterito ad Valles Pedemontis pro conuerſione Hæreticorum, & Hæreſis extirpatione. conceſſa fuerant per Nos infraſcriptæ facultates, ſcilicèt: Verbum Dei prædicandi, & Euangelium explicandi per totam noſtram Diœceſim: Et Sacramentales confeſſiones audiendi quorumcumque pœnitentium (Monialibus exceptis nobis ſubiectis) & abſoluendi eos etiam à Caſibus Nobis ſeruatis; imò per litteras familiares Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Cardinalis Sanctæ Seuerinæ de ordine Sanctiſs. Dom. Noſt. Papæ ſcriptas dat. Romæ die XI. Maij 1596. conceſſimus facultatem abſoluendi ab omnibus Caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini, & hoc durante Miſſione in illis Vallibus. Præterea eidem Reu. Pat. Mauritio contulimus omnem auctoritatem noſtram circa diſpenſationem, & commutationem omnium votorum, ſimiliter eius Miſſione durante: Necnon & poteſtatem adminiſtrandi Viaticum, & Sacramentum Extremæ vnctionis; & etiam licentiam, quod in caſu neceſſitatis, ſecundum exigentiam, celebrare poſſet extra locum Sacrum, ſuper Altare tamen portatile: inſuper aſſenſum præbuimus recipiendi Hæreticos, etiam in Foro exteriori, ſecundum facultatem ſibi conceſſam. Atteſtamur præterea eiſdem Reu. Patribus datam fuiſſe facultatem, inſtante Illuſtriſs. & Reuerendiſs Cardinali Bandino, reconciliandi, & benedicendi Eccleſias pollutas, & profanatas ab Hæreticis, ſicuti manifeſtant litteræ Adm. Reu. Patris Valeriani Bernæ à Pinerolio Capuccini ſub die 6. Februarij proximè decurſi, debitè ſubſignatæ ab eo, & ſigillatæ, qui tempore Miſſionis erat Apoſtolicus Commiſſarius, nunc autem Guardianus in Conuentu Conceptionis Ciuitatis Genuenſis: Inſuper atteſtamur Apoſtolica auctoritate, vt nobis manifeſtum eſt, per litteras familiares Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Cardinalis Sanctæ Seuerinæ de ordine prædicti Sanctiſs. Dom. Noſt. Papæ ſcriptas, dat. Romæ 17. Ianuarij etiam proximè præteriti, prædictum Reuerend. Pat. Mauritium eſſe miſſum Tononum, & in Diœceſim Gebennenſem, ac finitimas cum omnibus facultatibus prædictis occaſione ſuprædictæ Miſſionis: In quorum fidem has noſtras manu noſtra propria firmatas, fieri, & ſubſcribi, ſigillog; noſtro debitè munitis iuſſimus, & fecimus. Actum, & Dat. Taurini die decimaſexta Maij 1601.

Ann. Chr. 1601.

Agiographū teſtimonium facultatū conceſſarum ab initio Capuccinis.

† *Carolus Archiepiſcopus Taurinenſis.*

Locus † Sigilli.

Megliorini.

Secusiam se confert.

Fr. Philippi lustrationis comitem accersit, & Vicarium constituit.

Missionis Castridelphini fundandæ mandatum accipit, & exequitur.

Subsidia temporalia, & Spirituales operarios procurat.

Euangelici Missi Operarij Capuccini vineas Domini, quas vulpes demoliti nitebantur, ipsi circumeundo contutari conabantur: quamobrem anno secundo sæculi currentis septimidecimi, ad Secusinæ Vallis superiores Villas Medianam, & Mathicum Prato-Iallato proximas, & cohærentes peruenerunt, ibiq; aduertus vicinos rebelles insidiatores, pariter & imitatores religiosas exercitias necessariò statuendas cogitauerunt, ideo Reuerendiss Dñ. Cesano Archiepiscopo Taurinēsi, cuius monitu cò appulerant, suæ progressionis, & peruentionis per litteras progressus annuntiant: nuntianibus autem, & operantibus vt conperarentur zelans Sacer Antistes; protinus Secusiam se conrulit, & recipiendis reducibus solicitè incubuit. interim verò responalem humanissimam epistolam dedit. VI.

Ann. Chr. 1602.

Trecenti secundo anno post sexcentos & mille, ecce iam tertiò venit ad Caluinistica luc peruersas Conuallcs Lucernæ, Perruxiæ, & Prati-Iallati inuisendas solicitior, immò solicitissimus Carolus Diœcesanus Archipræsul, visitans autem inseruientis sibi, & assistentis Fr. Philippi à Pancalerio Missionum Præfecti ope, & opera perpetuò vti voluit: quamobrem Draconcrio illum accersens, suę Pastoralis lustrationis obsequiosum comitem adduxit. Cum verò peregrinatione absoluta, vnusquisque in suum locum regressus fuisset; Fr. Philippus Salutiensem Marchiam repetens, non per transiruni (vt olim) sed ex proposito Varaitanam Vallem, Castellanamq; Castridelphini Satrapiam, in qua impunè grassantur Hæreses, aggredi decreuit, atq; ad adoriendum peruenit. Vnde cum primaria sua in aggressione mirum in modum fructificasset; Reuerendiss. Dominus Archiepiscopus ad vberiores prouentus recolligendos, ampliorem contulit potestatem, & suum Foranenm in Vicarium illum constituit, vti sæpè sepiùs recensuimus. VII.

Cum præindicatus Fr. Philippus Missionum Præfectus à suo regressu reducendis etronibus mirificè insisteret, ad hocq; Quadraginta horarum sacrum instituendi exercitium facultatem, & Indulgentiam à Summ. Pontifice Clemente VIII. reportasset; huius concessionis, & institutionis per suas litteras Reuerendiss. Taurinensem Antistitem admonuit, potestatem, & facultates congruas ab eo postulans: Postulauti igitur ille satisfecit, & postulata cuncta concessit. VIII.

Ann. Chri. 1603.

Quoniam in Delphinensi Castellana Satrapia in summitate Varaitanæ Vallis sita, sub Gallicani Christianissimi Regis Dominatione constituta impunè debacchantur Hæretici, quinimmò quia ad eam veluti ad proscriptorum asylum Salutiensis Marchionatus electi exules Religionarij, & profugi confugiebant, sicque in dies magis schismatica insolentia, extremis illis in Italiæ terminis, sine termino aduersus Catholicam Ecclesiam intumescebat, pariter & conurgebat; Fr. Philippus Missionum Præfectus de manifesto Fidei periculo, immò illius Ecclesiæ excidio Sacros Antistites admonnit, cuius monita Reuerendiss. & Nuntius, & Archiepiscopus Taurinenses ad Romanam Curiam transmittentes, ab Eminentiss. Patribus receperunt in mandatis; vt in Castridelphini Oppido, & Statione Capuccinos stabiles Excubitores locarent, cuius Apostolici mandati tenorem illi Fratri Philippo Euangelicæ miliuiæ præsidi notificantes impoluerunt; vt ex suis Pugilibus geminos Vigiles ad Castridelphini speculam emitteret: quibus selectis, adque destinatum opus expedirè progressuris Reuerendiss. Taurinensis Archipræsul necessatiũ commeatum prouidit, vt sequitur. IX.

Al Molto Reu. Padre Fr. Filippo da Pancalieri Capuccino. Verzolo.

Molto Reu. Padre. *Si è consignata dal mio Mastro di Casa al Latare della lettera di V. P. M. R. la name mia trenta scuti d'oro per il primo trimestre della prouisione, e limasiaa delli Padri della Missiane di Castelderfiaa, & vn paramento da Sacerdote per celebrare la Saata Meßa, cioè pianeta, stola, manipolo, amito, e ciataje per coata del calice, si potranno valer di quello, che già mandai, & lo vistrò il Preaosto di San Pietro, mi sarà caro intender che tutto sia capitata bene: perliche se ne potranno aadare i Padri caa la benedittiane del Signore, ch'ia dò loro tutta l'autarità, che li posa dare per seruitio di quelle anime, darante la loro Missiaae, & à V. R. di sattisfaire, in name mio, qaaate persiane sarà di bisogna, che tẽgaaa la sadetta prouisiaae, ò sia elemosina, & altre, che si daranaa all'aacaure, fin tanto che sia impiegata in seruitio lora, & della Sata Missiaae Apostolica, & qaelli tali, che terrãno detta elemosina, si chiameranna tenerla in name mio, per leuar ogni scrupolo à lora Padri. La lettera, che m'hà mandata, s'inaierà col primo Ordinario à baa ricapito: Si bebbe la copia dell'erettiane del Vescouato di Salazza, & qaãda Moasig. Npatia sarà qui, glicla darò, acciò posa scriaer à Roma per conto di Casteldelfino, Dio la benedica, e lo preghi per me. Torina li 10. Maggio 1603.*

D. V. P. M. R.

Affettionatiss. come Fratello.
Carlo Arciaescoua di Tarino.

Cum

X. Cum ergo aſperiori in remotiori illa Delphinenſi plaga Stationem Eccleſiaſticam ſuorum Commilitonum ſtatuiſſet Fr. Philippus; ſequenti anno ad aliud ſeracioris ſoli, ciuitatem Taurinenſis Diœceſis, eadem hæretica tabe languens Oppidum accedere deſtinauit, nempè Cadralium: vbi ad inuadendos, ac profligandos errores vt & turiorem viam ſterneret, & latiorem ingreſſum ſibi aperiret; cum ipſe in ordinaria ſua Draconerienſi Cuſtodia apoſtolaretur, inde Cadralium opportunis feſtiuis diebus egrediendo, Aduentus Eccleſiaſtici conciones ad Cadralienſes habere voluit: quos ad Fidem redeuntes, vt recipere valeret; à Reuerendiſſimo Antiſtite opportunam auctoritatem poſtulauit, quam ille conceſſit.

Ann. Chri. 1604.

XI. Inter Miſſionarios Capuccinos Euangelicos Operarios, qui Dominicum agrum in Alpibus Delphinenſibus conſtitutum colere, immò Dominicum Eccleſiaſtici Regni aggerem ſolicitè cuſtodire ſategerunt, non vltimus, quin inter primos enumerandus occurrit Fr. Stephanus Tendenſis, qui eò ad excubandum deſtinatus, fideliter Regnum Dei propugnandi nullum finem aliquando feeit. Quamobrem cum illius aliquando ſtrenuè geſtorum fama ex prominentioribus rupibus erumpens Reuerendiſſimi Archiepiſcopi ad aures peruenifſet; Vicariam Foraneum illis in oris eum conſtituit, & ampliores facultates attribuit, ſicuti ex infraſcripto diplomate patet.

Ann. Chri. 1610.

Carolus Brolia Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Taurinenſis.

Dilecto Nobis in Chriſto Reu. Patre Fr. Stephano Tendenſi Ordinis Capuccinorum Sal. in Domino. Cum in præſentiarum eu in loco Caſtridelphini noſtra Dioeceſis exiſtat, & non valeamus in præſentiarum, pluribus aliis impedimentis negotiis illic nos transferre pro viſitando, & alios peragendis: ideirco de eius doctrina, prudentia, & rerum gerendarum experientia in domino confiſi, quod ea, quæ tibi committemus, ſummo ſtudio, ac diligentia exequeris: Vt igitur Eccleſiaſtico quaſcumque Caſtridelphini, & illius Caſtellaniæ, necnon Capellas, Confraternitates, & alia pia loca viſitare, curare, & ordinare, tàm circa reparationem, & emundationem earum Eccleſiarum, Capellarum, Confraternitatum, & aliorum piorum locorum prædictorum; necnon contra vſurpatores bonorum Eccleſiaſticorum, ac occupatores Decimarum, & aliorum Iurium earumdem Eccleſiarum, Capellarum, Confraternitatum, & locorum prædictorum procedere, & quod tibi benè viſum fuerit, decernere, & ordinare: Item permutare domum Parochialis Eccleſiæ Canalis, quæ collapſa eſt, cum alia proprietate in Eccleſia beneficium, & domum Confraternitatis Pontis, quæ etiam minatur ruinam, alienare, & vendere, & in beneficium eiuſdem Confraternitatis eamuertere, vt in feſto Paſchatis ſolita eleemoſyna fieri poſſit: Capellas reparatas, & reparandas, vt in eis celebrari poſſit, benedicere, & Capellam Beatiſs. Virginis Pontis in honeſtiorem locum, tibi bene viſo, tranſferri facere, cæteraq; omnia alia, & ſingula circa præmiſſa neceſſaria, & opportuna facere, & exequi poſſemus, ſi præmiſſis omnibus præſentes eſſemus, facultatem, & auctoritatem noſtram tibi in Domino, cum dependentibus vniuerſis concedimus, & impartimur. In quorum fidem. Dat. Taurini die decimanona menſis Octobris 1610.

Viſitatorem Delphinēſis Satrapiæ delegat Fratrē Stephanum Tendenſem.

† *Carolus Archiepiſcopus Taurinenſis.*

Locus † Sigilli.

Mogliarini.

XII. Huius Minoritæ Leuitæ Stephani Capuccini prudentiam, pariter & integritatem tanti faciebat Taurinenſis Dominus Diœceſanus, vt in Caſtellania omnimodam ſuam auctoritatem exercendam illi committeret. Verùm ille prudenter liberaliter ſibi omnimoda delegata poteſtate parciſſimè vtens, à Reuerendiſs. Præſule, ſaltem per litteras agendorum, & diſponendorum pro Eccleſiaſtico ſtatu oracula expoſcebat opportuna: cui expoſtulatus Paſtor benignè ſatisfaciebat. Feliciſſimæ recordationis hactenus recenſitus Taurinenſis Archipræſul, quamdiù lucis huius vſura potitus eſt, tamdiù effuſiori charitate, & profuſioribus charitatiuis ſubſidijs Capuccinos Miſſionarios proſequi perſeuerauit, ab anno 1596. conſtituti Capuccinorum Apoſtolatus ad annum 1617. ſtatuti ſui obitus.

Ann. Chri. 1617.

CALCVLVS SECVNDVS

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini PHILIBERTI MILLIETI Archiepiscopi Taurinensis, ab anno 1620. ad ann. 1625.

I. A Binteritu Reuerendiss. Caroli Broiiæ anno 1617. defuncti, per biennium Metropolitana Taurinensis Archiepiscopalis Insula vacauit, vsquequò sub anno 1619. Philibertus Millietus, Sabaudus Patritius, eruditissimus, & eloquentissimus Euangelicus Orator, de Manrianensi Episcopatu ad Taurinensē Archiepiscopatum, Carolo Emmanuele I. Sabaudiæ Duce postulante, concedente, atq; mandante Paulo V. Romano Pontifice, assumptus, & translatus fuit. Hic tantum tribuit Capucinis Missionarijs; vt in visitatione perardua Vallium Petruxiæ, & Prati-Iallati eorum opera, & ministerio peculiariter vsus fuerit anno 1624. Fr. Alexandro Oxibiensi in Castridelphini Custodia suo tempore elaboranti eam fidem habuit; vt vacantibus geminis illius Castellaniæ Parœcijs binos Rectores Sacerdotes, non alio examine approbatos, quàm Fr. Alexandri præceptoris, & institutoris testimonialibus litteris comprobatos, in Parochos assignauerit. Rursus eum Fr Getualius Taurinensis in Cadralensi Statione excubans, geminas itidem Parochiales Ecclesias ex parte iàm collapsas, ex parte verò iam iam collabentes restaurare, & restituere excogitaret; cui tamen pro bono publico operanti publicæ rei administratores Cadralienses cooperari renuissent; seuerioribus emissis sanctionibus renitentes ad pium opus perficiendum compulit Reuerendiss Metropolitanus Antistes: facta iterum viciniori Reuerendiss. Episcopo Salutiarum instauratæ vnius iam Parœciæ eodem anno reconciliandi, & consecrandi potestate. Necnon eodem hoc anno Fr. Francisco à Montecalerio, in Pancalerij Pago Sacras Quadragesimales conciones habenti, vt Sacramentales expiationes ad se accedentium exciperet, & reseruationis vinculo absolueret, concessit.

Plurimùm tribuit Capucinis Missionarijs.

II. Grauioribus perurgentibus pro peculiariter in sua Custodia accidentibus necessitatibus prouidendis, hoc anno Magni Iubilæi, nempè vigesimo quinto, post mille trecentos Fr. Bonauentura Taurinensis Capucinus Stationarius in Castrodelphino coram Reuerendiss. Domino Diœcesano Archiepiscopo per delectum libellum supplicauit, vt infra.

Illustriss. & Reuerendiss. Monsig.

Conoscendo quanto sia il zelo, e vigilanza pastorale di V. S. Illustriss. & Reuerendiss. e con quanta sollecitudine procura la salute delle anime d se commesse; humilmente la prego, e supplico à beneficio delle anime della Castellania di Casteldelfino, & accrescimẽto del culto Diuino, si compiaccia concedere l'infrascritte facoltà.

I Trouandosi in quel luogo molti beni di Chiesa occupati parte da Cattolici, e parte da Heretici; Si supplica V. S. Illustriss. d conceder facoltà al Reu. Prete Gio. Garnerio Curato de Sant'Eusebio, di poter agir alla ricuperatione de quelli, che spettano alla sua Chiesa; & al Reuer. Prete Gio. Ruffa Curato di Ponte, di quelli, che spettano alle altre Cure, cioè di Ponte, Bellino, e Chianale.

II. Essendoui alquanti pij legati di Confraternità, & altre annuali elemosine, che si per l'antichità, come per le turbulenze di guerre, e diuisione di legatarij, hanno obligo, chi d'vn agnello, chi d'vn quarto, chi d'vna douzena d'ona in perpetuo, & altri simili minutie, che si perdono, & vanno in diuersione con pregiudicio de poueri; Si supplica che V. S. Illustriss. si cõpiaccia conceder facoltà al sopradetto Prete Curato di Ponte, di poter agire ò per via di lite, ò d'accordo, assolueudo da quelle annue pensioni quelli, che vorranno esser assoluti: mediante vna cora honesta per vna volta solamente, quale si habbia poi d conuertire in proprietà d beneficio de poueri.

Postulationes in beneficium egenorum, & Ecclesiarum.

Ann. Christi 1624.

III. Essendoui molti beni di Chiesa diuisi, e lontani; Si supplica, che trouandosi commodità di commutarli con viste, & beneficio delle dette Chiese; si compiaccia darne facoltà d detti Curati, à ciascuno su particolare, ouero al detto Curato di Ponte, come più li piacerà.

IV. Essendo i Cattolici (vt plurimùm) molto trascurati nelle cose appartenẽti alla propria salute, si che molti restano anco inconfessi; per non essergli taggione di maggior male, atteso la libertà di conscienza, Si supplica di potergli ammetter quando verranno.

V. Per l'istesso rispetto si supplica; che si compiaccia dar facoltà à RR. Curati, di potergli assoluer da Casi riseruati à sua Signoria Illustrissima.

VI. Che trouandosi la Cura del luogo di Chianale molto debole, che non ascendono le sue rẽdite alla sõmma di cinquecento fiorini, cõputata ogni cosa, in paese tãto sterile; Si cõpiaccia

sonnenirla con qualche beneficio semplice, presentandosene l'occasione, ouero con qualche pensione.

VII. Trouandosi alcuni pochi beni della detta Cura della Chianale comprati con cento ducati, che dalla Camera Apostolica furano applicati ad'instanza dal P. Stoffano da Tenda Missionario Capuccino, non ancor registrati nel catastro de beni Ecclesiastici, & ne anco dal Rcn. Curato mai pagati i carighi Reali; si dimanda parere come habbi da gouernarsi, & ogni fauore possibile appresso l'Eccellentissima Senato di Granoble, si acciò siano aggregati alli catastri della Chiesa, come anco acciò non restino assorbiti dalli carighi, che sino al presente non sono mai stati pagati.

VIII. Ch'essendo dagl'Heretici, e massime dal Ministro trasgrediti gl'ordini Regii, & decreti di Sua Maestà Christianissima, quale determina, che il Ministro della pretesa religione di Calvino non possi essercitare alcun atto della pretesa religione fuori del luogo della Chianale, & una volta si mosse al basso di Bellino ni publicome meno primatamente; ad ogni modo con ingiuria, e disprezzo delli Reggy decreti, sono essercitate queste Diaboliche funtioni publicamente in ogni luoga: Che però si supplica sua Signoria Illustrissima degnarsi operare coll'Illustris. Sign. Della Fara Gouernatore, & coll'Eccellentis. Senato di Granoble, che sia prouisto à tanto inconueniente. Le quali cose se saranno giudicate dalla sua molta prudenza meritenoli da esser concesse, humilmente si prega, che si compiaccia decretarle, secondo che dallo Spirito Santo dal quale è retto, & gouernato, gli sarà suggerito, e con tal fine si prega dal Signore à V. S. Illustrissima, & Reuerendissima molta sanità, & longhi anni.

Fr. Bonauentura da Torino Missionario Capuccino di Casteldelfino.

III. Zelantissimus igitur Pastor lectis, intellectis, & perspectis postulationibus, siue expositis indigentijs, sufficienter illis vt accurreret, decreuit, vt sequitur.

Decreta Illustriss. & Reuerendiss. Archiepiscopi.

Ad I. Iniungitur recuperatio bonorum alienatorum, ad quam de Iure tenentur.

Ad II. Pretium huiusmodi minutarum decennale conuertatur in beneficium Ecclesiæ: De conuersione tamen huiusmodi Nos certiores Parochus faciat, pro confirmatione.

Ad III. Vbi occasio se obtulerit permutandi bona huiusmodi Ecclesiastica, recurratur ad Nos per preces, & prout iuris fuerit prouidebitur.

Ad IV. Prorogantur facultas requisita ad duos menses proximos. Resp. & prouisiones ad postulata.

Ad V. Conceditur ad idem tempus.

II. *Ad VI. Quatenus beneficia aliqua simplicia sita sint in Dominio Christianissimi, & Diœcesis Taurinensis, qua viri queant, Nos admoneat Parochus, & sibi prouidebitur: interim Communitas ad formam Decreti Regij prouideat.*

Ad VII. Recurrat ad Officiales Regiæ Maiestatis.

Ad VIII. Scribas Rcn. Pater Missionarius ad Illustris. Gubernatorem, & transmittat ad Nos responsa. Taurini die 6. Maij 1625.

Ann. Chri. 1625.

† *Philibertus Archiepiscopus Taurinensis.*

CALCVLVS TERTIVS

Illustriss. & Reuerendiss. Dom. Fr. IOANNIS BAPTISTÆ FERRERII Archiepiscopi Taurinensis ab anno 1626. ad ann. 1627.

I. EX Pinerolensi & Ciuitate oriundus, & nobilitate Patritius Fr. Ioannes Baptista Ferrerius, in Sacra Prædicatorum Ordinis familia & intellectualibus, & moralibus virtutibus incumbens, tum morum compositione, tum multimoda eruditione præclarus euaserat: quare Sacer Orator insignis, ex ordinario confessario Caroli Emmanuelis I. Ducis Sabaudiæ Metropolitanus Taurinensis ab eo postulatus, de Vrbani VIII. Pontif. Max. iussu Archiepiscopus consecratur, & suæ Metropolitanæ Ecclesiæ, cui fuerat deponsatus, pacificam possessionem accepit. Ad cum igitur accedens Fr. Bonauentura Taurinensis, qui tunc in Castridelphini specula vigilabat, & spirituales plures indigentias, extremis illis in Italiæ oris, agrestibus populis, & alpestribus Ecclesijs præsentaneo remedio egere

animaduertebat ; ſcripto exaratas ſupplices litteras per diſcreta capita poſtulauit, vt infra.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Monſign.

IL Miſſionario di Caſtelderfino ſupplica V.S.Illuſtriſs.degnarſi di prouedere à gl'infraſcritti biſogni :

Primo. Domanda licenza di far reedificare vna Capella nella Chieſa Parochiale di Santa Margarita nella Villa di Sant'Euſebio, per ſeruitio della Compagnia del Sanciſſimo Roſario, già diſtrutta alcuni anni ſono dagl'Heretici.

Secondo. Che ſi degni conferire, & vnire al beneficio del Curato vna Capella, che già fù Ius Patronatus de Vaſſalis, decaduta ſi per l'hereſia, come per altre formalità, di reddito di cento fiorini l'anno, con obligo d'vna Meſſa ogni meſe : Qual promettono i Signori della Corte di Granoblo, che conferta da V. S. Illuſtriſs. & piglieranno il poſſeſſo ; obligaranno i Legatarij alla ſolutione.

Terzo. Che eſſendo la Cura di Sant'Euſebio ſenza Caſa per il Curato; commandi che la Communità gliene prouedà conforme al biſogno.

Quarto. Che viſitandoſi la Capella del Caſtello ; ſi compiaccia dar licenza di benedirla, & celebrarui.

Quinto. Si compiaccia obligare le Commonità della Valle à miſurare i beni delle Chieſe, perche tutti ſi trouano mancare nella miſura.

Sesto. Che hauendo ottenute da la Corte di Granoble lettere; acciò ſiano pagate le Decime al Reu. Curato della Chianale à ragione di vno per quindeci ſu'l campo ; Si poſſi accordare con la Communità nel miglior modo, che ſi potrà ; per non eſaſperare quelle genti, la metà ancora Heretici.

Settimo. Che eſſendo abuſonelli ſponſalitij, facendoſi ordinariamente ne giorni di feſta, à doppo il Veſpro; ſi li Sposi, che li parenti loro, che molte volte ſono più di cento, tutti perdono la Meſſa : Si compiaccia ordinare; che faccendoſi, ſi facciano alla Meſſa per euuiare ad vn tanto abuſo.

Ottauo. Che facendoſi conſeglio di Communità nella Chieſa, doue interuengono molti Heretici, & con molta irreuerenza ; li piaccia di prohibirlo ſotto grani pene.

Nono. Che eſſendo compellita i Curati à pagare le catighe Regij de poſſeſſi della Chieſa ; Si compiaccia di dichiarare la ſua volontà, acciò ſappiano come regerſi in queſto fatto.

Decimo. Che ſi compiaccia di concederegli i Caſi riſeruati di V. S. Illuſtriſſima, & Reuerendiſſima.

Vndecimo. Item facoltà alli Reu. Curati, e Confeſſori ordinari, di ſentire le confeſſioni di quelli, che non ſi ſono confeſſati alla Paſqua, atteſa la libertà del paeſe, e pericolo delle armi.

Zelotis igitur Leuitici Miniſtri oblatas poſtulationes conſiderans Reuerendiſs. Antiſtes, prouidit, vt ſequitur.

Ad Primum. Concedetur licentia requiſita reedificandi Capellam pro Societate Sanctiſſimi Roſarij.

Ad Secundum. Attenta tenuitate reditnum Parochialis, illi volumus, auctoritate noſtra ordinaria, Capellam cum illius redditibus, ſuppreſſis tamen per Reu. Curatum oneribus Capellæ, præſertim voius Miſſæ ſingulo menſe.

Ad Tertium. Mandatur Parochianis de ædificando, ſiue prouidendo de domo Canonicali ad vſum Reu. Curati, intra tres menſes proximos.

Ad Quartum. Concedetur, dummodò ſit prouiſa de neceſſarijs pro celebratione.

Ad Quintum. Iniungitur Communitatibus Vallis, ac fidelibus de metiendo bona Eccleſiarum.

Ad Sextum. Permittitur Reu. Curato, cum aſſiſtentia Reu. Patr. Miſſionarij, vt poſſit tranſigere ſuper quota Decimarum, ex cauſis adductis.

Ad Septimum. Prohibemus RR. Curatis, ne alio tempore, quàm intra Miſſarum ſolemnia celebranda, aliquos Matrimonio iungant, aut Matrimonia celebrent.

Ad Octauum. Prohibemus ſub pœna Excommunicationis ; ne in Eccleſia fiant publica Parlamenta, Conſilia, præſertim ſæcularia, ad vitandos ſtrepitus ; ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi.

Ad Nonum. Ernet ſuper hoc articulo Regia priuilegia pendeoda.

Ad Decimum. Attenta diſtantia, & ex aliis iuſtis de cauſis, Concedimus Reuer. Patri Miſſionario facultatem abſoluendi in Foro conſcientiæ à Caſibus Nobis reſeruatis.

Ad Vltimum. Concedetur iuxta petita.

† *Fr. Ioannes Baptiſta Archiepiſcopus Taurinenſis.*

Locus † Sigilli.

Neyroni.

Poſtulationes pro Fide, & Eccleſia.

Ann. Chri. 1624.

II.

III.

I.

Fauorabiles reſponſiones.

Calcu-

CALCVLVS QVARTVS

Illustriss. & Reuerendiss. D. ANTONII PROVANAE Archiepiscopi Taurinensis, ab anno 1632. ad ann. 1640.

I. Singulari & vitæ innocentia, & conuersationis integritate, & maturiori prudentia præfulgebat Antonius Prouana ex Dominis Collegij: Quapropter & Prior Sanctæ Mariæ de Secusia, & Abbas Noualicensis factus, primo Dirrachij, tandem Taurini Archiepiscopus eligitur, & creatur, expoſcente Victorio Amedeo Duce Sabaudiæ, & annuente Vrbano VIII. Pontifice Maximo anno ſecundo poſt triginta ſexcentos & mille. Hic Capuccinæ Religionis ſingularis amator, protector, & tutelaris, vbi primùm ad Archiepiscopalẽ Cathedram aſſumptus ſpiritualis ſui Dominij munereis, & onetis curas circumſpicere aggreſſus eſt; proinde ſuæ prouidentiæ continuum ad Connalles in ſua Diœceſi hæreticali peſtilentia tauciatas conuertit, atque Capuccinum Excubitorem Fratrem Mauritium Ceuenſem Delphinenſi in Statione milirantem, illarum Eccleſiarum ſibi ſubiectarum Oeconomum conſtituit, vacantiumq; binarum Paræciarum omnimodam adminiſtrationem vt acceptare, & exercere acquieſceret obuixè roganit.

Integerrimi huius Antiſtitis zelus.

Ann. Chri. 1632.

II. Quò verò remotarum, & paupercularum earum Eccleſiarum exactiorem, & ſolicitiorem curam gereret; eundem Fratrem Mauritium Archiepiſcopalem Cõmiſſarium in illis partibus ordinauit, infra dando diplomate exarato. Subiecuenti anno Fratrem Laurentium à Pinerolio in Perruxina Valle Miſſionarium exiſtentem, quarundam ciuſdem Vallis Eccleſiarum Oeconomum nominauit. Cum per hæc tempora ad Caſtridelphini conſiderabilhorem cuſtodiam aſſeruandam emiſſus acceſſiſſet Fr. Ioannes à Foſſano, eximiæ & integritatis, & ſolicitudinis vir; Reuerendiſs. Dom. Archiepiſcopus, cui haud ignota erat religioſi Operatij ſufficientia, eum Oeconomum, generalemque ſuum Procuratorem illis in Eccleſijs elegit.

Ann. Chri. 1633. 1634.

Ann. Chri. 1635.

III. Pius, benignus, clemens, & zelans Sacer Antiſtes Antonius à Fratre Ioanne de neceſſitate remotiores illas Eccleſias inuiſendi, & Sacræ vnctionis, ideſt Confirmationis Sacramentum adminiſtrandi commonctactus, opus aggredi, & per aſperiores plagas progredi decreuit, atque ex-tempore decretum adimpleuit. Aſcendit igitur per Varaytanæ Vallis prolixum tractum, & ad Caſtridelphini Comitatum peruenit, vbi in ſuæ viſitationis fideliſſimum Miniſtrum aduocato Capuccino Miſſionario Fr. Ioanne, paupercules illas Eccleſias perluſtrauit, & agreſtis illius plebis, & populi gentem vniuerſam Paſtorali ſuo munere, & humaniſſima ingenita benignitate conſolatus eſt. & ſpiritualia cuncta ſubſidia ſibi congruentia impendendo, & Confirmationis Sacramentum vniuerſis indigentibus exhibendo. Et viſitatione igitur perſonali, & præſentiali luſtratione reales plures illarum perielitantium Eccleſiarum neceſſitates conſpiciens; nonnullas opportunas prouiſiones emiſit. Primam circa religioſam conuerſationem ſecularium Clericorum. Secundam Fr Ioanni Foſſanenſi Miſſionario coram Gratianopolitano Magiſtratu comparendi, & ſuo nomine Eccleſiaſticas cauſas ad ſententiam diffinitiuam vſque pertractandi, per authenticum reſcriptum facultatem fecit.

1636.

Viſitat Caſtellaniam Stratæ Delphinæ eam, & Cõfirmationis Sacramẽtum, & alia plura beneficia populis impendit.

Ann. Chri. 1637.

Quoniam Gallicani Regni Miniſtri vectigalia nonnulla à pauperculis Curatis Caſtellaniæ exigebant, & Hæretici ſibi conſtitutos terminos tranſiliebant; Reuerendiſs. Speculator Dom. Archiepiſcopus Gallici Regis Nuntium Apoſtolicum per litteras admonitum interpellauit, à quo cooperantibus Capuccinis, quaſdam prouiſiones reportauit, ſicut ipſe Fratri Ioanni per ſuas litteras annunciauit. Paſtorali ſua ſolicitudine, & diligentia plura in Caſtellania, pro ſaluatione animarum, & Diuini cultus augmentatione prouidit per hos annos Reuerendiis. D. Antonius Prouana: nam electionis legem aduerſus aduenas Hæreticos in tota ſua Diœceſi promulgauit, & in titulum Sanctæ Crucis Altare, & cacellum erigendum mandauit, & ſub inuocatione Beatæ Mariæ, pariter & Sancti Franciſci funiculorum Societatem inſtitui permiſit. Præcepit autem (emiſſo edicto) vt publici tabelliones piorum legarorum (iuxta præſcriptum) notulas exhiberent ſuis temporibus: de his autem, & de nonnullis communiter accidentibus, pro Eccleſiaſtico Regno remotioribus illis in liminaribus promouendis ad Fratrem Ioannem edicaciores litteras dedit.

IV.

Ann. Chr. 1638.

Varia prouiſa dit in Religionis prouentũ

CAL-

CALCVLVS QVINTVS

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. IVLII CÆSARIS BERGERIÆ Archiepiſcopi Taurinenſis, ab anno 1643. ad ann. 1659.

POſtquam Vicarias Archiepiſcopales Generales vices & pluries Sede vacante, & ſub diuerſis Archiepiſcopis in Diœceſi Taurinenſi exercuiſſet Reuerendiſs. D. Iulius Cæſar Bergeria Ciuis, & Patritius Taurinenſis; tandem Gallicis Caſtris Taurinum anno 1640. obſidentibus, defuncto Reuerendiſs. Domino Antonio Prouana, Chriſtina Fræciea Tutrix, & adminiſtratrix Sabaudiæ Coronæ, Caroli Emmanuelis II. Filij, ſuum primarium eleemoſynarium, nempè præindicatum Dominum Vicarium Generalem, in Taurinenſem Archipræſulem nominauit, quem Vrbanus VIII. benignè ordinauit, & conſecrari mandauit. Regreſſo igitur, & ad Eccleſiaſtici ſui regiminis adminiſtrationem ingreſſo; in Eccleſiaſticis Excubijs inuigilantes Capuccini ſtatus vexatarum Eccleſiarum proprio Antiſtiti per litteras relationem tranſmiſerunt, quibus humaniſſimus Paſtor gratiſſimas reſponſiones plures remiſit.

Reuerendiſs. hic Antiſtes Taurinenſis Archipræſul, ſicuti naturali congenita excellit benignitate; ità & ſtudioſa humanitate in religioſos præcipuè præcellit, quod perpetuò experti ſunt Fratres Minores Capuccini, & cum adhuc ſolummodo Vicarias vices gereret, & multo abundantius poſtquam Archiepiſcopalem poteſtatem adminiſtrandam ſuſcepit: cunctis enim in emergentibus, quibus pro ſubleuandis, vel prouidendis regularibus in miniſterijs, vel officijs gerendis à Capuccinis vel ſuperioribus, vel inferioribus interpellatus fuit humaniſſimè perpetuò, & benigniſſimè omnibus rationabilibus annuit poſtulatis, & requiſitis ſatisfecit, ſignãrer in Euangelico, vel Apoſtolico miniſterio exercendo: nã & concionandi, & confeſſiones excipiendi, & à ſibi reſeruatis Caſibus abſoluendi liberam ſemper ſeeir petentibus facultatem: Vnde illius propenſiſſimæ in Minoritas charitatiuæ affectioni, deſcripta characteribus non explicandam obligationem aſſertiatius.

I.

Ann. Chri. 1640.

II.

III.

DE EPISCOPIS SALVTIENSIBVS

CALCVLVS SEXTVS.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini IVVENALIS ANCINAE Saluttenſis Epiſcopi, ab anno 1603. ad ann. 1605.

FOſſanenſi In Ciuitate natus, & educatus, Taurinenſi in Vniuerſitate & Philoſophia, ac Medicina laureatus, Romæ Sacris In Academijs Theologica facultate excellenter inſtructus, Congregationem Oratorij Sancti Philippi Nerij ingreſſus Euangelicus Orator (quodq; excellentius computatur) Angelicus etiam Euangelicæ vitæ profeſſor exaſtit Iuuenalis Ancina. Cum igitur miræ Sanctimoniæ radijs in conſpectu Vrbis, & Orbis præfulgeret 4. diu, nempè per integrum luſtrum, ob bellica incommoda vacanti Saluttenſi Eccleſiæ à Carolo Emmanuele I. Allobrogum Duce poſtulatus, a Clemente VIII. Pontif. Maximo inuitus præficitur in exordio anni tertij, vltra ſexcentos, & mille. Per quinquennium vacauerat hæc Epiſcopalis Sedes, per biennium dumtaxat prudentiſſimus, & zelantiſſimus Iuuenalis in ea ſedit, nequaquam tamen ſedendo quieuit, quinimò in propria Diœceſi reſidendo, perpetuò ſolicitus, & iugiter operoſus ſuæ plebis mores reformare curauit.

I.

Virtutibus clarus inuitè Epiſcopalem inſulam accipit.

Anno Chriſti 1603.

Cum igitur ad ſuam Eccleſiam appulſus in Eccleſiaſticis caſtris, ſiue in Apoſtolicis Excubijs pernigilantes, immo aduerſus hæreticam prauitatem per Saluttenſem Marchiam irrumpentem decertantes inueniſſet Fratres Minores Capuccinos, Euangelicos Operarios ſecundum eor ſuum ſingularj charitate; pariter; & peculiari benenolentia eos iugiter proſecutus fuit, in ſuaq; Diœceſi laborantibus collaborare ad reductionem animarum præſentialiter voluit. Cum enim ſub

II.

biennio Episcopalis sui regiminis bis quadraginta horarum exercitium, nempè semel in Verzolij, & iterum in Draconerij Oppidis Fr. Philippus à Pancalerio Capuccinus Missionarius instituere, & iuxta à Romano Pontifice sibi concessam Plenariam Indulgentiam solemniter celebrare proposuisset, zelans Antistes vtrobique celebranti sua præsentia præsto adesse dignatus est, & ope, ac opera, immò auctoritate, & sua potestate pium opus promouit, quinimmò ad honorificentius propositum religiosum institutum percelebrandum diuersa diplomata edidit. Capuccinos Operarios singulari benemerita prosequitur.

Ann. Chri. 1603. III. Ad effectum igitur ritè, & ordinatè in expolito exercitio quadraginta horarum signanter in loco Draconerij procedendi, vnam insuper, & alteram Episcopalem suam Sanctionem promulgauit, quas tamen hic recensere, & transcribere minime necessarium existimaui, quia grauiora nobis hoc loco transcribenda occurrunt. Nam dum publicis sermocinationibus, & congregationibus promouendæ & propagandæ Fidei Catholicæ Sacri Præsules, & Euangelici Prædicatores in Templis insisterent; priuatis in Conuenticulis Sectarij deceptores disseminandæ perfidiæ fraudulenter incumbebant. Quidam enim Apostata Ludouicus à Busca, iàm olim pluries proscriptus, & damnatus, combustionique addictus, si ad Iustitiæ manus perueniret, veniebat, imò venitabat nihilominus hic temerarius per posticum, & Salutiensem Marchiam percurrebat, hæreticas quisquilias venditando, ab occultis Caluinistis exceptus, & protectus. Capuccini igitur Ecclesiastici Vigiles, & Speculatores huius furis à longè subintelligentes fraudulentiorem, & occultiorem aduentum, Sacros Præsules, nempè Reuerendissimos Salutienses & Episcopum, & Inquisitorem de latronis in nocte superuenientis insultibus admonuerunt: quare illi viribus non valentes, Iuribus inuasorem prosequi, & repellere tentauerunt; vnde ad hoc ex templo fulminans edictum promulgauerunt. Ann. Chri. 1604. Contra Hæreticum hominē edicta promulgant.

IV. Concludo Calculum, calculando mediocrem quidem totius huius Antistitis vitæ durationem, septemq; ad quinquagesimū nonum annum perductam, sed Episcopalis administrationis nimis arctæ, & angustioris biennij angustias excedere spatium non valentis. Voluit, dum vixit zelantissimus hic Præsul Capuccinorum fidele sibi impensum obsequium non memoria sola retinere, sed memorabilia sæpius referre. Cum enim de Apostolicis Missionarijs in congregationibus senioribus loqueretur; consuenerat sic profiteri: Bene sit Capuccinis in terra, & in Cœlo, quia eorum opera, & operosa ministerio, Catholica Fides in Subalpino Dominio conseruata est, & in sola mea Diœcesi, hæresi priùs infecta triginta tria Oppida sunt expurgata, & Orthodoxæ veritati restituta. Hæc sapiens Antistes. Insigne testimonium dedit Operarijs Capuccinis.

CALCVLVS SEPTIMVS

Illustriss. & Reuerendiss. D. OCTAVII VIALII. *Episcopi Salutiensis, ab anno* 1608. *ad ann.* 1624.

I. VIx exoriente nono sole in Cœlo Ecclesiastico, Salutienses iucundiori die perfrui cœperauerant, quando occidente in meridie luminari maiore, longiores iterum tenebræ Marchionales has plagas per integram olympiadem occupare perseuerauerunt. Vix namque ad Episcopalem Cathedram assumptum viderant Marchionenses fideles Iuuenalem Aneinam; quando eum vita defunctum nec dum expleto biennio conspexerunt. Nullus autem per quadriennium in defuncti locum suffectus aduenit, donec Reuerendiss. Dominus Octauius Vialius, Ciuis, ac Præpositus, pariter & Generalis Metropolitanus Vicarius Taurinensis, Patritius non tam natalium splendore, quam morum integritate, & conuersationis suauitate, simul cum eruditionis, ideſt Iuris prudentiæ excellentia præclarus; à Carolo Emmanuele I. nominatus, & oblatus, a Paulo vero V. ordinatus, & Salutiarum Episcopus extitit consecratus; anno octauo supra sexcentos & mille. De solicita huius Antistitis aduersus insolescentes Sectarios vigilantia, sequentia epitomatice scribit Dominus Episcopus Augustinus. Illius præclara qualitates, & zelus.

Ann. Chri 1608. *Tanquàm vigilantissimus Pastor temeritatem Hæreticorum Arcelij, ac aliarum locorum suæ Diœcesis, nouas machinantium, & ad pristinum vomitum redire tentantium viriliter repressis, consumacesq; à patria abesse coegit, illorumq; Cœmeterium, & Synagogam euerti procurauit: qua tempore duo præcipui ex ijs, Mongius scilicet, & Martbisius Accetenses carceribus mancipati, tamquam seditiosi, & contumaces relapsi Salutijs laqueis suspensi fuere.* Chronol. c 9

II. Nos agitur pro gratitudinis debito pleniori stilo superaddere, & recensere debemus; qualiter religiosissimus hic antistes singularissimus Capuccinæ religionis amator, & protector, non minus quàm beneficus patronus tuæ Diœcesanæ do-

minationis

minationis Eccleſiaſtico ſtatum explorato; deplorandam quorumdam Vallicolarum, nempè Paduſanorum perfidiam conſpicatus, miſericordia motus ſuper vitroneos infelices, & infideles, ad ſponteneam horum inſaniam curandam Apoſtolicos Curatores Capuccinos, quos conſimilibus curationibus ſpiritualibus in ſua Diœceſi valide incumbentes repererat, emittere in Eridani Vallem & decreuit, & crebrius tentauit, quod tamen plenariè ipſe obtinere non valuit, valdioribus retinaculis præpeditus, excellentiori attamen, quo erat præditus, Catholicæ Religionis zelo, ſi non ordinarios peculiares Stationarios Minoritas Concionatores locare; ſaltem proximiores ex Verzolienſi Cuſtodia per dimidium temporis aduerſus Paduſani agri quatuor populationum Croeſij, Prarl-Gulielmi, Bioletti, & Biaronetti Sectarios Capuccinos Miſſionarios accedere, procedere, & decertare, Fidemq; Orthodoxam propugnare & curarit, & mandauit.

Miſſionariorum miniſterio in Diœceſi viſitatione frequenter vtebatur. Quòd autem intra ſuæ Epiſcopalis iuriſdictionis Diœceſanos fines enitentes pro Eccleſiaſtico ſpirituali Regno Capuccini Euangelici propugnatores Apoſtolici miniſterij exercendi latiorem campum nanciſcerentur; plenioris auctoritatis ampliſſimum eis dedit reſcriptum. Sacrorum Vigilum & ſententiam acriorem pertimeſcens, & ſolicitiorem prouidentiam ferre non valens hæretica verſutia, deficere, & interire quidem ſimulauerat, ſed verè obdormire, & dormitare ſolummodò occeperauerat in Macrenſi Valle, & Draconerienſi opulentiori Villa, hæc tempora circiter. Nam ad ſonitum Gallicani tympani, & ſtrepitum Caluiniſtarum agminum, quinimmò ad fomitem Caluiniani Aldigherij Ducis ad Subalpinos accedentis protinus expergefacta, hactenùs ſomniata, & in noctis ſilentio concepta deliramenta aduerſus Catholicam Eccleſiam exercere cæpit, & quandiù licuit, libuit, & voluit perdurare in Pagis Draconerij, Sancti Michaelis, & Aecelij præcipuè, etiam armata proſcriptorum acie aduerſus fideles laicos, & clericos religioſos, & Præſules inſurgendo. Cum enim à Fr. Marcello Taurinenſi Capuccino Stationario, qui Draconerij ſacras obſeruabat Excubias, de Schiſmatica Nouatorum ſeditione in Macrenſi Valle, & Draconerienſi Villa validè ſub his diebus excitata commonefactus Reuerendiſs. Epiſcopus Octauius Vialius, Salurijs protinus Draconerium peruenisſet; ſeditioſorum tyrannica violentia oppreſſos, & vehementer diuexatos fideles, haud ſine grauiori ſui cordis dolore conſpexit, Diuinorumque ferè indictam ceſſationem, atque Sacrorum quaſi eliminatum cultum proſpexit: quamobrem vlteriori, & grauiori fidelis religionis imminenti lapſui vt proſpiceret; hæreticæ inſolentiæ compeſcendæ cooperantibus fideliter Miſſionarijs Capuccinis mentem, & poteſtatiuam manum admonit; quod vt faciliùs aſſequeretur; & validiùs præſtaret; ſtrenuum athletam, & fidelem cooperarium ſibi adiungere, atque ad ſe accerſere prudenter excogitauit, nempè Fratrem Ioannem à Montecalerio acerrimum ſcholaſticum, & rerum gerendarum peritiſſimum archimandritam, tunc Capuccinorum Cunienſe Cœnobium moderantem, quem vt proprio propoſito perficiendo aptiorem efficeret; vix ad ſe Draconerium appulſum, ſuum Foraneum Vicarium in tota Macrenſi Valle conſtituit.

Sic igitur Fr. Ioannem congruis facultatibus præmunirum, aliquandiù obſequioſa, & operoſa illius opera difficilioribus illis in Eccleſiæ anguſtijs vſus, apud ſe Draconerij retinuit. Verùm nonnullos poſt dies cum tumultuantes Accolienſes intellexiſſet; ipſe quidem ad Vallis ſuperiores Villas viſitando accedere decreuit, ſiue diſpoſuit, ſed Fratrem Ioannem Accelium præmittere prædiſpoſuit. Proceſſit igitur ille, & in foro fidei aduerſarios aggrediens, proprijs armis hoſtes profligauit: dum Antianos, & hæreticalis perfidiæ propugnatores, producto ab illorum vno ſacrorum bibliorum Codice, fideliter Sanctorum Euangeliorum allato; & explicato oraculo, de cogendis ad cœnam magni Patrisfamilias, ideſt ad Eccleſiam inuitatis fidelibus, conuicit, & Catholicam veritatem coram congregata multitudine profiteri publicè cogit. Multum iterum egit ſuperueniens Reuerendiſs. Epiſcopus: Vallicolas enim illos ſuos Diœceſanos inuitos, & perſonaliter viſitans, & timentes fideles ad pugnandum, & pro veritate ſtandum animauit, & temetarios Caluinicolas perfidos, Aſtreæ rationalem gladium minitando, & iuſtis ſententijs perterrefaciendo, examinauit, & ex parte cognouit; licèr indecora plura & verba, & minus decentia aduersũ ſe geſta rũ in Draconerio, tum in Valle interim perpeſſus fuerit. Quibus nihilò ſegnior euadens, conſtanter ſtetit inter Sectarios per biennium ferè ſubreptitio reſcripto Sereniſs. Ducis abutentes, & tumultuantes. Nec aliquando minis, & quod granius eſt, neque nequioribus molimínibus perterrefactus receſſit. Nam fideles duo Draconienſes primarij haud ignobiles, Ludouicus Alineus vnus, alter verò Fabritius nomine, agnomine de Petris, viri Catholicæ Eccleſiæ amatores, & propugnatores acerrimi, ſuo aduerſus Eccleſiaſtici Regni perduelles pugnanti Epiſcopo, & Duci eum fideliſſimè militarent, & concertarent; Sicarij quidam bini fratres Caluinicolæ proditoriè illos

Miſſionẽ Apoſtolicã in Paduſana Valle ſtatuere tentat.

Ann. Chr. 1609. 1610.

III.

Ann. Chri. 1616.

Ann. Chri. 1617.

1618.

Sectioſa. Sectarios ad cõpeſcendũ acceſſit.

IV.

Intrepidus inter tumultuãtes religionarios ſtetit.

II

in foro aggredientes, primum pugionibus ad mortem confoderunt, secundum verò, nonnullis vix elapsis mensibus, inter scapulas percutientes mucrone eum transuerberauerunt, & prostrauerunt. Quò cruento euentu haud animo prostratus xelans Antistes, constanter in perurgente agone, & perseuerante certamine aduersus inuasores Calniniſtas perdurauit: vel auctoritatiuè imperando, & reprimendo, vel paternaliter commonendo, adhortando, inuitando, alliciendo, & ad meliorem frugem prouocando.

V. Sub hoc triennio indultæ, (nescio an dicam) libidinis, aut libertatis, sed dicamus vtrumq; nempè liberioris libidinis concupiscentiæ, quando Sathanæ cohortes in Mactensi Valle, præcipuèq; Draconerij Villa prædominari videbantur; conspicientes tàm Præsules, quàm Catholici Regni Pugiles perduellium conamina ad Catholicissimi extremam subuertionem tendere; tetèderunt & ipsi arcum, & frequentiores pariter, & validiores in aduersarios acutas, sed religiosas sagittas parauerunt, & emiserunt: ad Ecclesiam pro Diuinis mysterijs celebrandis, & Sacrosanctis Sacramentis percipiendis frequentius conueniendo, & Ecclesiasticas precationes, siue spirituales exercitationes acuratius excolendo, signanter perurgentibus fideles & Euangeliconum Conclonatorum efficaciori adhortatione, simul & exemplo, & Reuerendiss. Præsulis legitima potestatiua auctoritate, & Pastorali directione: vnde tandè aliquando nubilo effugato, cũ serenum Ecclesiæ, & Catholicæ Fidei eluxisset; & Catholicissimus Dux Carolus Emmanuel I. indultum in vltionem perfidiæ Hæreticorum conuertisset; Capuccini Operarij per Macrensem Vallem discurrentes, erroneos ad rectam salutis semiram regredi perurgebant. Quamobrem cum ex Accelio, & Sancti Michaelis, ac circumuicinis Oppidis plures iàm reduces reconciliandos haberent; eos per litteras Reuerendiss. Antistiti Draconerij commoranti annunciarunt: ille autem vix nuntio accepto, in Deo exultans, & gaudens expeditè iter Pratinm versus arripuit, & verè opportunus adfuit, ex improuiso Templum ingrediens, vt stantes reduces ipse piæ Matri Catholicæ Ecclesiæ personaliter hilatis, & lætabundus reconciliaret; vti præstitit in prærecensitis Sancti Michaelis, & adherentibus Pagis Quia verò Accedentes duo Cognati, & Affines non dumtaxat desipere ipsi conrenti; sed & alios etiam resipiscere prohibentes, Caluiniſticas impietates circumferendo, plurimos à conuersione retrahebant, peruersiores in dies ipsi quoque euadendo; ideò de mandato Principis, & Domini de Elua Antonij Alinçi industria, cooperante Reuerendiss. Episcopo, solicitantibus Capuccinis, gemini Sectariorum Archimandritæ vinculis traditi, tandem ad malam crucem damnati interierunt.

Solertiori solicitudine Diuinorum cultum excolit.

Ann Chri. 1618.

Reduces personaliter Ecclesiæ reconciliat.

VI. Regulares Capuccinorum Præsules pro suorum religiosorum visitatione, has extremas Italiæ plagas Subalpinas, pariter & Interalpinas perlustrantes decreuerant; vt in propugnaculum Fidei, simul & in Missionum Metropolim, principaliori Draconerio in Oppido congruum, non minus quàm opportunum Clausirale Cœnobium pro religiosa Ecclesiasticorum Vigilum Statione erigererur: requisitis priùs requirendis, nempè reportato in primis, & ante omnia Reuerendiss. Ordinarij licentia & assensu, pro cuius postulatione cum ad Dom. Antistitem Octauium Vialium accessissent Capuccini Præfecti opetis; non modò omnibus suis calculis propositum ædificium approbauit, & commendauit, construendiq; licentiam fecit; sed ipse ad exordiendæ structuræ locum, Salutijs Draconerium ad hoc profectus se contulit, & solemni indicta populorum supplicatione in die festo, de more Pontificaliter indutus procedens, primùm lapidem ipse posuit, atque erigendam ligneam sublimiorem crucem, Optimatum loci humeris honorificè delatam benedixit: sicq; celebriùs construendi Monasterij primaria fundamenta iecit: cui supertædificandæ structuræ realem, hoc est pecuniariã parirer opem coartu lit, nouo promouendo ædificio ardenter inhians, & in omnibus cooperans, quousque Episcopali suo facto præclarè munere functus, tandem sextodecimo lui Pontificatus anno, Cœlestia præmia recepturus ex hac vita migrauit, anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto.

Ann. Chr. 1620.

Construendo noto Capuccinorum Monasterio in Draconerio valde studuit

1621. 1622. 1623. 1624.

CALCVLVS OCTAVVS

Illustriss. & Reuerendiss. Dom. IACOBINI MARENCI Salutiensis Episcopi, ab anno 1627. ad ann. 1644.

I. DOminus Agaffinus Solarius ex Moretæ Condominis, tunc Episcopus Fossanensis, vacanti Salutiensi Ecclesiæ delignatus fuerat futurus Reuerendissimi Octauij Vialis successor; sed morte præuentus, & Fossanensem de

seruit,

ſeruit, & Salutienſem Inſulam aſſequi non valuit: vnde viduatam Eccleſiam tandem à Carolo Emmanuele I. præſentatus, ab Vrbano VIII approbatus, & conſecratus obtinuit Dom. Iacobinus Marencus Ciuis Monſregalenſis, Archipresbyter Collegiatæ Carmaniollenſis anno 1627 Hic Sacer Antiſtes cum ſua virtute, & prudentia Pontificiam dignitatem eſſet aſſecutus; virtute, & prudentia præditos viros diligere, & in amicos deligere conſueuerat. Capuccinos ſingulari beneuolentia perpetuò coluit, eorumq; domeſtica conuerſatione, & familiaritate aſſiduè vtebatur: qui autem ex eis exeolendis Apoſtolicis Miſſionibus incumbebant, eos ipſe abundatiori benignitate, & humanitate proſequebatur, & fouebat: ſibi reſeruatorum Caſuum abſoluendi facultatem liberaliter, vti ſui prædeceſſores, impertiëdo, populis, & Sacerdotibus ſæculi honorabiles, & venerabiles commendando verbo, & exemplo. Quinimmò cum à peſte, fame, & bello diuexatæ, immò diſſipatæ hæ regiones, ſub infauſtiori anno trigeſimo excurrentis ſæculi ſeptimidecimi, neceſſariorum penuria laborarent, ſignanter Interalpini Vallicolæ; Fr. Alexander Oxibienſis qui in Accelienſi Statione vtriliter ſuſtinens, ictum mortis euaſerat; à Mortis, & Martis inuaſionibus liber, à Fame & ipſe occupatus, alimoniæ neceſſitatem patiebatur: quod cum accepiſſet Reuer. Epiſcopus Iacobinus; Euangelico Operario panis, & vini ex-rempore commeatum ſuppeditauit. Cum verò eundem exercitæ Apoſtolicæ militiæ veteranum Pugilem ab Aecelienſi ad Petruxinam Cuſtodiam tranſtuliſſent Eccleſiaſticæ militiæ Præſules; cum ijs ille nempè Salutienſis Præſul efficaciùs adeo egit; vt ſuæ priſtinæ Aecelienſi Stationi Fr. Alexander reſtitueretur.

Capuccinos ſingulari beneuolentia proſequebatur. — Ann. Chri. 1627.

Ann. Chri. 1630.

1631.

De huius In ſuæ Diœceſis ſpiritualem pronentum, & peculiare beneficium præclarè geſtis breuiter ſic delibat Reuerendiſs. & Ipſe Salutiarum Antiſtes Dominus Franciſcus Auguſtinus, *Hæreticos Pratigulielmi, Biolletti, ac Biotonetti in Valle Pad, à Sereniſs. Victorio Amedeo Sabaudiæ Duce expelli procurauit, illorumq; Templum, receptacula, & domicilia, ne quandoque ad ea redirent, fuccendit: quo facto Marchia Salutiarum ab Hæreticis fuit expurgata.* Iſta ex citata Chronologia, noſtrum verò Ratiocinarium fuſiùs aliquanto calculat, & prolixiori numero ſignat hanc Marchiç Salurienſis expurgationem, quia à Capuccinorum propoſitione totiùs rei geſtæ proceſſit exordium, progreſſus, & complemcurum. Religioſi namq; Vigiles, & Eccleſiaſtici Excubitores, ſuperſtites has in Paduſanis rupibus, & Alpibus Vualdenſium quiſquilias, nempè hereticas reliquias ſcopis ſæcularis porenriæ de Eridani antris euerrendas, & eijciendas, ſeù longius proijciendas perpetuò conſtuluerunt, & Sacris Vigilibus, & Præſulibus propoſuerunt: quod cum Inret alios efficaciùs ſuaderet Fr. Ioſeph à Summaripa, captata opportunitate, quod peſtilentiali microne proſtrata Sectariorum maior pars defeceratq; Reuerendiſs. Antiſtes Iacobinus Salutienſis Taurinum ad hoc ſe conferens, à Victorio Amedeo Hæreticorũ oſore perpetuo facillimè obtinuit; vt vel exilij, vel intra bimeſtre ad Eccleſiam reuerſionis legem ſanciret, & promulgaret: quod ille libentiſſimè præſtitit, vti pleniùs proprijs numeris compuramus. Cooperantibus igitur coram Romana Curia Reuerendiſs. Taurinenſibus & Nuntio, & Inquiſitore, præſcripræ legis promulgatio circa ſeptimi menſis extremos dies facta fuit hoc anno trigeſimo tertio poſt mille ſexcentos in Paduſana Villa, & Valle. Poſt Ducalis autem edicti promulgationem Diœceſanus Marchionenſis Præſul Paſtoralem ſuam adhortatoriã, atq; ad Eccleſiam inuitatoriam epiſtolam & ipſe euulgandam tranſmiſit: qua & errantes Vallicolas ad veritatis ſemitam reducere nitebatur, & Diœceſanos ſuos Clericos, & Laicos ſignanter Conuallicolas hortabatur, vt ſollenioribus, ſeruentioribuſq; publicis, & priuatis precationibus pro pererrantium reuerſione, & conuerſione coram Diuina clemenria efficaciter agerent.

II.

Chronol. c. 9

1633.

Conſulentibus Capuccinis Miſſionarijs Hæreticos Paduſanos eijcientes obtinuit.

1633.

Publicantur & edictũ expulſoriũ, & epiſtola Paſtoralis.

Ann. Chri. 1633.

Per præcurſorum igitur miniſterium & Ducali ſanctione promulgata, & Paſtorali cohortatione euulgata in Paduſana Valle; quò quatuor Villarũ, nempè Croeſij, Pratigulielmi, Biolletti, & Biatonetti Caluinicolas incolas vel ad Eccleſiam reciperet, vel à propria Diœceſi reijceret, Reuerendiſs. Dom. Iacobinus Epiſcopus ad Paduſanæ loeum accedere perſonaliter, & per bimeſtre indulti ſpatij reſipiſcentiæ inibi immobilirer perſiſtere ſtatuit: quamobrem circa finem Octobris menſis aſſumpto in ſocium, & collegam ſuo Generali Vicario, & Thelogo Domino Benedicto Cygna, & ipſo ciue Monſregalenſi, viro omni virtutum, & ſcientiarum genere exornato, ſuæq; conſuetæ familiæ Clericis, & Secretarijs comitantibus, Paduſanam peruenit, & inibi fixum domicilium poſuit. Quò verò validiùs deſipientium illorum ruricolarũ, vel alpium incolarum reductionem aggrederetur; vltra ordinarium in Paduſanis Excubijs inuigilantem Excubitorem Fr. Ioſephum operis auctorem, alrerum cooperatorem Coapoſtolicum Capuccinum Miſſionarium ab operis Præfecto Prouincialt expoſtulauit, nempè Fr. Mathiam in Dracónerienſi Cuſtodia tunc Guardianum, & Vigilem, qui iuſſus ex-tempore collaboraturus & ipſe ſuperueniens humillimum, licèt inutile ſuum obſequium, &

III.

Paduſanam pergit, & domicilium fanii, vt reduces reciperet

miniſterium

ministerium Reuerendiss. Pastori pollicitus est. Is illum in suum ordinarium confessarium assumens, cooperarium quoque quotidianis in suis solicitudinibus admisit. Bonus namq; hic Pastor, cuius erant proprię oues, per rupes, & alpes, Valles, & arctos calles ibat, redibat, ascendebat, & descendebat perpetuò ferè pedester per niues, & glacies, in montibus erraticas, seù potius hæreticas oues inquirendo: inquisitos autem illos homunciones armentarios, bubulcos, & agazones, & inuentos, familiariter eos allocutus, monebat, docebat, hortabatur, prouocabat, & ad resipiscentiam inuitabat: ad se verò venientes, & sponte comparentes humaniter excipiebat, in proposito confortabat, & cunctis charitatis officijs deuinciebat, sicq; modis omnibus miseris erronibus benefacere, & prodesse gestiebat, & ita saciebat toto suæ inibi commorationis tempore.

IV. Quod autem per se præstare non sufficiebat, per assumptos socios exequi festinabat, nempè per Reuerendiss. Dom. Vicarium & Theologum Benedictum prædicatum, & per adnocarum Fr. Mathiam, qui vnà cum Fr Iosepho conjuncto Stationario quotidianas ascensiones per alpestres illas agrestiores populationes, per distributos dies, disponentes, bubulcorum habitacula, vel potiùs brutorum caulas perserutabantur, penetrabant, licèt laboriosè, & periculosè per niues gelidas irrumpentes, vt gelu constricta corda igne Diuini Verbi, & Euangelicæ charitatis dissoluerent, & resoluerent. Præcipuo ergo, & primario operis promotore Reuerendiss. Antistiti strenuè operanti fideliter cooperantibus assumptis vel collegis, vel ministris, licèt reluctantibus, & asperioribus minitationibus impedientibus vicinis Lucernensibus Sectarijs, & armatis sicarijs, circiter quadraginta ex electis, & deceptis resipiscere voluerunt, & Sanctæ Matri Ecclesiæ per Reuerendiss. Episcopi manus reconciliari accelerauerunt.

Plures ex deceptis resipuerunt.

V. Ipse igitur Reuerendiss Præsul elapto indulgentiæ tempore, & reconciliatis prærecensitis reductibus, Natalitijs Dominicis quatuor in discretis diebus celebrioribus indictis circumadiacentium populorum quatuor solemnioribus supplicationibus, ad quaterna supradicta Oppida processionaliter ire perrexit, ibiq; erecto in Altari oblato Sacrificio, inter prominentiores illas rupes, & de cælo recenter elapsas altiores niues, vexillum ligneum grandiotis Crucis erigitur: & peracta breui adhortatione, Prima in Pratogullielmo à Reuerendiss. Vicario Theologo, Secunda in Biolletto à Fr. Iosepho Missionario, Tertia in Biatonetto a Fr. Mathia habita, de consensu Episcopi Cathedra perfidiæ, & menta Sathanicę cænæ in rogum compositis, profana delubra tergemina Vulcano dedicata ignibus tradita sunt. In Croesi autem quarto Vico, ex parte Catholicis incolis inhabitato, Diuo Iosepho Patriarchæ in Sacello dicato, & de nouo erecto Sacra solemniter fuerunt celebrata; sicq; post sena sæcula loca illa Vualdensium impuritatibus grauolenti a perpurgata extiterunt. Absolutis igitur cum collabente anno huius egregij facinoris Apostolicis functionibus, & operationibus, ipse legitimus Pastor tàm de recuperatis ouibus, quàm de emundato ouili exultans, & gaudens, de hæretica obstinata prauitate catholicæ veritate triũphãte, in principio noui anni millesimi sexcentesimi trigesimi quarti Salutias regrediens, & cõmuni Ciuiũ applausu receptus, vicinos, & amicos vniuersos, religiosos scilicèt, & sæculares inuitauit, vt ad vniuersaliorem supplicationem in gratiarum actionem celebrandam conuenirent, vniuersi Deo supremo bonorum omnium largitori O anna conclamantes: quod adamussim, & lætanter cuncti præstiterunt. Clerici omnes, & Laici in die Epiphaniæ Domini, Cathedrali in augusto Templo congregati, Inde per ciuitatis Vicos, ac plateas ordinatè procedentes. *Te Deum Laudamus*, resonabant. Postquam absolutis Vespertinis horis Fr. Mathias de exantlatis laboribus, & Fidei Orthodoxæ reportatis trophæis exactiorem, sed arctiorem ad congregatam copiosam concionem sermocinationem habuisset; conuocatoq; vniuersos fideles, vt Diuinæ clementiæ, ac bonitati, quę tandem aliquando in Morchia Salutiarum hæreticali abominationi manifestè finem imposuisset, gratias agerent impensissimas, vehementiùs adhortatus fuisset.

Vexillo crucis quatuor pagis erecto, Sacra celebrantur, & profana delubra comburuntur.

Ann. Chri 1634.

Gratię publicæ agnntur pro Fidei triumpho.

VI. Non modo Missionum Operarios fouebat Reuerendiss. Iacobinus Episcopus, sed quia saluationis animarum zelo tenebatur, Missionariorum quoq; pro Diuino cultu conaribus, & pijs molimĩnibus fauebat: Vnde cum per hæc tempora Fr. Raphael Taurinensis, qui in Cadralensi Statione tunc Apostolabatur, eleganriora Dei Matris, & Filii picturata simulacra argenteis corõnis decorare, & super Rosarianum Altare collocare magnificentiùs statuisset; relata opportuna ad hoc à Taurinensi Dom. Archiepiscopo facultate, Capuccinus Salutiensem proximiorem Antistitem, pro prædisposita perficienda sua manu simulacrorum publica coronatione, interpellauit, cui ille benignè annuens, opportunè Cadralium se contulit, & requisitum munus perfecit, apud pauperes Christi libenter hospitatus.

Simulacra pia sua manu coronat.

APPENDIX.

I. Ann. Chri. 1635. VI.

IDem hactenus in Salutiensi sedens, modo verò anno trigesimo quinto extra sexcentos & mille ad Niciensem Episcopalem Cathedram regendam, Victorio Amedeo postulante, translatus transtulit etiam secum Apostolicorum virorum Capuccinorum zeloris, & fidelissimi ministeri in salutationem animarum recordationem: quamobrem cum ex perlustrata latiori sua Niciensi Diœcesi Vallis Vari alpestrium populationum, siue populorum spirituales Indigentias perspexisset; vt sufficienter illis prospiceret; Capuccinorum Missionem eò destinare decreuit. Ideo expeditè ad hoc geminas exarauit postulatorias epistolas, alteram Generali Capuccinorum Ministro Fr. Ioanni à Montecalerio, alteram Fr. Augustino à Sauiliano Prouinciali Pedemontano, & Missionum Præfecto, vt sequitur.

Missionē Euāgelicā in Valle Vari erigere curat.

Al Molto Reuer. Padre, il Padre Prouinciale de Frati Minori Capuccini del Piemonte. Torino.

Molto Reuer. Padre Osser. *SCrino lo congiunta lettera al Reuerendissimo Padre Generale, & lo mando à V. P. M. R. con sigillo volante, acciò si compiaccia di vederla, & poi sigillata favorirmi di farle hauer il pronto, e sicuro ricap'to, come anco di cooperare coo vna sua lettera al medesimo Reuerendiss. Padre, acciò io resti favorito da S. P. Reuerendiss. in bisogno tanto vrgente per la salute delle anime, assicurando V. P. M. R. che concorrerà ad opera di molta pietà, & merito, & io gliene conseruarò particolare obligatione, & mentre aspetto con desiderio grande questa gratia, le bacio vinerentemente le mani, & prego Dio, che la conserui felicissimo, & longamente, con raccordarmi alle sue Sante Orationi, & Santi Sagrificij. Nizza li 14. Nouembre 1638.*

Ann. Chri. 1638. 1030.

D. V. P. M. R.

Affettionatiss. Seruitore.

Giacomino Vescouo di Nizza.

II. Missionem in Oppido Villaris statuit, & propriis sumptibus alnit.

Relato igitur à Sac Gener. Cõgreg. de Prop Fide necessario Decreto, circa annũ 1639 à Missionum Præfecto geminis Capuccinis destinatis Operarijs, Idem Reuer. Antistes Niciensis in Valle Vari, intra Comitatum Bolij, in loco Villaris Apostolicis Excubitoribus nouam Ecclesiasticam Stationem propriis sumptibus erigendam, & promouendam assignauit, & quamdiù vixit congruum Stationarijs commeatum suppeditauit, extraordinarijsq; fauoribus cumulauit: quia vberiores in dies spirituales prouentus agricolantes Euangelici seminatores reportabant. Verùm anno 1644 eo ex hac vita emigrante, recesserunt pariter à nondum sufficienter confirmata Custodia fatigati, sed non stipendiati Custodes.

Ann. Chri. 1644.

CALCVLVS NONVS

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini PETRI BELLINI Episcopi Salutiarum ab anno 1636. ad ann. 1641.

IV

I. In Prato Italiæ pro Missionibus stabiliendis adhuc laborat adhuc Generalis Vicarius Taurinensis.

ET Sacris Theologicis facultatibus, & vtriusq; Iuris, nempè Pontificij pariter, & Cæsarei præclaris eruditionibus insignis, sed integerrimæ vitæ, & excellentioris prudentiæ clarioribus conditionibus insignior Petrus Bellinus, sæpiùs iàm olim Eporediensis, & Taurinensis Diœcesum Vicarius Generalis, præsenti trigesimo sexto septimidecimi currentis sæculi anno, nominante Victorio Amedeo Sabaudo Principe, annuente Octauo Vrbano Pontifice, Salutiensis Episcopus consecratur. Ante consecrationem, atq; ad Episcopalem Insulam assumptionem, per geminas olympiades Archiepiscopali Taurinensi Ecclesia vacante, ipse Generalem Capitularem Vicariam potestatem exercebat; quando Ludouicus Tertiusdecimus Rex Francorum Secusiam cum ingenti exercitu superueniens, pro Casalensi Ciuitate ab Hispanorum obsidione liberanda, Capuccinorum

Ann. Chri. 1636.

Missiones in Prati-Iallati Vallem introducere pariter, & statuere voluit, huiusq; Apostolatus fundandi prouinciam Burdigalensi Archiepiscopo commisit, vt suo Ann. Chr. 1629. nomine eò accedens Ecclesiasticam Stationem in hærerleo Vallo stabiliret. Ex parte igitur Reuerendiss. Taurinensis Archiepiscopi, loci, ideſt Vallis Ordinarij legitimi, vnus Reuerendiss. Petrus Bellinus extitit electus, & destinatus, qui cum præreceñsito Burdigalensi Præsule eò conueniens, Euangelicas Excubias Intra Sectariorum multissimum Vallum auctoritate & Regia, & Archiepiscopali constituerunt.

II. Episcopalis ergo Marchionensis Ecclesiæ regiminis administrationem nactus, quæ sui Pastoralis muneris esse probè nouerat, solicitè præstare satagebat. Cum ergo In Varaitana Valle Ecclesiastica, seù Ecclesiarum plura bona à Laicis vsurpata intellexisset; vsurpatorum recuperationi fidelissimum solicitatorem, & actorem elegit, nempè Fr. Ioannem à Fossano, in Castridelphini Custodia indefessè Ann. Chri. 1637. laborantem præfecit suo canonico Decreto sub sexto Idus Martij anno 1637. Ab eodem Fr. Ioanne de Versipellium Hæreticorum Vallicolarum vafertima calliditate admonitus, quod sub titulo mechanici alicuius laboritij ad complana Pedemontium descendentes, seq; effecto Catholicorum nomine, & exteriori denominatione honestantes, totam per regionem perambulabant, atq; Sacrilegia pluritima perpetrabant; Ipse Reuerendiss. Antistes promulgato rescripto, perfidorum compescere voluit temeritatem.

Fr. Ioannem à Fossano recuperatorem bonorum Ecclesiæ constituit.

III. Explero biennio suæ Episcopalis, & personalis residentiæ, simul & Diœcesanæ præsentialis visitationis, cum animarum, & Ecclesiarum suæ Marchiæ statu explorato, & plenatiè perspecto, animaduertisset; quantum fidelium saluti perutiles conducerent Apostolicorum virorum Capuccinorum iuges labores, & laboriosæ cooperationes & In montanis, & in complanis Missionibus proprijs Diœcesis; grati animi in protestationem, Ecclesiasticique Regni maiorem in profectum, de Ann. Chri. 1638. Capuccinorum Vigilum in suis Ecclesijs valdè proficua cooperatione, & Apostolatione Sacram Congreg. De Ptop. Fide per suas litteras spontè datas certiorem reddidit, à quâ per Eminentiss. Antonium Barberinum gratissimam, quam supra proprio numero dedimus, congratulatoriam, & collaudatoriam responsionem accepit sub die vigesima prima Augusti 1538. Solicitus igitur hic Dominici gregis Pastor, & spiritualis Paret proprij Marchionensis gregis saluti pariter, & incolumitati consulendo, & studendo iugiter perseuerauit, religiosos omnes, Capuccinosque præsertim in opus ministerij cooperarios sibi aduocando, & admittendo per integrum lustrum, totius suæ Episcopationis spatium, donec anno quadragesimo primo extra sexcentos, & mille plenus dierum, in senectute bona in æterna pace quieuit, Salutiensibus non mediocre sui desiderium relinqueus.

Ecclesiæ perutiles Operarios Capuccinos. labores per litteras Sacræ Cong. De Prop. Fide spontè annuntiat.

1641.

CALCVLVS DECIMVS

Illustriss. & Reuerendiss. D. FRANCISCI AVGVSTINI ab Ecclesia Episcopi Salutiarum ab anno 1642.

I. IAm aliquoties olim Generalis, & Capitularis Vicarij præclaro munere in sua Ciuitate, & Salurienſi Diœceſi functus fuerat Reuerendiſſimus Dominus Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia, Ciuis, & Salutienſis Patritius: quando Chriſtina Franciea Tutrice Caroli Emmanuelis II. proponente, & Vrbano VIII. annuente ad Salutiarum Epiſcopalem Inſulam ſuſtinendam aſſumptus fuit. Viuentis huius Reuerendiſſimi Præſulis modeſtiam peroptimè calens, moleſtiam quoque cauere decreui, à prolixioribus enarrationibus abſtinendo. Paſtoralis igitur ſuæ adminiſtrationis à principio ſacro huic Marchionenſi Anriſtiti quidam Apoſtolicæ militiæ aduerſarij, & oſores, tamquam alienæ iuriſdictionis (vti calumniabantur ſuſurrones) violatores, paritet & vſurpatores, ſæculariumq; Clericorum hoſtes infenſiores, veluti eleemoſynarum, ſiue obuentionum illis debitarum vſurpatores, ſeù ſaltem occupatores Capuccinos Miſſionarios detulerunt. Verùm enimuerò ſuſurronum, & impoſtorum fraudulentia, & malitia detecta, Capuccinos, vti ſinceros leuitas, nullius turpis lucri cupiditate laborantes, Apoſtolicos Sacerdotum cooperatios, nequaquam temerarios Inrium Epiſcopalium vſurpatores, immò obſequiotos Epiſcoporum Miniſtros, & Euangelicos ſeruos, ac laborioſos Dominicalis vineæ agricolas agnouit, & humaniter eum eis agere voluit: faciliùs eorum pro ſpirituali fidelium animarum prouentu poſtulatis annuendo, ſuæque Reſeruatæ po- eſtatis pro temporum, atq; exigentiarum opportunitate liberalio-

Calumnias in Capuccinos agnouit.

rem eis copiam faciendo, in plurimis benefaciendo, frequentiùs ad Dei verbum in Dioeceſi, & Cathedrali Eccleſia Capuccinos Sacros Oratores adhibendo.

Reconciliauerat Catholicæ Sanctæ Matri Eccleſiæ, & fidelium communioni Reuer. Dom. Antiſtes quendam ex Varaytanis Vallicolis, domeſticiſque laribus reſtituerat, ne igitur poſt manum ad aratrum miſſam retro aſpicere contingeret; Neophytum Fratri Paulo Taurinenſi Capuccino Excubitori commendar, per infrapoſitam Epiſtolam. II.

Al Molto Reuerendo Padre in Chriſto il Padre Miſsionario Capuccino. Caſteldelfino.

Molto Reu. Padre in Chriſto Oſſeruandiſs. HO licentiato finalmente Giacomo Barachia; acciò ſe ne ritorni alla patria, credo che Dio, col cui aiuto ſi è rinocato alla vera gratia, li ſarà così benigno all'auenire, che ſi degnarà farlo eſſer perſeuerante nella ſua vocatione. Confido aſſai nella cooperatione di V. P. l'aiuto per tanto ſotto la ſua vigilanza, ſarà effetto della ſua pietà il procurare; che queſta nouella pianta non venghi ſradicata dal ſeminator della zizania; come ſtimo ſarà per fare con quei modi di carità, che ſono propriij di lei, & come la prego, dandomene poi auiſo; mentre io di cuore me le offero, & raccommando. Saluzzo li 10. Maggio 1646.

Commendat Neophytum Miſſionario Caſtridelphini.

D. V. P. M. R.

Affettionatiſſimo per ſeruirla.
Franceſco Agoſtino Veſcouo di Saluzzo.

CALCVLVS VNDECIMVS

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dom. OCTAVII ASINARII Epiſcopi Eporedienſis, ab anno 1636. ad ann. 1656.

INtra Clericorum Regularium Sancti Pauli religioſa Clauſtra ſedebat, & quieſcebat (quia iuxta Peripateticum aſſertum, anima ſedendo, & quieſcendo fit ſapiens) D. Octauius Aſinarius Ciuis, & Patritius Aſtenſis, quando Sanctæ Obedientiæ excitante voce à contemplationis myſtica, ſed non deſidioſa dormitione expergefactus, ad operoſæ actionis iuges occupationes tranſire compulſus fuit. Proponente namq; Victorio Amedeo Allobrogum Duce, vocante, ac mandante Vrbano VIII. Supremo Vniuerſalis Eccleſiæ Paſtore, Eporedienſis Epiſcopatus ſuſtinendum onus ſubijt, & opus perficiendum ſuſcepit. Eruditiſſimus igitur ille Sacer Orator, Theologus, & diuinarum pariter, atque humanarum facultarum profeſſor eximius, vt erat religioſiſſimi propoſiti Antiſtes, obſeruantioris quoque religionis, ideſt obſeruantiæ regularis exactiores cultores mirificè ſemper charitatis amplexu ſpeciali complexus eſt. Vnde & Capuccinos Minoritas ſingulariori beneficentia proſequebatur, tum à propria natura ſibi indita benignitate, tum à ſuis maioribus per traducem ſibi transfuſa in Franciſcanos Chriſtiana pietate. I.

Capuccinos ſingulari pietate proſequitur.

Cum igitur circa annum trigeſimum ſextum extra ſexcentos ac mille, emiſſi Capuccini Euangelici Operarij ad Eccleſiaſticam Stationem, auctoritate Apoſtolica, in illius Eporedienſis Dioeceſis Soana Valle acceſſiſſent; humaniſſimè Reuerendiſs. Antiſtes eos excepit: quibus valuit, voluit honoribus, & fauoribus proſequi, per exaratas ſuas litteras ampliſſimam, non in Soana dumtaxat, ſed & Locana pariter, & Chinſella Connallibus confeſſiones excipiendi, ſimul & à ſibi reſeruatis Caſibus abſoluendi poteſtatem concedendo. In alpeſtrium, & ſylueſtrium illarum regionum viſitatione Capuccinos Theologos in obſequioſos miniſtros aſſumebat, & fideliſſimam eorum pro ſaluatione animarum cooperationem proſpiciens, ad ſuos conterius dicere ſolebat: Si ſanctæ Eccleſiæ Præſulibus, & Prælatis pro ſpirituali proximorum ſalute exanthlati à Capuccinis labores, & fatigationes innoteſcerent; certè huiuſcemodi deſpectos pauperculos religioſos pluriſfacerent. Ipſe ergo vt quod vocibus expreſſerat, confirmaret operibus, Fr. Euſebium ab Eporedia inſignem Capuccinum Declamatorem, cum in Vallis Soanæ Excubijs inuigilaret; ſuum Forancum Vicarium tribus illis in Connallibus inſtituit, ac conſtituit: honorificentiori dato ad hoc reſcripto, quo peculiares illi po- II.

Ann. Chr. 1636.

Capuccinos miſſos humaniſſimè excipit, atq; dicto memorabili commendat.

teſtates

testates conferebat, populisq; quam efficacissimè commendabar. Sicuti pro cunctis per tempora sibi inuiccm succedentibus Missionarijs facere consueuerat, suis Diœcesanis tùm Clericis, tum Laicis Apostolicos Capuccinos ad se destinatos Operarios commendans, & commendatos pereupiens, sicuti ipse Pastoralis, & paternalis suæ benignitatis, & humanitatis peculiaribus demonstrationibus familiaribus, ac quotidianis in Capuccinam Religionem propensiorem suum religiosum affectum, & animum perpetuo contestabatur.

CALCVLVS DVODECIMVS

Illustriss. & Reuerendiss. D. CAROLI ARGENTERII Monsregalensis Episcopi Anno 1616.

I. CArolus Argenterius Cherlensis Patritius tum facti, tùm Iurisprudentia, ac experientia excellentiori conspicuus, morum quoq; integritate, & rerum agendarum acuratiori dexteritate pereelebris, ex Generali Taurinensi Vicario Monsregalensis Episcopus creatur ad postulationem Caroli Emmanuelis I. iubente Clemente VIII. Romano Antistite, circa annum tertium supra sexcentos & mille. Hic integerrimus Præsul, omnique virtutum genere præclarus, sicuti religiosissimam ipse Ecclesiastico Pontifice dignam profitebatur vitam; regularem quoque disciplinam veraciter profitentes religiosos præcipuè coluit, & singularioris humanitatis ostentationibus non fueatis, sed realibus fouit. Illius charitatiuos, & opportunos fauores non ampliando, sed vlx ad sufficientiam recensendo nos Capuccini fateri tenemur, & coram Mundo profiteri, quod quamdiù vixit ramquam filijs ferè quotidianum ordinarium commeatum præstitit. in necessitatibus verò, aut infirmitatibus extraordinaria plura inbsidia suppeditauit. Quomodo autem pro Apostolico exercendo in Missionibus ministerio zelantissimus hic Pastor cooperatus fuerit, liquet ex mox referendo diplomate.

Beneficus pe c uè in Capuccinos.

Ann. Chri. 1616.

Carlo Argentero Vescouo del Mondoui, & Conte.

SI concede facoltà alli RR. PP. Capuccini destinati alle Missioni Apostoliche di quà da' Monti, per la conuersione delli Heretici alla Santa Fede, di sentire le confessioni, & assoluer li penitenti di questa mia Diocesi, che li capitaranno alle mani; concedendo d loro tutti i Casi riservati à Noi, mentre però detti Padri siano stati ammessi da loro Superiori, & da qualche Ordinario approuati d tali fontioni. Mondoui li 14. Luglio 1616.

Potestatè pro Reseruatis concedit.

Carlo Vescouo del Mondoui.

CALCVLVS XIII.

Illustriss. & Reuerendiss. Fratris NICOLAI DALMATII Episcopi Fossanensis ab anno 1649. ad ann. 1653.

I. AB Auiliana haud obscuro Pedemontani Principatus Oppido ex honesta Dalmatiorum familia orinndus Fr. Nicolaus Eremi tanorum Sancti Augustini Congregationis Lombardiæ, semel Ordinis Vicarius, semel verò, & iterùm Procurator Generalis, tandem nominante Christiana Francica Tutrice, & Caroli Emmanuelis II. Matre, conferente Innocentio X. circa finem anni quadragesimi octaui percurrentis seculi, Fossanensis Episcopatus Insulam acceptauit: ad suprema dignitatum culmina mitificis suis, quibus fulgebat, virtutibus eleuatus. Cum igitur ad Minoricam Capuccinorum Congregationem non mediocri cordis propensione afficeretur; operum id crebrioribus testimonijs frequentissimè comprobabat: vniuersum suum Episcopale Ius in Capuccinę Religionis beneficium impendendo, signanter Sacris Ordinibus Minoribus, ac Maioribus Capuccinis Clericis opportunè exibendo. Cum igitur Apostolicis Capuccinorum Marchionalibus Stationibus proximè cohærerent Fossanensis Diœcesis nonnulla Oppida, pro hniusmodi Oppidanorum, suorumq; Diœcesanorum Sacramentalibus confessionibus audiendis, & etiam à sibi Reseruatis absoluendis, semel, & iterum à diuersis Dracontierensibus Guardianis, pariter & Missionarijs rogatus, facillimè, & hilaritet petitam facultatem aliquoties concessit.

Propensiori beneuolentia Capuccinos amplectebatur.

Ann. Chri. 1648.

1649. 1650. 1651. 1652. 1653.

DE REVERENDISS. ABBATIBVS, SACRIS INQVISITORIBVS ET VICARIIS GENERALIBVS CISALPINIS

RATIOCINIVM QVINTVM

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Tres.

Abbatum Nomen, Originem multiplicitatem, & dignitatem explicat Præambulus.

Num. I.

Inquisitorum aduersus hæreticam prauitatem, Principium, officium que explicat. Præambulus.

Num. II.

Reuerendissimorum Vicariorum Generalium diuersitatem officium, & potestatem delibat. Præambulus.

Num. III.

Calculus Primus.

Reuerendissimi Domini Rogerij Tritonij, Abbatis Pinerolienſis ab anno 1600.

Calculus Secundus.

Reuerendissimi Domini Alexandri Scaliæ, Secusini Abbatis ab anno 1611.

Calculus Tertius.

Reuerendissimi D. Thomæ Franciſci Broliæ, Abbatis SS. Constantij, & Victoris ab anno 1643.

Calculus Quartus.

Reuerendissimi Patris Bartholomæi Rochæ, Taurinensis Inquisitoris ab anno 1596.

Calculus Quintus.

Communis
Reuerendissimorum PP. Camilli Balliani, Hieronymi Rebiolij, & Francisci Mariæ Blanci, Taurinensium Inquisitorum ab ann. 1616.

Calculus Sextus.

Communis
Reuerendissimorum PP. Ioannis Francisci Cicadæ, Petri Mariæ Dulcetti, & Hieronymi Mariæ Ponzoni, Salutientium Inquisitorum ab anno 1603.

Calculus Septimus.

Reuerendissimi Patris Thomæ Mariæ Talcardini Caramanensis, Salutiensis Inquisitoris ab anno 1644. ad ann. 1651.

Calculus Octauus

Reuerendissimi Patris Ioannis Baptistæ Alexàndri, Salutiensis Inquisitoris ab anno 1653.

Calculus Nonus

Reuerendissimi Domini Renaldi Ressani Præpositi, & Vicarij Generalis Abbatialis Sanctæ Mariæ de Pinerolio ab anno 1596.

ABBATES, ET SACRI INQVISITORES VICARIIQ; GENERALES,

Qui pro Capuccinorum Apostolatu fundando, conseruando, aut exercendo cooperati fuerunt.

RATIOCINIVM QVINTVM.

Abbatum Nomen, Originem, Multiplicitatem, & Dignitatem explicat Præambulus.

Num. 1.

Abbas quid, & quotuplex

QVIA post Episcopos Abbates videntur in Concilijs Generalibus, & in Ecclesiastico Iure primum locum, & primam dignitatem habere; ideò post illos de his epitomaticus mihi instituendus est sermo. *Abbas ab Hebræo, seu Syro vocabulo dictus est quasi Pater. Abbatum quidam suos sæculares, & quidam regulares. Regulares io multiplices sunt differentiæ: alij enim maiori dignitate, & excellentia præ alijs insignes pupulum, & territorium proprium habent, in quo Episcopalem iurisdictionem, & aliquando temporalem exercent; ac locorum Ordinarij dicuntur. Alij autem sunt Abbates suo se regulares tantum subditos habentes, quorum regimini, & gubernationi præfecti sunt, & olim vnamquodq; Monasterium suum tantummodo Abbatem in Superiorem agnoscebat. Alij denique sunt Abbates solo nomine, & bi tie laves Abbates vocantur; ac Pontificalibus insignijs vtuntur. Originem traxerunt*

Barbosa de Iure Ecclesiastico lib 1. c. 17.

Abbates à primis illis Eremi Patribus, quorum primus cum titulo, & beneficio Abbatis fuisse videtur Sanctus Antonius. Inter eos vero, qui in Cœnobijs, Monasteria, & bona temporalia possederunt, primus fuisse traditur Diu. Benedictus, à quo plures descenderunt. Abbates sæculares sunt illi, qui beneficia Ecclesiastica obtinent cum titulo Abbatiæ, & hi in multiplici statu reperiuntur. quidam eorum sunt qui non modò in Clericos, verùm etiam in laicos sibi subiectos quasi Pontificalem, siue Episcopalem iurisdictionem exercent, ac pariter Pontificalia insignia gestant: nam vtuntur annulo, mœra, & baculo Pastorali, & istorum dignitas est Episcopali proxima. Alij sunt Abbates prædictis longè inferiores, qui nec Episcopalem iurisdictionem habent, nec Pontificalibus insignijs vtuntur: quorum Abbatiæ quamuis dignitates sint; non tamen Episcopi dignitatem proximè sequuntur. Alij sunt Abbates Sæculares, qui in quibusdam Cathedralibus Ecclesijs inter cæteras dignitates locum habent. Præterea plures extant Abbates Sæculares, qui cum sint tantum Plebani, vel Parochiales Rectores; honorarium isto titulo passim decorantur. Alij vocantur Abbates Commendatarij, cum enim per Sacros Canones non posset Clerici sæculares Monasticorum Conuentuum esse Rectores; vt Abbatias illis perpetuò commendarentur, compertum fuit. vnde ij, quibus prohibitum erat Regulares Abbatias in titulum obtinere, earum retentionem per viam perpetuæ Commendæ iustam effecerunt. Abbatiæ huiusmodi, & beneficia regularia cæperunt commendari tempore Leonis IV. Postea Clemens V. huiusmodi commendationes maximè exhurrit. Deinde fuerunt iterum introductæ ab Vrbano VI. & Bonifacio IX. quas perpetuas sequutus est Paulus II. Venetus, & ex tunc vsq; ad nostram tempestatem fuerunt, & sunt valdè in vsu. Hæc Barbosa. Reuerendiss. Dom. Franciscus Augustinus ab Ecclesia in sua Chronologia triginta circiter in Pedemontana regione olim insignes fundatas, & optima dote ditatas Monachorum Abbatias enumerat, ex quibus tribus exceptis, nempè Sancti Petri Sauilianensis, Sancti Andreæ Vercellensis, Sanctiq; Bartholomæi Astensis, reliquæ vniuersæ maximè

opulen-

opulentiores regularibus suppressis, vel ad titulum solum modò derelictis, sæcularibus Abbatibus Commendatarijs in perpetuum commendatæ fuerunt.

Inquisitorum aduersus hæreticam prauitatem Principium, Officiumq; explicat Præambulus.

Num. II.

Sacrosanctæ Inquisitionis aduersus hæreticam prauitatem officium de Iure communi, & speciali ad eos pertinet, ad quos Catholicam veritatem plantare, irrigare, nempè prædicare, docere, conseruare defendere in populo de Iure Diuino competit. Hi autem sunt Episcopi. Ad quos dicebat Paulus: *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se, propter quod vigilate.* Competit igitur de ordinario Iure Episcopis, siue Abbatibus, iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, aduersus hæreticam inquirere prauitatem. Quia igitur bonum Fidei est de melioribus, immò de magis necessarijs homini ad salutem, cui multimodis insidijs, & callidioribus machinationibus perpetuò insidiantur humani generis hostes irreconciliabiles, nempè Dæmones, per Hæresiarchas, & Hæresum disseminatores, zizania tritico superseminantes; ideò Cœlestis Paterfamilias in sua magna domo, ac familia, nempè Ecclesia, non solos seruos ordinarios, idest Episcopos, & Præsules Diœcesanos, siue Abbatiales, sed & extraordinarios adauctos, & delegatos vult habere, quibus per suum Vicarium Summ. Vniuersalis Ecclesiæ Hierarcham dicit: *Colligite primùm zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum.* Hoc est dicere: in Vniuersali Ecclesia Sanctæ Inquisitionis Officium statuit, idest in Romana Curia Congregationem Generalem Patrum Conscriptorum pro vniuersa instituit, pro particularibus verò Ecclesijs, singulis in Diœcesibus, vel Regionibus, aut Pronincijs Sanctæ specialis Inquisitionis Tribunal aperuit, Sacros Inquisitores constituit cum speciali delegato Iure inquirendi, procedendi, & puniendi de Hæresi suspectos, vel conuictos, vt locorum ordinarijs Præsulibus præsto adessent, & cooperarentur, pro Catholica iàm olim tota veritate conseruanda, & asseruanda. Quando autem, vel quo tempore delegatorum huiusmodi Inquisitorum institutio, atque constitutio exorta fuerit, eruditissimus Annalista Ordinis Cistercienſis, conueniens in tempore, discordat in personis, quibus primo delegatum fuerit Sanctæ Inquisitionis Officium: asserens extitisse hos nonnullos Abbates suæ Congregationis ab Innocentio III. aduersus Albigenses Inquisitores delegatos, & in Gallia Narbonensi constitutos, Sacri Prædicatorum Ordinis Annalistæ, siue Chronistæ asserunt: tempore Diui Dominici sub Innocentio III. suam originem habuisse; ab hoc enim Pontifice primum, & primarium Inquisitorem aduersum hæreticam Albigensium prauitatem delegatum fuisse eundem Beatum Dominicum autumant. Franciscus Pegna in Directorio Inquisitorum sequentia dat: *Graues ergo Episcoporum (ait) occupationes causam dederunt Summ. Romanis Pontificibus, vt huic soli Fidei negotio certos Iudices constituerent. Cum Eymerico sentit Simancha in Cathol. instit. titul. 25. num. 4. Episcopi tamen hanc Fidei causam in primis tractaturi erant, cum Iure Diuino eis incumbat, lupos rapaces, hoc est hæreticos ab ouili Domini arcera, grauissimas panas subituros, nisi ita faciant. De qua extant antiquissima Conciliorum Decreta penitus animaduertenda. In Concil. Mileuitano cap. 25. in Concil. Laterranensi sub Innocentio III. cap. 3. in Concil. Toletano vndecimo cap. 2. & alibi. Quo verò tempore fuerint primùm Inquisitores delegati, in causa Fidei constituti, qualia fuerint eorum incrementa, officia, priuilegia, munera, & partes; copiosè docuimus in libro de hoc ipso argumento, quæ ob brevitatem hic tradere omittimus: tametsi res sit cognitu iucundissima, nec inutilis. Officium delegatæ Inquisitionis (vt obiter hic dicam) explorandum est in Prouincia Prouinciæ, siue in Gallia Narbonensi: Primum Beato Dominico fuisse commissum, ab eoq; circa annos Domini 1200 sumpsisse prima exordia, temporibus Innocentij III. Pontific. Max. Fuit Beatus Dominicus Canonicus Oxomiensis, vir Sanctitate insignis, & peritia Theologiæ clarus, & verbi Dei prædicator admirabilis; ex illustri, & antiqua Guſmanorum familia ortus. Is Fidei zelo accensus aduersus infames tunc Albigenſium, & aliorum Hæreſes Fidem Christi imperterritus prædicat: Et quia multi cum ineebantur, vt saluares eis imponeret pœnitentias, absoluerets; vendentes facultatem à Sede Apostolica ad faciendi plenam obtinet, & in Italiam ex partibus Tolosanis transmigrat, cum Beato Francisco multam habet familiaritatem. His duas insignes Religiones in Ecclesia Dei velut duo clarissima sydera constituunt, & officium delegatæ Inquisitionis*

Sanctæ Inquisitionis Officium cui specialiter conueniat.

Act. c. 20.

Matth. 13.

Quando, & à quo originem habuit.

Annales Cisterceſ.

Franciſcus Pegna Direc. Inquiſ. part. 3. comm. 3.

Religioſi SS Dominici, & Franciſci Officium Sanctæ Inquisitionis exercent.

suis Fratribus exercendum relinquunt, quod in Italia adhuc exercent. Hactenus Pegna in suis Commentarijs ad directorium Inquisitorum Eymerici, loco, qui supra. Hoc satis probabile apparet, licèt haud quoque improbabile sit, quod ante Innocentium plures Pontifices pro opportunitatibus, & Ecclesiarum exigentijs, consimiles delegationes ad tempus emiserint; quæ tamen perennitèr nequaquam perdurauerint: sicuti hæc à D. Dominici tempore ad hanc vsque diem fæliciter in diuersis Mendicantium Ordinibus, siue peculiaribus Tribunalibus perseuerauit. Nã Pater Coriolanus in suo Breuiario Chronologico sequentia notat: *Paulus IV. Italus ex Ciuitate Neapolis die 23. Maij hoc anno 1555. Romæ creatur Summ. Pontifex: hic tum in Vrbe, tum alibi Officium Sanctæ Inquisitionis erexit ad Hæreticos profligandos, & puniendos.* Ita ille. Nostra igitur hac in Subalpina Prouincia quinque Sacræ Inquisitionis peculiaria residēt Tribunalia, Vercellis scilicèt, Taurini, Astæ, Salutijs, & in Montercgali.

P. Coriolanus Capuccinus in Breuiario Chronologico ad ann. 1555.

Ann. Chri. 1555.

Reuerendissimorum Vicariorum Generalium Diuersitatem, Officium, & Potestatem delibat Præambulus.

Num. III.

QVia omnia, quæ ad officium Episcoporũ pertinent, non possunt ipsi Episcopi per se ipsos perficere; idco Sacri Canones Coadiutores eis in laboribus statuerunt, atque mandarunt, vt quod per seipsos exercere non possunt; alijs sibi adiutoribus committere debeant. Et olim quidem dabantur Episcopis Coadiutores, hodie, vt in plurimùm, habent Vicarios. *Vicarius autem propriè est* (ait Barbosa) *qui vices alterius gerit in Iurisdictione, & Iudicio. Notandum quod in Iure Ecclesiastico Vicariorũ quatuor sunt species: quidam enim sunt Vicarij perpetui Parochialium Ecclesiarum propter curam animarũ: alij sunt Vicarij temporales coadiuuantes in cura ad voluntatem Rectoris, qui Capellani, aut Curati appellari consueuerunt: Nonnulli sunt Vicarij, qui a Romano Pontifice in Prouincia aliqua, vel Diœcesi Vicarij Papæ in spiritualibus constituuntur, qui & Visitatores dicuntur. Denique quidam sunt Vicarij Episcoporum, quorum duplex est differentia, quidam enim constituti solent ad cognitionem causarum non omnium, neq; totius Diœcesis. Vicario autem Generali omnia, quæ sunt voluntaria iurisdictionis, & contentiosa etiam, committuntur. Eligitur autem Vicarius ab Episcopo sine consensu Capituli. Sede autem vacante, eligitur à Capitulo, vel confirmatur electus. Vicarius Episcopi est Iudex ordinarius, cuius auctoritas partim est à Iure communi, partim verò à commissione Episcopi, vel Abbatis, aut alterius Prælati habentis ordinariam Iurisdictionem.*

Cap. Interceteras De Off. Ord. c. cum frequent. Barbos. de Iure Eccl. Vniuers. c. 14. De Vicarijs. Cap. 3. & 4. De officio Vicarij.

Vicarij Episcopi sunt in duplici differentia.

CALCVLVS PRIMVS

Reuerendiss. Dom. ROGERII TRITONII Abbatis Pinerolienſis ab anno 1600.

HIstoria Chronologica Dom. Episcopi Salutiarum signat: Rogerium Tritonium Pinerolienſis Abbatiæ Sanctæ Mariæ Nuncupatæ possessionem acquisiuisse circa annum 1589. & ad ann. 1605. in illius vtili dominio, siue vsufructu Ecclesiastico perdurasse. Durante igitur huius religiosi, & prudentis viri Abbatiali prædominio, ad subiectas huic Valles Petruxiæ, & Perrerij ab hæretica intania reuocandas accesserunt Capuccini Missionarij, nempè Fr. Fr. Valetianus Pinerolienſis, & Mauritius Murrensis. Sed ex his binis strenuissimis commilitonibus, altero, nempè Fr. Valeriano ad sublimiora regularia munera administranda intra claustra reuocato, altero, scilicèt Fratre Mauritio, ad Gebennense prostibulum Euangelica prædicatione aggrediendum à Romano Pontifice destinato, circa finem sæculi sexrideeimi Apostolicæ Missiones in prædictis geminis Conuallibus cessationem aliquam perpessæ sunt, haud absque grauiori Catholicæ Fidei detrimento. Huius igitur Christianæ religionis decrementum, & fidelium Vallicolarum cuidentius periculum cum animaduertisset zelans Præsul, & Abbas Dom. Tritonius, qui vt in plurimùm Romæ morabatur; plurimum apud Romanam Curiam pro restituendis Stationarijs Capuccinis laborauit, tandemque voti compos effectus, sui zelotis affectus gaudium, & lætitiam suo Generali Vicario Domino Rossano communicauit.

Chronol. c. 24.

I.

Ann. Chri. 1600.

Missiones restituendas curat.

CALCVLVS SECVNDVS

Reuerendiſs. Dom. ALEXANDRI SCALIÆ SECVSINI Abbatis ab anno 1611.

I. CVm ad Secuſinæ Vallis nonnulla Hæreſi laborantia Oppida liberanda ab operis Præfecti emiſſus veniſſet circa annum tertium initiati ſæculi ſexti decimi Fr. Zacharias Salutienſis; Abbatialem quidem Infula in Sancti Iuſti Secuſini regebat Reuerendiſs. Fabius Blondus Patriarcha Hieroſolymitanus: quando vero Caluiniſtica lue effugata, ad tranquillandam domeſticam inter Parochum & Medianæ, ac Mathici Parochianos de recenti exortam ſeditionem rurſus miſſus, & remiſſus aceeſſit idem doctiſſimus Theologus & Sacer Orator Ann. Chr. 1651. Capuceinus; eiuſdem Abbatiæ baculum ſuſtinebat, & dirigebat Reuerendiſs. Dom. Alexander Scalia ex Verrucæ Comitibus, itidem Staphardæ, & Mullegij Abbas Commendatarius perpetuus, qui venientem pacificum, ſiue pacificatorem Leuitam, & Coneionatorem honorifica epiſtola comitatus eſt, & eommendauit. Peruenit igitur Fr. Zacharias ad Medianæ, & Mathici Oppida, & inter diſcordantes populum, atque Rectorem tamdiù ſtetit, quamdiù perſtiterunt illi mutuis altercationibus diſceptare, quibus tandem compoſitis, pro firmioris paeis, & diuturnioris vnionis fœdere ſtabiliendo, Fr. Zacharias quaſdam compoſuit fœderis conditiones, quas ſua auctoritate approbatas, & promulgatas, partibus obſeruandas impoſuit Reuerendiſs. Dom. Alexander Scalia Abbas, ſub cuius Abbatiali iuriſdictione bina illa Oppida conſiſtunt.

Commendat miſſum Capuecinum.

F. Zacharias conditiones pacis ſtatuit.

CALCVLVS TERTIVS

Reuerendiſs. THOMÆ FRANCISCI BROLIÆ Abbatis SS. CONSTANTII, & VICTORIS ab anno 1634. ad ann. 1649.

I. OCtauius Brolia fœlieſis recordationis, Cherienſis Ciuis, & Patritius, per reſignationem Octauij Bandini Cardinalis Florentini factus fuit Abbas SS. Conſtantij, & Victoris Abbatiæ in Villario propè Draconerium ad radices Alpium conſtitutæ anno 1616. Conſecratus poſtmodum in Epiſcopus, & Comes Aſtenſis, eandem Abbatiam Thomæ Franciſco itidem Broliæ ex Fratre Nepoti reſignauit. Cum igitur circiter ann. 1643. geminæ huius Abbatialis Oppidi Eccleſiæ, Parochialis vna, pro Parochiali, nempe Capellania altera Rectoribus Sacerdotibus deſtitutæ lugerent; Apoſtolicus Capuccinus Stationarius Draconerij in Ann. Chr. 1643. Excubijs inuigilans Fr. Amedeus Taurinenſis binos idoneos Sacerdotes ad eas curandas Eccleſias adduxit, & perduxit: quare Reuerendiſs. Abbas de ſolicitudine gratias agens, epiſtolam ſcripſit humaniſſimam. Cum ergo perſeuerarent ingiter Capuccini Miſſionarij Abbatiales illas & Eccleſias, & plebes ſpiritualiter colere, Ann. Chri. 1648. & Sacro Diuino cultu exercere; ad Reuerendiſs. Abbatem pro neceſſaria ampliori facultate litteras dedit Fr. Ioannes Antonius à Racconiſio, cui gratiſſimam ille reddidit reſponſionem, & conceſſionem.

DE INQVISITORIBVS CISALPINIS

CALCVLVS QVARTVS

Reuerendiſs. Pat. BARTHOLOMÆI ROCHÆ Taurinenſis Inquiſitoris, ab anno 1596. ad ann.

I. ABexorta Mundi ſalute anno nonageſimo ſexto ſupra ſexcentos & mille, quando Fr. Valerianus Pinerolienſis Ciuis, & Guardianus hæreticas Valles, ſeu Hæreticos Vallicolas Petruxiæ, ac Perrerij reducere aggreſſus eſt,

Sacræ

Sacræ Inquisitionis in tribunali Taurini sedebat Reuerendiss. Pat. Bartholomæus Rocha de Pralormo, cui vnà cum Reuerendissimis Nuncio, & Archiepiscopo Taurinensibus Fr. Valerianus prædictus cum aggrediendæ hæresum expurgationis suum propositum aperuisset, atque manifestasset, omnesq; simul de excogitato opere Romanam Curiam per litteras certiores fecissent; ipse autem Romanus Pontifex Clemens VIII. propositum comprobans, & opus commendans, congruã, & necessariam ad hoc spiritualem potestatem Capuccinis Operarijs per Reuerendissimos tres recensitos Nuncium, Archiepiscopum, & Inquisitorem Taurinenses communicandam, & conferendam mandasset; sicuti illi duo Præsules, sic & tertius hic zelans Pat. Inquisitor non semel solum, sed semel, & iterum præscriptas facultates Fratri Valeriano, & Coapostolicis Capuccinis Concionatoribus contulit, & communicauit, vno, & altero dato rescripto. Nam cum Congregationi Taurini coram Reuerendiss Nuncio mense Aprili prædicti anni habitæ vnà cum Reuerendiss Archiepiscopo, & Prouinciali Capuccinorum, simul & Theologis, & Sacris Oratoribus Iesuitis, & Capuccinis interfuisset; factoq; his, & illis Vallium hæreticantium distributioni suos calculos addidisset; sibi delegatas pariter spirituales auctoritates destinatis Missionarijs, de speciali Pontificis mandato, subdelegare haud denegauit, quinimmò multiplicauit. Ann. Chr. 1596.

Primo enim supra scriptum edidit communicationum diploma simul cum Reuerendiss Archiepiscopo Taurinensi Carolo Brolia: Tribus autem vix elapsis diebus à primi editione, secundum eum Reuerendiss Nuncio ad idem subscripsit, & emisit agiographum, quo requisitas, & necessarias Missionarijs Capuccinis potestates de Summi Pontific. iussu conferebat. Supra dedimus editum diploma, Ratiocinio 3. Calcul. 1 Num. III. I.

A constitutione postmodum Capuccini Apostolatus vix euoluto lustro, vt religiosum suum in propugnatores Fidei, & hæreticæ perfidiæ expugnatores affectum manifestius demonstraret; quas olim copiarum cum Reuerendissimis Nuncio, & Archiepiscopo facultates communicauerat, lingulatim, & discretè ipse sibi concessas confirmare voluit: quare infrapositum testimonium dedit, & scripto publico exarauit. II. III. Ann. Chr. 1601.

Nos Fr. Bartholomæus Rocha de Pralormo Inquisitor Generalis Taurini, Fossani, & Niciæ.

Testimonium Capuccinorum facit Capuccinorum Missionis legitimæ.

VNiuersis manifestum facimus tenore præsentium, & attestamur: sicuti Admodum RR. PP. FF. Valeriane à Peneroso, Mauritius Gambarianus Mayrensis, & Philippus à Pancalerio Ordinis Minorum Sancti Francisci Congregationis Capuccinorum, à nonnullis annis elapsis circa, ad instantiam Serenissimi Domini Caroli Emmanuelis I. Sabaudiæ Ducis, & Pedemontium Principis, a Sanctiss. Dom. N. Papa Clemente VIII. fuerant missi cum alijs Patribus eiusdem Congregationis ad Valles Pedemontis Hæreticis infectas, ad prædicandam Christi Domini Euangelium pro conuersione Hæreticorum cum sequentibus facultatibus, & auctoritatibus à Nobis illis concessis auctoritate Apostolica; scilicet: Cum facultate tenendi libros Hæreticorum, illosq; legendi: Audiendi confessiones, & recipiendi Hæreticos, etiam relapsos, in foro tamen conscientiæ dumtaxat. Tum etiam recipiendi in forum externum iuram Notario, & Testibus Hæreticos sponte ad Ecclesiam venientes (abiurando tamen). Item quod secum ducere possent pios, & Catholicos viros, ad eos associandum dum conuenirent ad Hæreticorum conciones, absq; hoc, quod illis Censuram aliquam incurrerent: Et quod possent similiter celebrare, & alia Diuina agere præsentibus Hæreticis, absque hoc, quod ipsi, vel Hæretici prædicti inciderent in Censuras, vel aliud crimen. Per tenore testamur, quod nunc à Sancta Sede Apostolica missi tam præfatus Pr. Mauritius ad partes Tononj, & per totam Diœcesim Gebennensem, & finitima, cum omnibus prædictis facultatibus, non modò ad se exercendum in Missione, vt supra, sed etiam propter opus Tononj instituendum à Sanctiss. D. Nostro in obsequium, & auxilium Sanctæ Fidei Catholicæ, de quo opere extat Breue eiusdem S. D. N. & eadem quam facultas illi facta sit enascribendo, & recipiendi eos, qui recipi voluerint in Societate Beatæ Mariæ Compassionis, seu septem dolorum, erecta in Oppido Tononj pro propagandæ Fide, vt ex litteris Illustr. & Reuerendiss. DD. Cardinalium Sanctæ Seuerinæ, & Burghesij prædicto Patri directis cert o colligimus. In quorum omnium, & singulorum præmissorum fidem, cum veritas sic se habeat, has nostras manu propria firmatas, & per Secretarium Sanctæ Officij subscriptas fieri iussimus sigillique Sanctissimæ Inquisitionis debitè communiri. Act. & Dat. Taurini die vigesima Iunij An. 1601.

Fr. Bartholomæus Rocha de Pralormo Inquisitor Taurini.

Locus † Sigilli.

Elia Secretarius.

CALCVLVS V.

COMMVNIS.

Reuerendiſsimor. P. P. CAMILLI BALLIANI, HIERONTMI REBIOLI, ET FRANCISCI MARIAE BLANCI, Taurinenſium Inquiſitorum, ab anno 1616. ad ann. 1636.

I. Ann. Chri. 1616.

CAnonicè, & legitimè ſuffectus in defuncti locum ad Sacræ Inquiſitionis Taurinenſe Tribunal adminiſtrandum Reuerendiſs. Pater Camillus Ballianus, hæc tempora citeriter, quando Fr. Philippus à Pancalerio, qui adhuc Apoſtolico opeti conſeruando intendebat, Euangelicorum Operationum religioſæ imperturbabilitati attendens, & conſulens, Reuerendiſs. ſucceſſori Taurinenſi Inquiſitori, pro à ſuo prædeceſſore Miſſionarijs collatis facultatibus confirmandis, litteras dedit, quibus ille requiſitus ſequentem reſponſionem reddidit.

Al Molto Reuerendo Padre Filippo da Pancalieri Predicatore Capuccino. Riuoli.

Molto Reuer Padre mio nel Sign. Oſſer. *Riceuo la lettere di V. P. dell'vltimo del paſſato, & no riceuei alcuni giorni ſono vn altre dell'iſteſſe tenore. Per riſpoſto le dico. che le conceſſioni fatte alli Padri delle Miſſioni con autorità Apoſtolica, ſe non ſono reuocate, hanno forze mentre continuarono le Miſſioni: Et hauendo il mio Anteceſſore, à cui fù ſcritto di poter darle facoltà già conceſſe, fatte ſopra di ciò lettere patenti; senza ch'io ne facci altro confirmatione, reſtano nel ſuo vigere, e tengo, che tutti li PP. che furono legitimamente deputati per le dette Miſſioni, ſi poſſono voler delle facoltà contenute nella copia mandatomi. Con queſte raccommandandomi à V. P. M. R. da Noſtro Signore le prego ogni contento. Torino li 6. Luglio 1616.*

Facultates Apoſtolica auctoritate ſemel cõceſſas, ſemper validas aſſerit, donec reuocentur.

D. V. P.

Affettionatiſs. per ſeruirla ſempre.

Fr. Camillo Balliani Inquiſ. di Torino.

II. Ann. Chri. 1632.

In Caſtridelphini Cuſtodia Sacras Excubias obſeruante Fr. Hyppolito Taurinenſi circa annum 1632. geminæ honeſtæ quidem familiæ, ac conditionis mulieres, ſed inhoneſti propoſiti, ac intentionis, eò acceſſerant, vt à Fide pariter, & ab Eccleſia apoſtatarent: atq; ipſarum altera iàm in manu, & coram impietatis Miniſtro Catholicam veritatem deieerauerat. Quod cum Capuccinus Vigil, & ſpeculator intellexiſſet; protinus perditis, & in barathrum perfidiæ ruituris miſellis mulierculis accurrit, & oppottunè ſuccurrit: adhortationibus namq; commonitionibus, & efficacioribus ſuaſionibus tàm efficaciter cum nutantibus egit; vt eas ad mali propoſiti pœnitentiam, atque reuocationem retraxerit. Vt autem fidelium communioni ritè eas reſtitueret; Reuerendiſs. Patrem Inquiſitorē Rebiolum cõſuluit per litteras, quibus ille plenariam reddidit reſponſionem, & reſolutionem.

III. Ann. Chri. 1648.

Patri Hieronymo in Sacræ Inquiſitionis officio adminiſtrando Taurini ſucceſſit Reuerendiſs. Pater Franciſcus Maria Blancus, Eminentiſs. Cardinalis Ceſiæ ex ſorore nepos, qui cum Fidei, & legis zelum apprimè zelaret; Fr Paulum Taurinenſem Capucelnum Miſſionarium, in Caſtridelphini Cuſtodia exeubantē, Sancti Officij Vicarium in Caſtellana illa Satrapia (licèt inibi non exerceatur prædictum Officium Sacræ Inquiſitionis) conſtituit.

Sancti Officij Vicarium conſtituit.

CALCVLVS SEXTVS

COMMVNIS

Reuerendissimorum PP. IOANNIS FRANCISCI CICADÆ, PETRI MARIÆ DVLCETTI, HIERONYMI MARIÆ PONZONI, Salutiensium Inquisitorum, ab anno 1603. ad ann. 1640.

LI

IN illo tempore, quo aduersus Caluinisticam perfidiam decertaturi Fratres Minores Capuccini à Sancta Apostolica Sede emissi, ad Salutiensem Marchiani accesserant, Sanctæ Inquisitonis Officium contra prauitatem hæreticam inibi exercebat Reuerendiss Pater Ioannes Franciscus Cicada Braidensis, vir non minus religiosus, quam eruditus, qui de recenti missos, & superuenientes Apostolicos Operarios Capuccinos cum zeloti suo proposito conformes, & aptiformes agnouisset, protinus in Inquisitionalis sui Tribunalis partem onris adducere, & aduocare voluit: quamobrem suas Vicarias vices eis sponte administrandas obtulit, & pro administratione acceptanda rogauit, vti illius sequentes litteræ contestantur.

Ann. Chr. 1603.

Al Molto Reuer. Padre Filippo da Pancalieri, Predicatore Capuccino, Missionario. Dronero.

Molto Rev. Padre Sal. *Sendo che tutti siamo obligati con strettissimo nodo, à attender al seruitio del Signore Iddio, & massime in quello, che concerne la Santa Fede; Per la presente prego la P. V. M. R. & gl'altri suoi successori della Missione Apostolica in questo Marchesato, ove io farò assente all'annuntio successiuamente, si degni coo gl'altri (essendo io occupatissimo con Monsign. Reuerendiss. & altri negotij) come Vicario del Sant'Officio, e mio, attender, & proueder à quanto sarà bisogno nelle Valli del Marchesato, e massime al Villaro, Valli di Varaita, Macra, Grana, con il restante del Marchesato, ove sarà bisogno. Et à questo effetto gli dò la facoltà opportuna; con questo, ch'io sia auisato di quanto si sarà operato. Con qual fine gli prego dal Signore ogni vero bene. Di Saluzzo li 24. Aprile 1603.*

Rogat, & confert suas Vicarias vices Capuccinis.

D. V. P. M. R.

Affettionatissimo per seruirla.

Fr. Gio. Francesco Cicada di Brà Inquisit. di Saluzzo.

Fr. Dionisio Sburlati Secretario.

II.

Reuerendiss. Pater Petrus Maria Dulcettus Picenus à Sancto Seuerino, Sacræ Marchionensis Inquisitionis munere fungebatur anno trigesimo primo post sexcentos & mille, quando & epydemica luc cessante, & Martiali furore quiescente, Subalpinæ regionis, & religionis res melius se habere cœperant, & respirare occœptauerant. Tunc igitur vel superstites, vel restitutos Missionarios Capuccinos præfatus Reuerendiss. Inquisitor Sancti Officij Vicarios in suæ Missionis locis instituit: In Paduſana Valle, & Villa Fr. Hippolytum Taurinensem.

Ann Chri. 1631.

Vicarios Sti Officij constituit plures

In Varaytana Valle, & Castrodelphino Fratrem Laurentium Pinerolien sem.

In Verzolio Fr. Franciscum a Monteregali.

In Aeccio Fr. Alexandrum Oxibiensem.

Cum verò in Paduſana Statione Fr. Hippolyto in ministerio Apostolico successisset Fr. Ioseph à Summaripa, eandem illi Vicariam potestatem confirmauit, & de agendo ad recollectionem damnatorum codicum speciale mandatum edidit: proq; Hæreticis de Paduſanis montibus ejiciendis ad Romanam Curiam litteras dedit, atque apud Sabaudum Principem exorauit. Draconerij sub his diebus Missionarius inuigilabat Fr. Mathias, qui licèt Vicarias Sanctæ Inquisitionis vices agere recusasset; excubans nihilominus in Custodia, cum nonnullos perfidiæ criminosos deprehendisset; Reuerendiss. Inquisitorem admonuit, & Draconerium

Operæ varia pro Fide.

Ann. Chr. 1632. 1633.

accersi-

accersitum, in proprio Conuentu receptr: Ille verò depositionibus receptis, qua dã personas communioni fidelium fecerò restituendas Fr. Marhiæ commendauit

III. Post Dulcetum Reuerendiss. Inquisitorem, in Salutiensi Tribunali Sancti Officij immediatè sequutus est ter Reuerend Hieronymus Maria Ponzonus, Ligur ex Condominis de Gorrino, qui Apostolicorum Operariorum Capuccinorum opera pluribus in Fidei negotijs, & emergentibus vsus est: Iuridicas sumendas informationes, Inquisitiones, receptiones, absolutiones, & tandem Vicarias Generales suas vices excreendas committendo diuersis Missionarijs.

Ann. Chri. 1639.

CALCVLVS SEPTIMVS

Reuerendiss. Pat. THOMÆ MARIÆ TALEARDINI *Caramanienſis, Inquisitoris Salutiensis, ab anno* 1644. *ad ann.* 1651.

I. VErè de hoc religiosissimo viro pronunciare valemus illud Ecclesiastici. *Dilectus Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione est. Consummatus in breui, explenit tempora multa.* Quoniam vix septem annorum curriculo, quo Sanctæ Inquisitionis Tribunal Salutiensi in Marchia administrauit, multorum iàm ab elapsis, & præsentibus tẽporibus aduersus Fidem, & Ecclesiam delinquentium & causas absolut, & piacula mulctauit: Sedulus in Custodia inuigilando, vt si quem, vel quos aliqua, vel aliquibus in Marchionensibus rum Vallibus, tum Villis minus Catholicè vel sentire, vel futire, aut blatcrare, multò magis viuere subintelligeret, protinus emisso satellitio, vel Iuridicè aduocatos carceribus includeret, donec aut innocentes, aut criminosi, vel absoluerentur, vel iustè plecterentur, vt Catholicæ Fidei veritas illibata in his Subalpinis, Marchionalibusque plagis asseruaretur. Hoc illius vnicum erat studium, hoc cordis, & mentis eius perenne propositum. Cui pleniùs, atque perfectiùs exequendo, & obtinendo cum Capuccinos Missionarios sibi præ cæteris validiùs, & solicitiùs cooperari expertus fuisset; singulariori benenolentia eos inter reliquos prosequebatur, quam crebrioribus, & humaniotibus suis officijs, atque beneficijs in eos collatis contestabatur

Eccles. c. 45.

Celeberrimi huius viri zelus examinus.

Benenolentia in Capuccinos.

II. Testificor ego, experientia quotidiana edoctus, quod zelotes hic Inquisitor in vniuersa sua delegata iurisdictione tuas Vicarias vices Capuccinis administrandas committere voluisset, signanter in Marchiæ Conuallibus, in quibus Apostolantur Minoritæ Capuccini, quos toto sui regiminis tempore Sancti Officij Vicarios esse voluit, nisi fortè quis eorum huiusccmodi subdelegationem, congruis de causis, acceptare retractasset.

Vicarios S. Officij vbiq; constituit.

Ann. Chri. 1644.

III. Varia, & diuersa cum varijs, & diuersis Capuccinis Missionarijs, discretis temporibus, confidenter pertractauit negotia Fidei, vt Catholicæ veritatis deterrores, aut in aliquo violatores compesceret, & iustis mulctis coerceret. Signanter verò Fr Pauli Taurinensis in Castridelphini Custodia excubantis religiosa, solicita, & Fideli cooperatione vtus est, precipuè in conficiendis processibus, & instruendis actibus aduersus quosdam relapsos, & ràm his, quàm eorum familijs ad Orthodoxam religionem reducendis: quibus in nutantis credulitatis, & promiscuæ Fidei hominicionibus ab Hæretica scoria perpurgandis, à Reuerendissimo Inquisitore, & à Capuccino cooperario multo labore sudatum est. Non in Varaytana dumtaxat, sed & in Macrensi, Padulana, & Verzolicnsi Stationibus, collaborantibus Euangelicis Operarijs: quibus vniuersa in sua Marchionali iurisdictione distributis frequentiora pro Sancto Officio exactiùs, & acnrariùs exercendo promulganda edicta tranimittebat, & integriratem religionis eorum solicitudini, ac sibi benè notæ vigilantiæ plurimùm commendabat, quoniam quotidiana manuali experientia edoctus, & admonitus intellexerat, quod in Salutiarum Marchionatu, licèt forintecus floreat catholica pietas, intrinsecus autem pluribus in pratis latet anguis in herba. Quamplures enim dealbata sepulchra iuremeritò possunt vocitari.

Strenuè in profectu Fidei cum prædictis Missionarijs cooperabatur.

Ann. Chri. 1645.

IV. Sicuti plures alios, Idest reliquos omnes Missionarios, huiusccmodi subdelegationem acceptantes, suos Vicarios constituerat in Vallibus; ita etiam Fr. Paul in Taurinensicin in Castellana Sarrapia Castridelphini per datas singulis signatas, & Canonicas litteras. Vltra quas, præcensito Fr. Paulo ampliores quaidam concessit facultates per modum epistolæ transmissas, vt infra.

Admod. Reuer. Pater Salutem. CErtiores abundè facti de tua sufficientia, integritate, atque singulari ad

Sanctæ nostræ Catholicæ Fidei propagationem zelo: harum serie, Nostriq; auctoritate Officii, facultatem tibi impertimur; vt personas omnes vtriusque sexus hæretica labe infectas, quæ velint ad Sacrosanctæ Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ Ecclesiæ gremium redire, atque inter veros, & Catholicos eiusdem Sanctæ Matris filios adnumerari, eas recipere possis, & valeas: impertiendo eisdem absolutionis ab Excommunicatione beneficium, salutaribus, panitentijs imunctis, & circa præmissa facere, quæ Nos per nosmetipsos facere possemus, iuxta formam Sacrorum Canonum: Reservantes Nobis tamen auctoritatem recipiendi relapsos, si qui forte tamen ex prædictis coram se cumparuerint, aut cumparebunt. In quorum fidem. Datum Salutijs in nostro Sancto Officio die 16. Iunij 1646.

Specialem facultatem facit recipiendi Hæreticos, & absoluendi

Fr. Thomas Maria Taleardinus Inquisitor Generalis Salutiarum.

Locus † Sigilli.

Fr. Hippolytus Maria Peyronus Not.

Sub hæc tempora Interalpini, & Transalpini Caluinicolæ Subalpinæ nostræ huic regioni finitimi, potentioris cuiusdam Dynastę intercessione mediante, à Regia Celsitudine Sabaudi Ducis indultum, & permissionem surripuerant, qua eis in complano vniuerso suo dominio negotiandi, vel mercimoniæ exercendæ titulo versari, & conuersari licebat: & hoc contra multoties impetratum, & confirmatum in fauorem Fidei, Missionarijs Capuccinis interpellantibus, a prædecessoribus Pedemontanis Principibus inhibitiuum commercij promulgatum rescriptum: quamobrem Fr. Paulus Taurinensis, qui in Castridelphini excubialibus portis inulgilabat, ipseq; olim prohibendo prohuiusmodi commercio expostulauerat, recentioris concessionis fidelibus admodum pernicioſæ admoaitus, totis conatibus eniti voluit; vt indulti subreptitij reuocationem reportaret: ad hoc enim plurium patrocinantium tutelarium fauorem, & officium interpellauit. Inter intetpellatos autem, & adhibitos intercessores nec postremus, nec infimus, Immò præcipuus enumeratur Reuerendiss. Pater Thomas Maria Salurienſis Inquisitor, qui à Fratre Paulo in subsidium iusti aduocatus, ipse ex officij sui munere spontè accurrens. & Romam, & Taurinum suas efficaciores litteras ad hoc ex-tempore dedit, vnde per Taurinenses & Reuerendiss. Nuncium, & Inquisitorem fauentiori resolutione relata, relatorum narratiuam Fratri Paulo, qui plurimùm pro hac re coram Curia Taurinensi laborabat, epistolam exarauit

Ann. Chr. 1648.

I.

Plura sunt, quæ hic prudentissimus, & zelantissimus Fidei Catholicæ propugnator in commendationem Missionum, immò in continuationis totam per Saluriarum Marchiam necessitarem commendandam & dixit, & scripsit coram Ecclesiasticis Magistratibus, & altioribus Tribunalibus, quibus perpetuò Fidelem Capuccinorum Apostolationem Ecclesiæ Catholicæ valde proficuam contestabatur. Vnde & ipse Apostolantes Minoritas, quibus valebat fauoribus, & subsidijs prosequebatur: sciebat namq; & experimentaliter conspiciebat, quia pauperes Christi Diui Francisci legitimi alumni, nullius turpis lucri aut spe, aut cupiditate perducti, sed simplici Diuini cultus, & Catholicæ religionis zelo adducti, laborio a quæq; molimina, & facinora aggrediebantur, & intrepidè prosequebantur Cum igitur anno 1648 Prouinciales Patres pro Comitijs celebrandis Villamfrancam conuenissent; pro commendatione, & confirmatione Missionariorum supplices, ac efficacissimas litteras misit.

II.

Pro conseruatione, & commendatione Missionariorum plura facit, & scripsit

CALCVLVS OCTAVVS

Reuerendiss. P. IOANNIS BAPTISTÆ ALEXANDRI, Salutiensis primò, postea Taurinensis Inquisitoris, ab anno 1653 ad ann. 1658.

NOndum gemina completa olympiade inopportuna, & nimis importuna morte extinctus, communi cum fidelium vniuersorum luctu, à nobis sublatus, ad Paradisi gaudia (vt Instum est sperare) translatus est Reuerendiss Thomas Maria Talcardinus Salurienſis Inquisitor, in initio anni quinquagesi ni secundi extra mille sexcentos. Postquam igitur ferè per biennium Sancti Officij Tribunal vacasset, tandem præsenti anno quinquagesimo tertio percurrentis sęculi septimidecimi, Sactę Marchionensis Inquisitionis munus Reuerendiss. P. Ioanni Baptistæ de Alexandris, Salurienſi Ciui, Sacræ Theologię Magistro commendatum est. Qui vix ad officium assumptus, sibi cooperantibus, pariter & obse-

quentibus

quentibus Capuccinis Missionarijs Fidei promotoribus, singulis in Marchia excubantibus, relatorias epistolas exarauit, atque quibusdam Inquisitionis vices gerendas commisit.

CALCVLVS NONVS

Reuerendiss. Dom. RINALDI RESSANI, Præpositi, & Vicarij Generalis Abbatialis Sanctæ Mariæ de Pinerolio, ab anno 1596. ad ann. 1602.

I. INtegerrimæ conuersationis, pariter & spectabilis prudentiæ vir religiosus, & Sacerdos, quinimmò Pinerolienſis Collegiatæ Præpositus Dominus Rinaldus Ressanus. Abbatiales Dom. Rogerij Tritonij Abbatis Commendatarij Vicarias vices in sua Ciuitate, & tota iurisdictione exercebat: quando Fr. Valerianus & ipse Pinerolienſis Ciuis, & Capuccinorum Guardianus hæreticas Pinerolio proximas Valles Catholico Regno restituere excogitauerat. Huic ergo primo prudentissimo Præsuli cogitatum suum cum manifestasset, manifestatumque ille comprobasset; accepta à legitimis Magistratibus opportuna ad hoc necessaria potestate, simul in vnum conuenientes Dom. Præpositus, & Vicarius Ressanus, pariterque Pater Valerianus Guardianus circa finem anni 1595 apostatrices Valles ingressi, de sectariorum deterrorum vsurpantium manibus haud sine graniori & labore, & discrimine quinque Parœcias, nempè Portarum, Dibloni, Pinnacchiæ, Petruxiæ, Sanctiq; Martini, vel Perrerij recuperarunt, & Catholico ritu reconciliarunt, mundantes Sancta, & Sancta sanctorum restituentes. Ann. Chr. 1595. Cum Fr. Valer. ingressus quinq; Parochiales Ecclesias recuperat.

II. Quoniam verò nonnullis vix tractis diebus omnis iusti, & statuti Iuris violatores, & transgressores Sectarij irrerum violenter Pinnacchienſe Parochiale Templum occupauerant, & ad Sacrilegia abutebantur; ideò denuo, relatis à sæculari Principatu sufficientibus prouisionibus, Reuerendiss. Dom. Ressanus, & Fr. Valerianus die Sanctissimæ Purificationis Beatæ Mariæ, cui Sacrum est Templum, anni sequentis 1596 procedentes, Ecclesiæ vsurpatæ possessionem reassumpserunt: indeque breui elapsa temporis intercapedine, operantibus Capuccinis factum est; vt idem Dom. Vicarius Perretium aduocatus perueniens, Ecclesiam San-Martini in tota Valle præcipuam, solemni Catholicorum indicta processione, reconciliauerit: atque in ea, post tot annorum Sacrilegia, Sacrum Missæ solemne Sacrificium obtulerit: atq; reduces nonnullos Sanctæ Matris Ecclesiæ ad communionem recepetit Pererij, & Petruxiæ Parochialibus Parochos Sacerdotes prouiderit: pluraque ad instaurandum Diuinum cultum præstiterit. Zelotes enim hic Sacerdos in cunctis à Capuccinis pro Ecclesiastico Spirituali Regno inibi restituendo prædispositis molimnibus perpetuo sua ope, & opera præsto adfuit: cuiuslibet generis necessaria subsidia Euangelicis Operarijs suppeditando. Ann. Chri. 1596. eos nactus templa, & Parochias restituit.

III. Quibus, vt Apostolicum sibi demandatum munus, plenius exercerent; plenariam suam absoluendi potestatem communicauit, vt infra.

Rinaldus Ressanus Iuris vtriusque Doctor, Ciuis, ac Præpositus Ciuitatis Pinerolij, Vicarius Generalis inclyti Monasterij Beatæ Mariæ prefatæ Vrbis, Ordinis Sancti Benedicti, Sanctæq; Romanæ Ecclesiæ (nullo medio) submissi, & illius solitarum pertinentiarum pro Illustr. & Reuerend. DD. Rogerio Tritonio, ipsius Monasterij, & solitarum pertinentiarum Abbate, seu perpetuo Commendatario.

VObis RR. PP. Valeriano à Pinerolio, Mauritio Morrensi, Philippo de Pancalerio, & Stephano Campolatensi Ordinis Capuccinorum in iurisdictione Abbatis Pinerolij Concedimus licentiam Sacramentales confessiones audiendi, eosque absoluendi à Casibus Reseruatis, & dummodò cum bona venia illius, qui Ecclesiæ præest, in qua audituri estis con- Licentiâ impertitur ad Sacramẽta ad ministranda.

ſeſſiones, hoc faciatis, in Abbatia noſtra Pinerolij, & impertimur ad noſtrum beneplacitum valituram. In quorum fidem. Dat. Pinerolij die 6. Maij 1596.
Rinaldus Reſſanus Præpoſitus Pinerolij, & Vicarius Generalis.
Locus † Sigilli.

Carolus De San-Martino.

Cum tandem & ipſe zelans reſtitutionem Eccleſiaſtici ſpiritualis Regni extremis illis in Italicis oris pro Capuccinorum Apoſtolatu ſibi ſubiectis Conuallibus inſtituendo, & conſtituendo plurimùm laborasſet, & validè cooperatus fuiſſet, atq; ad extremum vſq; ſpiritum promouere ſtuduiſſet; fundationis diploma emiſit, vt ſequitur. IV.

Rinaldus Reſſanus Iuris vtriuſq; Doctor, Ciuis, ac Præpoſitus Ciuitatis Pinerolij, Vicarius Generalis inclyti Monaſterij Beatæ Mariæ Prafatæ Vrbis Ordinis Sancti Benedicti, Sanctæq; Romanæ Eccleſiæ (nullo medio) ſubmiſsi, & illius ſolitarum pertinentiarum pro Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. D. Rogerio Tritonio, ipſius Monaſterij, & ſolitarum pertinentiarum Abbate, ſeu perpetuo Commendatario. I.

Vniuerſis præſentes noſtras inſpecturis lecturis, & legi audituris fidem facimus, & in veritatis verbo atteſtamur: ſicuti Reuer. Patribus Fratribus Ordinis Minorum Sanct. Franciſci Congregationis Capuccinorum, ſignanter RR. PP. FF. Valeriano à Pinerolio, Mauritio Murrensi, Philippo à Paucalerio, & alijs Prædicatoribus, qui virtute Decreti etiam Apoſtolici, inſtante Sereniſs. Domino Carolo Emmanuele I. Sabaudiæ Duce, & Pedemontium Principe, miſſi fuerunt de anno 1596 proximè decurſo ad Valles Pedemontium pro conuerſione Hæreticorum, & Hæreſis extirpatione, & ad Hæreticorum Miniſtros per diſputationes, ſeu conferentias, ſeu confutationem conceſſa fuerunt à Nobis infraſcripta facultates, ſcilicèt: Verbum Dei prædicandi per totam noſtram iuriſdictionem, & Sacramentales confeſſiones audiendi quorumcumque pœnitentium, & abſoluendi à Caſibus etiam nobis Reſeruatis. præterea eiſdem contulimus omnem auctoritatem noſtram circa diſpenſationem, & cummunicationem omnium votorum, eorum Miſſione durante. necnon & poteſtatem omnia Sacramenta adminiſtrandi, & etiam omnia munia Parochorum, ipſis Sacerdotibus abſentibus, exercendi: licentiam quoque contulimus illis, quod in caſu neceſſitatis (ſecundum exigentiam) celebrare poſſint extra locum ſacrum, ſuper Altare tamen portatile. Ipſis præterea ſpecialiter deprecatis in Vallibus Peſtruxiæ, & San-Martini immediatè noſtræ iuriſdictioni ſubiectis facultatem fecimus diſpenſandi circa ſemina, ceterum abſtinentiam, ac ſolemnitatum obſeruantiam, necnon circa denunciationes matrimoniorum. Atteſtamur inſuper ipſis Patribus factam fuiſſe facultatem diſpenſandi circa matrimonia contracta ab Hæreticis in tertio, & quarto gradu tàm conſanguinitatis, quàm affinitatis prohibitis, de certi reddi ſumus per litteras Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dom. Iulij Cæſaris Richardi Archiepiſcopi Barenſis, Apoſtolici Nuncij cum auctoritate Legati à Latere in Dominio Sabaudiæ Ducis Dat. Taurini primo die Martij 1598. qui ex commiſſione ſpeciali Clementis Papæ VIII. hoc illis conculit: vt etiam patet per litteras Reu. Patris Fratris Valeriani Bernà à Pinerolio Capuccens (qui Miſſionis eu tempore erat Commiſſarius Apoſtolicus) Dat. Genuæ die 29. Maij anni præſentis. Aſſenſum præterea benignum præbuimus; vt Hæreticos ad ipſos ſponte venientes, eorum relapſus, recipere poſſint in Foro exteriori, etiam coram Notario, & Teſtibus, iuxta auctoritatem illis conceſſam, immò & in prædictarum facultatum promptiorem executionem conſulimus prædictis in locis pro nominatis auctoritatem noſtram incarcerandi, & liberandi, necnon & omnem noſtram facultatem in vtroque Foro exercendi. Tandem atteſtamur (vt nobis manifeſtum eſt per litteras familiares Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis de Sancta Seuerina, mandante S. D. N. Papa Clemente VIII. ſcriptas das. Romæ die 17. Ianuarij proximè præteriti) prædictum Reu. Pat. Fr. Mauritium eſſe miſſum à Sancta Sede Apoſtolica Tononum, & in totam Diœceſim Gebennenſem, ac finitimas Diœceſes, cum omnibus prædictis facultatibus (occaſione ſupradictæ Miſſionis) ſibi conceſſis. In quorum fidem, has noſtras manu noſtra firmatas fieri, & ſubſcribi, ſigillumque noſtro debitè muniri iuſſimus, & fecimus. Act. & Dat. Pinerolij die 14. Iunij 1601.
Rinaldus Reſſanus. Locus † Sigilli. Carolus de San-Martino. II.

Teſtatur à ſe ereſſe Capuccinis facultates.

Ann. Chri. 1634.

DE PATRIBVS, HOC EST RELIGIONIS CAPVCCINÆ PRÆSVLIBVS

Miniſtris, Procuratoribus Generalibus, nec non Prouincialibus

RATIOCINIVM SEXTVM

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Tres.

Humanarum, Theologicarumque facultatum ſtadium, in quo, qui ad Apoſtolicum munus vocantur, & mittuntur, apud Capuccinos præexercentur, recenſet Præambulus

Num. I.

Euangelicarum virtutum religioſę perfectionis palęſtram, in qua, qui ad Apoſtolandum egrediuntur, prius aſſiduè exercentur, recenſet Prę ambulus

Num. II.

A qua Religionis Prouincia, oriundi pariter & culus conditionis proſapia prognati, nec non quibus eruditionis, dignitatis, virtutis, vel excellentiæ gradibus inſigniti ad Apoſtolandum mittantur Capuccini, indicat Prę ambulus

Num. III.

Calculus Primus.

Communis

Adm. RR. PP. Silueſtri à Monteleone, Hieronymi à Sorbo, item alterius Hieronymi à Caſtroferetrorum Generalium: Gabrielis autem Caſalenſis Prouincialis, ab Ann. 1596. ad ann. 1605.

Calculus Secundus.

Communis

Adm. RR. PP. Pauli Cęsenatis Ministri, & Hieronymi à Castroferretorum Procuratoris Generalium, ab Ann. 1613. ad ann. 1621.

Calculus Tertius.

Communis.

Adm. RR. PP. Clementis Nętini, Antonij Mutinensis Generalium, Francisci verò Ianuensis Ordinis Procuratoris, ab ann. 1633. ad ann. 1636.

Calculus Quartus.

Communis.

Adm RR. PP. Ioannis à Montecalerio Ministri, & Fęliciani à Placentia Procuratoris Ordinis Generalium, ab ann. 1637. ad ann. 1643.

Appendix Prima

Fratris Gabrielis Calalensis Ianuensis Prouincię Prouincialis Ministri semel, & iterum.

Appendix Secunda

Fr. Zachariæ Manarolensis Ianuensis Prouincię Prouincialis.

Calculus Quintus.

Communis.

Adm. RR. PP. Innocentij à Calarayerone, Fortunati à Cadoro, Simpliciani à Mediolano, & Marci Antonij à Carpinedulo Generalium, & Ordinis Procuratorum, ab anno 1643. ad ann. 1658.

RELIGIONIS CAPVCCINÆ PRÆSVLES, AC PATRES MINISTRI, ET PROCVRATORES GENERALES, NECNON PROVINCIALES

Quæ,& qualia pro Capuccinorum Apostololatu in Subalpinis fundando,conseruando, & exercendo, ac promouendo præstiterint.

RATIOCINIVM SEXTVM.

Præambuli Numeri Tres.

Humanarum, Theologicarumq; facultatum stadium, in quo, qui ad Apostolicum munus vocantur, & mittuntur, apud Capuccinos præexercentur, recenset Præambulus

Num. I.

EX quo stadio, ideſt scientiarum naturalium, & transnaturalium studio, exercitio, & consummato curriculo euocentur, qui ad Apostolicum munus administrandum electi egrediuntur Fratres Minores Capuccini, ex mox dandis municipalibus Statutis, & inuiolabiliter obseruatis Constitutionibus liquidò constabit Patres igitur, & Religionis Capuccinæ Præsules in constitutis sanctionibus generalibus, futuris Sacris declamatoribus, quæ sequuntur litterarias exercitationes subeundas, & percurrendas præscribunt: *Logica, & Physiophia saltem per tres annos legantur, Theologia verò per quatuor continuos annos: legatur autem Seraphici Doctoris Sancti Bonauenturæ, vel Angelici Doctoris Sancti Thomæ doctrina. Et in studio quidem studiosi solitas efficiant exercitationes. Patres Prouinciales omni studio incumbant peruigilantes; vt Lectores sedulò, & diligenter suum legendi perfungantur munere. In fine cuiuscumq; anni, quo studijs operam dederint à PP. Prouinciali, & Definitoribus, & Lectoribus certa materias, quibus illo anno studium manauerint, examinentur. in Theologia volumus; vt vtroque, verboq; tenus legatur, vt studiosi textus Seraphicæque Sancti Bonauenturæ doctrinæ, aut Angelici Doctoris Sancti Thomæ intelligentiam melius assequi valeant. Quamuis etiam celebriores difficultates, & quæstiones, quæ ex Sanctorum Doctorum textu satis superq; exhauriri non possunt, in scriptis sint digerendæ. Studiosis cuiuscumque facultas non desit; nisi per septennium expletum studijs operam dederint. Et quoniam Regula (cap. 9.) præceptum est; vt studiosi, antequam ad prædicationis officium assumantur, à Generali Ministro examinentur, hoc autem, si ipse per se præstare nequeat, suæ istius muneris partes tribus, aut quatuor Patribus idoneis, & Patri Lectori gerendas mandare debebit: vtique vt circa studiorum Sacræ Theologiæ finem illos diligenter examinent, & cum examinati fuerint, secreta suffragia de illis ferant: illos qui maiorem suffragiorum partem exegerint approbantes; & deinde omnes simul examinatores fidem cum iureiurando firmatam circa illorum mores faciant: nihil sibi secundum proprium*

Exercitia Scholastica Capuccinis professis subeunda.

Constit. Capuccinor. 9.

Meditur cum. 9. & tum sequentibus testimonijs

cum scien-

conſcientiarum iudicium, cuius cauſa ad prædicationis officium admitti aequeant, ia contrarium conſtare. Et PP. Lectores ſimiliter ſeorſum Fidem eisdem ſuo iuramento confirmatam faciant, coſdem ſtudioſas ſtudijs operam per ſeptennium exp letum, & abſolutum dediſſe, & omnes Thyloſophiæ, & Theologiæ neceſſarias materias audiuiſſe. Concionatoribus iuſuper præcipitur; ne in ſuis concionibus nugas, & ineptias, vel poeticas, quæſtiones tenuies, & opiniones ſapernacaneas, curioſas doctrinas, argutias, & ſubtilitates à paucis perceptas, & intellectas inferant: ſed Sanctiſs. Præcurſoris Ioannis Baptiſtæ exempla, vocc alta, & ardenti prædicent. Pœnitentiam agite appropinquauit enim Regnum Cælorum. & cum Apoſtolo Paulo Chriſtum Crucifixum. & vt auctor Seraphicus Pa er Franciſcus admones, & hortatur: annuntient vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam cum breuitate ſermonis, allegantes cum primis Chriſtum, cuius auctoritas cunctis Mundi perſonis, & rationibus præſtat, & Sacram Scripturam, ac ſubinde Apoſtolicas, & Eccleſiaſticas traditiones, Sacra Concilia, & Sacros Doctores in medium proferentes. Quoniam verò qui Chriſtum vita librum legere, & imitari neſciut; doctrinam, quam prædicare paſſit, non habet; ideirco Concionatoribus, vt illi operam nauent, in qua ſunt omnes Diuinæ ſapientiæ, & ſcientiæ theſauri, præcipitur; ne multas ſecũ libros deferãt: ſtatuimus vt in omnibus noſtris Monaſterijs ſit locus medi acres, in quo S. Scripturæ, denoti ſanctiq; doctores, & alij neceſſarij libri habeantur. Ex quibus ſupra relatis, nõnullisq; aliis breuitatis cauſa ſtudioſè prætermiſſis regularibus noſtris ſanctionibus cõſtat; quod Capucciuorũ nullus ad Euãgelizãdũ, aut Apoſtolandum egreditur, quin prius per completum ſeptennium in litterarijs Academijs Phyloſophicis, ac Theologicis congreſſionibus bis in die poſitiuè, & priuatè, ſcholaſticè autem ſemel in hebomade, publicè verò Cathedram ſuſtinendo, vel arguendo frequenter per annum, Infallibiliter exercitatus, & probatus fuerit: per Dialecticæ, Phyſicæ, Methaphyſicæ, ac Theologicæ facultatum palæſtras laborioſiùs percurrẽtes proſelyti; vt tãdẽ iuremerito Magiſtralẽ laureã à Generali Miniſtro delatam publicè poſt accuratiorem, & exactiorem examinationem aſſequantur. Theologicis poſtmodum, & Scholaſticis aplcibus expediti, poſitiuæ, ac Moralis Theologiæ aſſiduam operam nauare aggrediuntur, quam poſtea per totum religioſæ vitæ curriculum reliquum proſequuntur, concionando, docendo, catechizando, & Sacramenta adminiſtrando. Hactenus de iure communi Religionis vniuerſæ, modò vero de ſpeciali noſtræ Pedemontanæ Prouinciæ domeſtico ſtatuto apponendum: quod Fr. Ioannes Maria Nettinus, olim noſtræ Congregationis Generalis Miniſter, cum huius Prouinciæ viſitationi inſiſteret anno 1628. prouidereret, quot, & quales aduerſus Hereticos Caluiniſtas, & Lutheranos Miſſiones Pedemontani Capuccini religioſi pugiles adminiſtrarent; ſuis in Subalpinæ huic noſtræ Prouinciæ ſtatutis, & exhibitis ordinationibus præcepit; vt Theologicæ facultatis Prælectores, quatuor Sententiarum libris explicatis, connectoque ſcholaſticæ eruditionis curſu conſummato, rurſus per integrum adhuc annum Sacræ Theologiæ candidatis aduerſus Neotericorum Hæreſiarcharum erronea excogitata placita, errores, & impietates controuerſiarum dogmata à Catholicis Doctoribus, ſignanter noſtro Pat. Zacharia Bonerio Salutienſi tradita, & edita proponerent, atque exponerent; vnde inſtructiores, & apriores milites, & athletæ contra ſpurios Philiſtæos ad pugnam procederent. Quibus omnibus conſideratis, & æqua lance ponderatis, nulli incongruum, ſiue Minoriæ profeſſæ ſubiectioni, atque humilitati diſſonum videbitur: ſi nos Fratres Minores Capuccini reliquis omnibus religioſis concionatoribus, & confeſſoribus iniunctum examinationis onus ſubire omninò detrectamus, & abſolute reluctamur. Regularibus namque, & Canonicis iumbus edocti, directi, & inſſultl inutilis examinis lugum reijcimus. A Chriſto enim dictata, & à Seraphico Patriarcha Franciſco excepta, ab Honorio III Romano Pontifice approbata, à Clemente V. in corpus Canonicum iure relata Minorica Regula, cap. 9. ſic præſcribit; *Nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro Generali huius fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eiſdẽ officium prædicationis fuerit conceſſum.* Cui Regulæ Minorum ſtatuto Oecumenicorum Conciliorum generales Canones conformãtur: Concilij namque Lateranenſis Vltimi ſub Leone X Seſſio XI. à Tridentino Concilio Seſſ. V. de reformat. Cap. 1 I. renouata aſſerit: *Regulares verò cuiuſcumq; Ordinis, niſi à juris Superioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Eccleſijs ſuorum Ordinum prædicare nõ poſſint: cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant: in Eccleſijs verò quæ ſuorum Ordinum non ſunt ſolũmodo licentiam ſuorum Superiorum, etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur; ſine qua in ipſis Eccleſijs non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſint.*

Concionum materia qualis.

Matth. c 3.

Speciale Decretum perlegendi per annum dogmata aduersus Hæreſes.

Quare Capuccini Concionatores ab Ordinar. examinari ſibi reſpuunt.

Regula Fratrum Minorum c. 9.

Concilia Lateranẽſ. Sſſ. XI Trident. Sſſ. V. c. II.

Euange-

Euangelicarum virtutum religiosam perfectionis palæstram, in qua, qui ad Apostolandum egrediuntur, assidue prius exercentur, recensęt Præambulus.

Num. II.

VLtra intellectuales virtutes, alterum, immò præcipuum, & primum, ac peculiare, quod Religionis nostræ Patres, ac Præsules, ad Apostolicum opus destinandis, & assumendis studium proponant, imò præcipiunt, est moralium, & religiosarum pariter, & Euangelicarum cunctarum virtutum studium, siue perenne exercitium, sicuti ex statutorum nostrorum mox describendis ordinationibus legenti constare valebit: *Ad studium à Patre Prouinciali Ministro, & PP. Diffinitoribus in Prouinciali Capitula, aut à Patre Generali illis dumtaxat Fratres promouendantur, quos ipsi Patres feruenti charitate præditos, laudatis moribus causpicuas, ne laudata vita præstantes esse, nouerint: & qui præterea ad discendum adeo sint apti, & idonei, vt deinceps in dama Domus vita, & doctrina vtiles, ac fructuosi possint esse. Atq; idcirco cum nouum aliquod studium instituendum fuerit; à Patribus in Prouinciali Capitulo diligens probitatis, & habilitatis inuentum ad studium promouendorum perquisitio fiat. In qua quidem re Patrum conscientiam graviter aueramus si in re tanti ponderis, & momenti, à qua animum boni, vel mali in religionem redundas, personorum acceptationes fuerint. Porrò autem studiosi sentiam quæ inflat, & in superbiam effert, adipisci minimè curent, sed sibi cum primis cauciliare studeant illuminantem, & inflammantem Christi charitatem, quæ animas vinificat, & humiliat: & no vnquam in litterario studia adeò se ingurgitent, vt illius causa orationis studium præsermittant, quinimmò vt Domini nostri Iesu Christi spiritum melius consequi valeant; tàm Lectores, quàm studiosi enitantur, spiritui magis, quam litteris studium nauare. Veiq; quod sine spiritu verus sensus non acquiritur, sed simplex dumtaxat littera, quæ excæcat, atq; occidit. Quapropter omnibus studiosis præcipitur; vt ad Matutinum, & ad reliquos omnes Canonicas horas, & ad orationem in Chorum conueniant. Illi ergo qui ad studium promoti fuerint, comite secum sancta paupertate, per regiam viam quæ ad Cœlum ducit, nempè sanctam humilitatem, semper tendere contendant. Peracto autem Theologiæ cursu, studiosi ad prædicationis officium promoueri poterunt, non tamen prius quàm à Rev. Pat. Generali (vt præcipitur in nostra Regula) examinati fuerint, & approbati, & nisi itidem antea, iuxta Trident. Concilij Decretum, & falsis memoriæ Pij Papæ IV. Constitut. Fidei professionem fecerint. Nulli porro huiusmodi ministerium contendatur, nisi vita, sanctaq; virtutis exemplis, & alijs ædificationi futuris esse, grauis, & matura claruere iudicio, & fari, atq; ardenti vigere voluntate, cognoscatur: Cum scientia, & eloquentia absq; charitate non adificet, quinimmò & frequenter destruat, & eius prædicatio facilè contemnatur (vt in qua S. Gregorius) cuius vita despicitur. Caueant Prædicatores à vana, & curiosa nimia, & supernacanea verborum elaboratione, & oleganti cultu, & ornatu, nudum Crucifixum minimè decente, sed verbis nudis, puris, simplicibus, & humilibus, charitate nihilominus refectis, ardentibus, ac diuinis vtantur. Atq; idcirco Concionatores cohortamur; vt totis viribus contendant sibi in corda Christum Iesum imprimere, & pacificam sui illi tradere possessionem, vt deinde ex amaris redundantia ille sit, qui eos laqui faciat, Pauli electionis vasis, & Gentium Doctoris maro, qui non in sublimitate sermonis, humanæq; sapientiæ, sed in virtute Spiritus Sancti prædicabat: nec audebat aliquid loqui eorum, quæ per seipsum non efficeret Christus: quemadmodum etiam ipse Christus perfectissimus Magister, non solum doctrina, sed etiam operibus docuit, & ipse sunt magni in Regno Cœlorum, qui prius faciunt, & aperuerint, & docuerit prædicant, & alios docent. Quapropter felic. mem. Clemen. VIII. Decretis inhærentes statuimus, & præcipimus; vt Concionatores Sacri, cum in prædicationis munere alijs non fuerint occupati, in Chorum ad omnes horas Canonicas, & ad statutas orationes conueniant, & communem vitam cum reliquis Fratribus agant: qui antè prædicando Quadragesimæ tempore seiunarò, cibosq; quadragesimalibus vesci nequiuerint nullo modo conciones habere permittantur. Et præomnibus insuper ab omni auaritiæ specie caueant, vt liberè, & sincere Christum prædicantes, vberiores fructus referant, ac reportent. Et ne alijs prædicantes, ipsi reprobi efficiantur; dimittant aliquanda populorum frequentiam, & ad solitudinem reuertantur, & cum dulcissima Saluatore ad sancta orationis, & contemplationis montem ascendant, ibiq; tandiù maneant, quòad Deo pleni, Spiritus Sancti impetus illos rursum ad Domum gratias in munda diffundendas excitet, & impellat, Ententes, vt tamquam Seraphini Diuino inflammentur amore, vt hac ipsi apprimè calentes, alios deinceps calefacere valeant: atq; ita facientes, & modo quidem Marthæ Ministerium subeuntes, modo Mariæ silentio vacantes, Christum in vita mixta sequantur.*

Constitut. Capuccinor. cap. 9.

Conditiones promouendo-rũ ad studiũ.

Orationis studium cæteris anteponendum.

Cõcil. Trid. sess. 24 de Reformat. P. j Pap. IV. constit. 12 & 14.

Quales esse conueniat prædicatores. D. Gregor. Papa Hom. 12 in Euangel.

Admonitio memorabilis

Silẽtiũ cõtẽplatio opportunè inuadatur.

A qua Religionis Prouincia oriundi, pariter & cuius conditionis prosapia prognati, necnon quibus eruditionis, dignitatis, virtutis, vel excellentiæ gradibus insigniti, ad Apostolandum mittantur Capuccini, indicat Præambulus.

Num. III.

VNa ex antiquioribus Capuccinæ Religionis Ianuensis Prouincia enumerata, à Tusciæ conterminis ad vsq; confines Insubriæ, & Padi fluminis crepidines distenta, Alexandrinum tractum, & Dertonensem agrum, Pedemontanum totum Principatum, & Nicien sem Comitatum, simul & superam, arq; infetam, Maritimamq; Liguriam, ideſt vniuersum Ianuensis Reipublicæ Dominium, cum Montisferrati Marchionatu intra suos ampliores terminos includebat à principio: verùm exerescente populorum religione, non religiosi solummodò homines; sed & religiosorum Cœnobia passim per has Cisalpinas regiones multiplicabantur. Cum igitur Pedemontanis vicinioribus his nostris in Oppidis, Pagis, & Italicis plagis iàm iàm ad congruum, & sufficientem numerum constructa Capuccinis Monastetia per Vrbes insigniores, & opulentiores per Villas passim conspicerentur, & inuenirentur, maiorq; iamptidem tota in Prouinciæ latitudine Conventuum numerus computaretur; quàm vt ad Constitutionum præscriptum Prouincialis Minister semel, & iterum in anno consuetam visitationem perficere valeret: Carolo Emmanuele I. Sabaudiæ Duce expostulante, Paulo V. Romano Pontifice annuente, Clemens Netinus Generalis Capuccinorũ Minister, per emissum Fr. Ioannem Venetum Visitatorem, à reliquis pluribus totius Ianuensis Prouinciæ, solitus Subalpini Principis vniuersæ dominationis segregatos Conventus vnam in Pedemontanam Prouinciam à Ianuensi discretam, & distinctam constituit, & computauit, sub peculiari suo & regimine, & Ministro, Anno Domini decimonono extra sexcentos, & mille, in Prouinciali Capitulo Papiæ congregato. Tàm igitur ante, quàm post Prouinciarum diulsionem, ac separationem primiores, insigniores, & præclariores, immò vniuersi Apostolici operatores aduersus irruentes Ecclesiastici Regni perduelles ad Subalpinas Conualles missi ex sola Ianuensi, postea Pedemontana Prouincia sunt vocati, electi, segregati, & destinati à Religionis nostræ Præsulibus, & Patribus tàm Generalibus, quàm Prouincialibus, idq; rationabilibus de causis adducti.

Ianuensis Prouinciæ Amplitudo.

Diuisio, & constitutio Pedemontanæ Capuccinorũ Prouinciæ

Ann. Chri. 1619.

Missionarij ex sola propria Prouincia electi sunt, & eligendi.

Primò. Quia sicut alienigenæ Caluinistæ, nempè Galli, Lutherani scilicèt Theutones, ne dicam Vualdenses Lugdunenses, Albigenenses Narbonenses, Libertini Picardi Ecclesiasticum Italicum Regnum per has Subalpinas oras aggredientes, & inuadentes, expugnare enixi sunt; ita & fideles indigenæ Cisalpini populi, signanter religiosi, & Capuccini inuasoribus prætecensitis vniuersis obuiantes, occurrentes, & resistentes, Italicam Ecclesiæ regiam propugnare perpetuò conati sunt, & imposterum conabuntur: Patriæ Principatus, & propriæ Prouincialis Ecclesiæ zelo impulsi, vltra Diuini honoris zelotypiam. Quod ex nostris priores, & primarij antagonistæ strenuè præstiterunt Fr. Valerianus Berna Patricius Pinerolien sis, Frater Mauritius Murren sis accrimus scholasticus, & Fr. Philippus à Pancalerio Theologus eximius, cum alijs.

Acerrimè pro patria Ecclesia pugnãt

Secundò. Quia Comprouinciales, & Conterranei homines regionum, & locorum situ, & conditione visuali experientia perspectis, quotidiana pariter conuersatione, siue opportuna conterminorum oppidanorum communicatione edocti, accolarum, & comprouincialium, siue conterraneorum naturam, indolem, genium, moresq; ac tandem vulgare, ac maternum regionis idioma peroptimè callent: vnde domesticè magis conuenientes, ac congredientes, tamquam medici experti, & instructiores congruentiora alexipharmaca, vel familiariora, aptioraq, antidota sibi bene notis ægrotis applicare valebunt, communi victu, & ritu, vulgariq; viuendi methodo cum illis perutentes.

Notitia experimẽtalis plurimũ confert

Tertio. Quia Apostolici Operarij à propria illa Prouincia oriundi cum fuerint, vt in plurimùm (vt infra dicetur) ex nobilioribus, seu saltem ex opulentioribus tegionis familijs in sæculo exorti, consanguineos, affines q; ditiores, opibusq; abundantiores habent, vnde in necessitatibus, & indigentijs, seù propriis, seù communibus propinquorum, & agnatorum elargitionibus, subsidijs, subuentionibus, operatione, protectione, patrocinio, cooperatione fruuntur in profectum, & augmentum fidei, in Apostolici Ministerij præsidium, in Ecclesiæ restaurationem, siuè etiam in materialem Templorum ædificationem, ornatum, &

Conterranei propinquorũ subsidio fruũtur.

repa-

& reparationem, siuè tandem indigentium proximorum subuentionem.

Quartò. Conterranei cum affines, consanguineos, amicos, & patronos plures, & tuteclares sibi beneuolos comptent Patritios, Quiritesq; regionis, immò Magistratuum Præsides, Senatus conscriptos Patres, & Regios Ministros, quinimmò apud Princeipes, Duces, & Reges plurimùm valentes Equites, ac Dynastas, militiæ Magistros, & vectigalium Præfectos; à temporali Dominatione, & Sæculari Foro nullo negotio edicta, rescripta, sanctiones, prouisiones obtinent, protectiones, patrocinia validioris brachij, opportuna subsidia, & congrua auxilia reportant. Ann. Chri. 1639.

Necessariæ prouisiones à Magistratib. facilius reportant domestici.

Quinto Prælatis, Principibus, Magistratibus, Populis, nempè Clero, & sæculo iamdiù diuturniori experimentali notitia cogniti, clari, & venerabiles cum appareant; eorum postulationes, & in Ecclesiastici regni promotionem petitiones coram vtraq; potestate rationabiliores videntur, vnde & facilius exaudiuntur, & plenius energeticis quotidianis consulitur, & occurritur.

Quo cogniti facilius exaudiuntur.

Sextò. Tandem rum vitæ sanctimonia, cum conuersationis integritate, tum eminentioris doctrinæ eruditione, tum rerum gerendarum prudentia, tum diuturniori præclarè administrata Prælatione, iamdiù apud domesticos, & exteros celebres, & præclari cum præfulgeant; eorum dicta quasi dogmata, eorumq; monita tamquam oracula à populis exaudiuntur, & excipiuntur admonitiones, exhortationes, immò etiam increpationes, & asperiores oblurgationes humiliter recipiuntur: vtpotè à religiosis, & præclarissimis viris, rerum vsu peritissimis, prudentia, doctrina, exemplis, æstimatione, & communi veneratione conspicuis, quibus auscultant omnes, procedentes.

Tamquam venerabiles agniti, auctoritatiuè, & efficaciùs monent.

Ad hoc igitur plenius, & perfectiùs in profectum fidei assequendum, consueuerunt ij, quibus mittendorũ, & ad Apostolicũ munus destinandorũ religiosorũ vocandi, & eligendi competit, & incumbit onus, & potestas, religionis Patres à principio ex Pedemontanæ Prouinciæ Capuccinorum Theologorum, & Concionatorum copioso cętu eos seligere, vocare, & præsentare, qui vel generis nobilitate, vel ingenij excellentia, vel litteraturæ sublimitate, vel exercitæ Prælationis eminentia cum mnrum integritate, atq; laudabilioris, seù sanctioris vitæ æstimatione cęteris præfulgerent: vnde vniuersi, qui in Ecclesiasticis Castris militantes, Stationarij, Idest Missionarij munus exercuerunt, intra religiosa claustra vel Guardiani, vel Magistri Nouitiorum, vel scientiarum Lectoris, & professoris, vel Diffinitoris, seu Prouincialis, aut Diffinitoris Generalis, vel tandem Supremi Ministri Generalis onera vel singillatim, vel copulatim plura, aut omnia laudabiliter apud suos sustinuerunt, cuncti sacri Oratores, & insignes Declamatores, Theologi, & eruditissimi Scholastici existentes in nostra Pedemontana Prouincia, imò in Capuccina rota Congregatione: cuius supremi Præsules, & Patres Subalpinis his nostris Missionibus perpetuò fauere consueuerunt, vt liquidò satis ex mox describendis constabit.

Insigniores ad Apostolicum opus eligũtur.

CALCVLVS PRIMVS

Admod. RR. PP. SILVESTRI à MONTELEONE, HIERONYMI à SORBO, item alterius HIERONYMI a CASTRO-FERETORVM Generalium: GABRIELIS autem CASALENSIS, Prouincialis ab anno 1595. ad ann. 1605.

I. Ann. Chri. 1593.

DEcimus quintus nostri Ordinis Generalis Minister Adm. Reu. Pater Siluester Hipponas, siue à Monteleone Calaber, nonagesimo tertio extra millesimum quingentesimum anno Romæ electus, suæ visitationis expleto triennio, à Gallia in Italiam regrediebatur: suæ autem in regressionis itinere tunc quidem Tarruti apud nostros hospitabatur, quando à Fratre Valeriano à Pinerolio peracta ab Hæreticis occupatorum Vallium Petruxiæ, & Sancti Martini perlustratione, Parœciarum contuminata recuperatione, Apostolici Ministerij Iralicis his in oris constituendi negotium coram Romana Curia, & Pedemontano Duce ab Apostolicæ Sedis Nuntio, & Taurinensi Archiepiscopo agitabatur. Perficiendo igitur pio & Prætulum, & Principis proposito de Capuccinorum Missione pro Vallium reductione instituenda opportunus cum adfuisset Capuccinæ Religionis Generalis Minister; à Reuerdndissimis Nuntio, & Archiepiscopo, necnon à religiosissimo Duce de excogitato necessario opere admonitus, & interpellatus, suos quoq; calculos prædispositę Euangelicorum Operariorum Missione

ipse addidit, atq; ex templo Fr. Ff. Valeriano Pinerolienſi, & Mauritio Murrenſi peritioribus, & prudentioribus, ſimul & perfectioribus ſacris Capuccinis declamatoribus, pro Apoſtolico onere ſubeundo, fundando, & exercendo, ſuas obedientiales litteras dedit, atq; ad viriliter in ſuſcepto munere eniteudo, & coliaborando eos eſt efficaciter adhortatus, dans illis in mandatis, vt proxima futura Quadrageſima noui anni milieſimi quingenteſimi nonageſimi ſexti, ſacris ferueutioribus concionibus habendis ſuæ Miſſionis exordirentur, & ſtatuerent primordia: Fr. Valerianus in Perreriana, Fr. autem Mauritius in Petruxina Conuallibus, quod illi fideliter præſtiterunt. Litteras obedientiales binis prioribus Apoſt. Operarijs dat, & mittit. Ann. Chr. 1596.

Admod. Reu. P. F. Hieronymo à Sorbo Neapolitano Romę ānoeſi mille & quingētis nonageſimoſexto, tenūriato decimoſexto Capuccinæ Cōg. Miniſtro Gen. in Religionis eōſueta viſitatione occupato Reuerēdiis. Dom. Archiepiſcopus Carolus Brolia Taurinenſis poſtulatorias, & deprecatorias ſuas litteras dedit; vt Fratre Mauritio Murrenſi Capuccino Concionatore, Apoſtolico miniſterio in Vallibus incumbente, pro earumdem Vallium paſtorali perluſtratione plenius perficienda, obſequioſo eomire, & Theologo ſibi peruti liceret: cui poſtulanti benigniſſimè ille annuens, per humillimam reſpontalem epiſtolam, patiter & Fratri Mauritio obedientiales exaratas litteras plenariè ſatisfecit. II. Pr. Mauritiū Murrenſē ad Reu. Archiepiſcopo mittendū deſtinat. Ann. Chr. 1590.

Anno poſtmodùm quingenteſimo cum milieſimo, & nonageſimo nono, decimus ſeptimus noſtræ Religionis Generalis Miniſter itidem Romæ creatur Frater Hieronymus à Caſtroferetorum: cuni Clemens VIII. tunc Supremus Hierarcha Fr Mauritium Murrenſem Capuccinum eruditiſſimum ſcholaſticum aduerſus Gebennenſes Tononum per litteras Eminentiſſimorum Cardinalium Sanctæ Seueriuæ, & Burgheſij mittere decreuiſſet; ille Pontificis placitis vt obſequeretur; obedientiæ amplioris diploma eidem Fratri Mauritio tranſmiſit, atq; ad Pontificalia peragenda iuſſa religioſum ſuum alumnum direxit, & roborauit. III. Eūdē Fratrē Mauritiū Tononū mittit.

APPENDIX PECVLIARIS

Fr. GABRIELIS CASALENSIS, Ianuenſis Prouinciæ Prouincialis Miniſter ſemel, & iterum.

NOſtrorum apud Subalpinos exoriente Apoſtolica Miſſione, Ianuenſem Capuccinorum Prouinciam (cui tunc Pedemontana copulabatur) moderabatur Fr. Gabriel Caſalenſis ſingulari virę ſanctimonia, non vulgari eruditione, regularis obſeruantiæ exactiori zeio, & eximiæ prudentiæ maturitate præclarus, religioſiſſimuſq; vir: qui per litteras de noua in Pedemontanis Miſſionis propoſita inſtitutione, admonitus; expeditus, & volucer Taurinum aduocatus aecurrit, & coram Reuerendiſſimis Taurinenſibus Nuntio, pariter & Archiepiſcopo religioſorum Theologorum Ieſuitarum, Capuccinorum, & aliorum habitę Congregationi pro ſuo Prouinciali munere interfuit: pro reductione etrarium Interalpinorum Vallicolarum fundandas Ieſuitarum, & Capuccinorum Miſſiones approbauit, ſuoſq; fratres, filios, & ſubditos emittendos aeceptanit, obtulit, & ſtrenuiſſimos tergeminos Operarios primarios Fr. Ff. Vaierianum à Pinerolio, Mauritium à Murra, & Philippum à Pancalerio ex templo aſſignauit, aſſignatoſq; ad Valles Petruxiæ, & San-Martini deſtinatos, ſuis obedientialibus litteris, & paterna benedictione præmunitos aſſociauit, & amandanit. I. Propoſitas priorū Miſſiones approbauit, & patres deſtinauit.

Vix priori à primorum Apoſtolicorum Pugilum emiſſione expleta olympiade ob furentia inter Ciſalpinos, & Tranſalpinos Gallos Martialia diſſidia, & inſuperabilia multa, in quę quoridie incidebant impedimenta, & aduerſantia diſcrimina, Prouinciæ Ianuenſis Patres Prouinciales, & Diffinitores, qui apud Capuccinos regularis regimiuis gubernacula poſſidebant, à quadriennio iàm emiſſos ſuos alumnos Miſſionarios ad clauſtra reuocare voluerunt, anno primo ſæculi ſeptimidecimi: Monſregalenſi, Cunienſi, Salutienſi, & Pinerolienſi Guardianis, & Concionatoribus Miſtionum Eccleſias, & fideles per opportuna tempora inuiſendi, viſitandi, confirmandi, & inſtruendi cura demandata. Suſpenſionis igitur, & Apoſtolatus ceſſationis breui elapſa temporis intercapedine, ſuperueniens Taurinum nouus Reuerendiſs Nuntius Tartarinus, de mandato Sanctiſſimi, Capuccinos Stationarios antiquis Cuſtodijs Conuallium reſtituit: cui nequaquam reſtirerunt Prouinciales Patres, immò poſtuianri poſtulatos Theologos, & Sacros Oratores & numero, & merito ſuffieientes libenter eoneeſſerunt, & aſſignauerunt. Rurſus verò eum nondum complera altera, nempè Initiati eiuſdem ſeculi olympiade Ciemens VIII. & ſuæ naturaiis vitę, pariter & Pontificalis adminiſtrationis curſum laudabiliter eonſummaſſet; regulares Prouinciæ Capucci ni Preſules, II. Ann. Chr. 1601. Reſtituendi Miſſionibus cooperatur Ann. Chr. 1605.

ob mendicitatis dispensationem, & ab Apostolica Sede ordinariam assignatam pecuniariam Euangelicis Operarijs subuentionem, & alimoniam, Minoricę professæ paupertati tinentes, sibiq; propterea, & suis religiosis consulentes, eos ab Ecclesiastica militia ad regularia exercitia retraxerunt. Vix autem Capuccini Excubitores à Sacris Ecclesiasticis Excubijs retracti recesserant; cum iterum ad assignatas olim Apostolicas Custodias reuocatos remittere iuber de recenti ad Apostolicum apicem assumptus Paulus V Pontifex Max. anno quinto post sexcentos & mille: de Generalibus Comitijs Romæ celebratis reuertenti Ianuensis Prouinciæ Prouinciali Ministro specialibus dans in mandaris; vt ad hæretica phrenesi laborantes Subalpinas Valles subractos Apostolicos Operarios, iuxta Taurinensis sui Nuntij nutus, & placita, remittat.

Ann. Chri. 1605.

III. Fr. igitur Gabriel Casalensis, qui post triennij cessationem à prima Proninciæ administratione iterum electus Prouincialis, gubernationis clauum dirigendum acceperat, vt Summi Pontificis iussis adamussim obtemperaret, per litteras admonitus Taurinum versus celeres suos dirigit gressus: dum igitur Reuerendiis. Taurinēs. Nuntij mandata excepturus, atque executurus festinus properaret; Alexandriam Lombardiæ perueniens, tertianam in febrim incidit, qua in lectulo detentus, plures per dies propositum iter perficere non valuit: verùm quia pro restituendo Euāgelico opere, & operarijs remittendis instanter solicitabat prærecensitus Dom. Nunrius, vt perurgentia Pontificia mandata exeqneretur Fr. Gabriel Prouincialis Minister prudenti excogitato consilio, dum ægritudine impedirus Alexandriæ ipse decumbit, Alexandrini Connentus Guardianum, virum & doctrina, & prudentia, & rerum gerendarum experientia, non minus quam regularis obseruantiæ zelo insignem, suas vices Vicarias ad hoc gerentem delegare, & ante se destinare decreuit: sicuti autem decreuerat, ita effecit, & Fr. Michaelem à Ianua Guardianum præfatum obedientiali apographo nominatis Concionatoribus, & Sacerdotibus Patribus assinciatum, cum credentiali Reuerendiis Nuntio directa epistola Taurinum præmisit.

Infirmitate detentus per delegatum Vicarium Missionibus prouidet.

I

IV. Dū igitur delegatus Fr. Michael Pedemontiū sextili mēse appulsus, cotā Prælulibus Tausini comparēdo, & electos, ac nominatos Capuccinos Vigiles præsentando, præsentatos autem, & à Reuerendiis. Nuntio accepratos, pariter & approbatos, necnon ab Episcopis admissis sacris in sibi destinaris Excubijs collocando, cunctosq; Stationarios visitando demandatum munus solicitè, & diligenter exequitur in Subalpinis plagis; Minister Prouincialis Fr. Gabriel Casalensis in Alexandrina Ciuitate ab ægritudine conualescens, pristinis viribus restituitur: vnde intermissum iter arripiens ad Cisalpinos & ipse, circa Octnbris mensis initia, peruenies, prudentiorum, & rerum vsu peritorum Patrum Conuentum, & Congregationem in nostro Carmagnoliæ Monasterio congreganit, coramque congregaris iterum Capuceinis, de mandato Pontificis reassumendarum Missionum negotium proponit, atque de congruentiori, ac turinri, seù expedientiori modo consilium, & congregatorum sententiam inquirit: qua audita, perspecta, & examinata, de adstantium seniorum Patrum placiro, & consensu, saluberrimas edidit, simul & mittendis ad Apostolicum munus religiosis Pugilibus admonitiones tradidit obseruandas, quas nos in directorio damus.

APPENDIX SECVNDA.

I. iii

ANimaduertendum hic pariter, & admonendum censeo, quòd licèt ad Euāgelicum opus mittendorum Concionatorum, ac Theologorum prima vocatio, electio, atque præsentatio à Generali nostræ Capuccinorum Congregationis Ministro Adm. Reu. Patre Siluestro à Monteleone facta legatur, primaria in Subalpini Apostolatus institutione; ab illa die nihilominus ad præsentia hęc tempora vsque, de sensu, consensu, & beneplacito, ac permissione, necnon concessione, ne dicam ordinatione Romanæ Curię, & Supremi Pontificis, Ianuensis olim, modo Pedemontanæ nostræ Prouinciæ Prælules, & ordinarij Patres Prouincialis, & Diffinitores in Capirulis, seu Congregationibus ad Apostolicum opus emittendos Sacros Oratores, & scholasticos, siue Sacerdotes suos subditos eligere, vocare, nominare, & destinare, electos autem, vocaros, nominaros, & destinatos Reuerendiis. Taurinensi Nuntio præsentare, & oblatos rursus ab illo approbatos, simulq; & illos per Episcopos admissos, à seq; semel emissos iterum reuocare, mutare, vel transferre, prout sibi in Domino melùs expedire videtur, liberè conuenerunt. Quinimmò ipsa Sacra Congregatio De Propaganda Fide non mittendorum duntaxat prouisionem, sed & Præfectorum etiam electionem Religionis Patribus committere voluit, vt vetusta ipsa praxis restatur, & pro in Bolij Villari constituenda Missione Sacræ eiusdem Congregationis litteræ, apud

Admonitio.

Cadralij Missionem fundat F. Zacharias Provincialis.

nos reseruatæ contestantur. Fr. igitur Zacharias Manarolienſis Prouincialis officio fungens, ad interpellationem Reuerendiſſimor. Epiſcoporum Salutienſis, & Taurinenſis, & ad requiſitionem Reuerendiſs. Petri Franciſci Nuntij Apoſtolici, pro noua Miſſione fundanda priùs in Paduana, poſtea ad fauces Granæ Vallis in Cadralij Oppido, elegit, vocauit, nominauit, & præfecerauit Sacrum Declamatorem, & religioſum Pugilem Fr. Bernardum à Portu Mauritio, circa annum vndecimum poſt ſexcenteſimum milleſimum. Ann. Chr. 1611.

CALCVLVS SECVNDVS.

Admod. Reuerendor. PP. PAVLI CÆSENATIS *Miniſtri, &* HIERONYMI *a* CASTROFERETRORVM *Procuratoris Generalium ab anno 1613. ad ann. 1621.*

CEſſante iàm ſecundò à Generalatus miniſterio Fr. Hieronymo à Caſtroferetrorum, in officij adminiſtratione Comitialium Patrum voto ſuffectus ſucceſſit Fr. Paulus à Ceſena facundiſſimus Sacer Orator, & prudentiſſimus regularis regiminis director, anno milleſimo ſexcenteſimo tertio decimo, quando à Sacræ Congregationis Sancti Officij Eminentiſſimis Patribus Conſcriptis, per aſſeſſorem Marcellum Filonardum, de crebriori mutatione Euangelicorum Operariorum in Miſſionibus laborantium à religioſis Præſulibus facta admonitus, per ſuas litteras Ianuenſis Prouinciæ Miniſtro Prouinciali datas, inutiliori huic frequentiæ conſulere; & occurrere ſtuduit, iuxta acceptum Eminentiſſimorum oraculum I.

Anno Chri. 1613.

Frequentiorem Operariorũ mutationẽ prohibet.

Taurinum poſtmodum pro Prouinciali perluſtratione appulſus, antiquorum Patrum olim iàm in Eccleſiaſticis caſtris, & Apoſtolica militia exercitatorum Congregationem coegit. Religioſo autem huic Sacro Conuentui non ſolus ipſe Generalis Miniſter, ſed ſimul cum eo Reuerendiſs. Taurinenſis Nuntius præeſſe, & intereſſe voluit in noſtro Capuccinorum Sanctæ Mariæ de Monte Cœnobio congregato, anno Domini ſextodecimo poſt milleſimum ſexcenteſimum. Adſtantibus igitur Venerandis PP Valeriano Pinerolienſi, Commiſſario, Philippo à Pancalerio, Stephano à Tenda, Felice à Sancta Victoria, Iſidoro à Buſcha, Ignatio, & Bartholomæo à Nicia Maritima, Romualdo à Taurino, cunctis Coapoſtolicis collegis, ac Theologis eum commilitonibus Sacerdotibus, ſingulis & omnibus Capuccinis coram Reuerendiſs. prædicto Sionenſi Epiſcopo Dom. Petro Franciſco Coſta, Nuntio ad hoc Sedis Apoſtolicæ Delegato, de noſtrarum Miſſione inſtauranda, & ſolidiùs conſtabilienda actum, & conſultum fuit: ex prudenti autem, & matura conſultatione, vniformiq; congregatorum ſenſu, & conſenſu, opportuniora ſelecta intra, vel iuxta hæreticas Conualles loca, pro fixis Stationibus, & Eccleſiaſticis Excubijs perenniter inuigilaturis, aſſignãtes, vel quondã aſſignata cõfirmãtes, antiquos de nouo Miſſionarios confirmaras per Cuſtodias diſtribuẽtes, diſtributis autẽ congruas, & opportunas prouiſiones ſpirituales, & temporales conferentes, Apoſtolicum opus in Subalpinis plagis conſtabilierunt, & firmauerunt: ſicq; religioſum Conuentum dimiſerunt. II.

Pro ſtabilitẽdis Miſſionũ immobilium locis conſulitur, & decernitur.

Ann. Chr. 1616.

Haudquaquam rurſus Apoſtolicum exercitium proprijs peculiaribus iuribus præmuniſſe contentus, quò ſui alumni, & Euangelicæ militiæ profeſſores Capuccini turiùs, & inoffenſo pede commiſſum ſibi perdifficile miniſterium exequerentur; dedit ſpecialibus in mandatis Fr. Philippo venerando militi, & exercitæ militiæ Euangelicæ Agonotheta, ac Directori, experiſſimoq; Promotori; vt conceſſarum facultatum, latarum legum, promulgatarum ſanctionum, emiſſarum ordinationum, permiſſionum, decretorum, reſcriptorum, indultorum ab vtroque tum ſeculari, tum ſpirituali principatu emanatorum, pro Apoſtolica Capuccinorum Miſſione fundanda, & firmanda, tàm ad Fidem promouendam, quàm ad perfidiam ſubuertendam, vel perfidorum impudentiam, & temeritatem compeſcendam, ephromaticum quidem, ſed exactum codicem conſcriberet, & conficeret, qui impoſterum ad Miſſiones exercendas egreſſuris pro directorio, & Euangelici operis Rationali deſeruire valeret: quod ille accuratè perfecit, illiuſq; propria manu deſcriptum auctographum apud nos in archiuio aſſeruatur: vnde & ego plura à me deſcripta, ideſt omnia in eo ſcripta, fideliter tranſcripta decerpti. Ille igitur eum demandato perficiendo compoſitionis præclaro facinori ſe ſe accingeret, ſequentem quaſi dedicatoriam epiſtolam præfecenſito Miniſtro Generali mandanti exarauit. III.

Mandat conficiendum libellum ſpectãtem ad opus Apoſtolicum continentem

Al Molto Reuer. Padre nel Signore Osseruandiss. il Padre Paulo da Cesena Generale dell'Ordine de Frati Minori Capuccini di S. Francesco.

HAcendo l'iofernal Dragone, che giace io mezzo all'acque del Lago Vandaco, e fiume Rodano, oel lascino grembo dell'impudica donna ornata Geneua (quasi vadeos in gehennam) dal suo maluaggio petto spirato, & di continoo spirando solforeo fuoco, & pestente fumo di velenosi errori, & pestifere heresie della Caluiniana Setta, con i quali l'auersario di Christo hà infettate quasi tutte le genti habitanti dall'Agostino iosino al Mediterraneo, & Oceano mare: essendo inoltre gionte le sue velenose sciotille insino nel Piemonte principio d'Italia, & hauendo il pietoso Iddio data gloria, e vittoria al Serenissimo Signore Carlo Emmanuele Duca di Sauoia, & Prencipe del Piemonte contra il Signor di Dighieres, uno de capi principali di detta erronea Setta, & cacciatolo con i suoi seguaci da tutti li suoi Stati, col hauer collocati all'incontro di otto Valli, per le quali poteua l'essercito Heretico ritornar in Piemonte, Valle di Susa, di Perosa, di San-Martino, d'Angrogna, di Pò, di Varaito, di Maira, e di Demonte otto fortissimi Castelli: nella Valle di Susa la Cittadella di Santa Maria: in quella di San-Martino il Forte di S. Lodouico: contro quella di Perosa il Castello di Finarolo: contro quella d'Angrogna il Castello di Cauor: contra quella del Pò il Castello di Reuello: contra quella di Varaita il presidio di Sauigliano: in quella di Maira il Castello di Dronero: & in quella di Demonte una forte Cittadella. E si come coll'animo intento di questa Serenissima Prencipe non solo stà la prudenza del mantenimento del suo Stato temporale, ma ancora viue il zelo dell'aumento della Santa, e Cattolica Fede; così dalla suprema autorità della gloriosa memoria di Clemente VIII. vniuersal Pastore del Christiano Gregge la sua Serenissima Altezza humilmente chiese, & instantemente inuocò, & gratiosamente ottenne, che in tutte le sodette Valli, quasi Castelli inuitti, & fortissime Cittadelle si collocassero, come per di fatto si collocorono, le Apostoliche Missioni di Padri Capuccini, con una de Padri Gesuiti: si per conuertire, come (per gratia di Dio) hanno conuertiti molte migliaia d'Heretici, in dette Valli esistenti, alla Cattolica, e Romana Chiesa, come per resistere alli Ministri portanti il mortal veleno del predetto fraudolente Dragone, acciò di nuoa non infestassero i suoi popoli, & l'infettione non trascorresse più basso nell'Italia: & acciochè detti Padri con animo più virile, e forza maggiore potessero essequire sì nobile impresa, Sua Santità, & Sua Altezza con suprema facoltà, & eccellentissimi priuileggi gli hanno sopra modo fauoriti.

Primordialē processū Missionum diffusè enarrat.

Essendosi poi il mese passato in Torino, nel Monastero della Madonna del Monte fatta una Congregatione sopra il restabilimento di detta Apostolica Missione di detti Padri Capuccini, nella quale interuenuero l'Illustriss. & Reuerendiss. Monsig. Pietro Francesco Costa Vescouo di Saona, & Nontio Apostolico special Delegato da N. Sign. sopra dette Missioni, V. P. M. R. il Reu. Padre Valeriano da Pinarolo Commissario di detta opera, & la Molto Ven. PP. Predicatori di detta Missione il Padre Steffano da Teoda, il Padre Felice da Santa Victoria, il Padre Isidoro da Busca, il Padre Bartolomeo da Nizza, il Padre Romoaldo da Torino, & il Padre Ignatia da Nizza con li loro compagni, & io pure, come già Commissario di dette Missioni, nella quale oltre l'esser stata confirmata, & di nuouo stabilita la sopradetta Apostolica Missione, con assignatione, e distributione de luoghi più opportuni per la residenza di detti Padri: Io effettiue di detta opera, fù anco (come V. P. M. R. sà) commandato, di raccogliere, & compilare in un libro autentico tutte le facoltà Ecclesiastiche, & priuileggi temporali, con altri ordini à Vescoui, & Gouernatori, Consoli, & Popoli, prohibitioni alli Heretici, & Ministri loro, con alcuni altri ordini nuoui da Sua Signoria Illustrissima, e V. P. M. R. fatti per mantenimento di detta Missione: quali commandamenti con tanto maggior affetto hò accettato, & con la Diuina gratia mi affaticarò di adempire, con quanto maggior desiderio bramo la gloria di Dio, l'applicatione del Sangue del Saluatore à quelle anime sedotte, l'allegrezza degl'Angioli, che godono nella conuersione de peccatori, l'Essaltatione di Santa Chiesa Cattolica, Apostolica, e Romana, nostra vera, & vnica Madre, edificatione de Fedeli, & gloria immortale di detta Sua Beatitudine, & Serenissima Altezza: sperandone detti Padri dalla Diuina bontà premio eterno, & da Prelati di Santa Chiesa, Prencipi temporali, & V. P. M. R. continua protettione, per i quali tutti supplico Nostro Signore Giesù Christo, che li faccia ricchi delle sue gratie celesti, & io prostrato à terra li chiedo la Santa benedittione.

D. V. P. M. R.

Humilissimo Seruo, & Figliuolo in Christo.

Fr. Filippo da Paocalieri Predicatore Capuccino

Laborabant plurimùm eirciter hunc vigesimum primum post sexcentesimum millesimum annum coram Romana Curia, vt & irreligiosum; minusq; idoneum Plebanum è suis laribus ejicerent, & ad patrium solum Capuccinos Missionarios adiicerent Panealerienses Oppidani, pro quorum & expulsione, & introductione eum Romam ad nostri Ordinis Generalem Procuratorem Hyeronimum à Castro ferretrorum & restimoniales scripturas, & scriptas applicitas litteras Prouincialis Pedemontium Minister transmisisset, illeque pro suo munere solicitè coram Eminentissimis Patribus commissum negotium pertractasset; informatiuam, & resolutiuam ad dictum Prouincialem Ministrum responsionem reddidit, V. Ann. Chr. 1633.

CALCVLVS TERTIVS

COMMVNIS;

Admod. Reuerendorum Patrum CLEMENTIS, *&* IOANNIS MARIÆ NETINENTIVM, ANTONII MVTINENSIS *Generalium*, FRANCISCI *verò* IANVENSIS *Ordinis Procuratoris ab anno 1622. ad ann. 1636.*

ROmæ in Comitiis Generalibus anno decimo octauo extra sexcentos, & mille congregatis Fratre Paulo Cesenate cessante, Fr. Clemens Netinus in Generalatus administrationem extitit Patrum suffragijs suffectus, qui iuxta præscriptum à nostris sanctionibus Generalibus Ministris constitutum totius Religionis visitandæ opus, ad suos Fratres innisendos egressus eo tempore, perlustrando Europeas Capuccinas Prouincias perambulabat, quo Gregorius XV. Summus Pontifex pro in Europa, & reliquis Mundi partibus, propaganda Catholica Fide, Romæ Eminentissimorum Conscriptorum Patrum Congregationem instituerat, & constituerat: cui, pro sufficientius, & efficacius promouendæ orthodoxę religionis negotio, cunctarum regularium Missionum exactam, & plenariam relationem à Præfectis, & Presidibus transmittendam ab initio decreuerant Purpurati Senatores, suiq; emissi decreti notitiam Regularium Generalibus, per Eminentiss. Cardinalis Sauli litteras communicare iategerant: vnde Clemens præfatus Capuccinæ Congregationis Generalis Minister, Eminentissimi prænominati Cardinalis acceptis litteris, earum apographum, cum sua annexa epistola Prouinciali Capuccinorum Pedemontanæ Prouinciæ Ministro transmisit. I.

Transmittit præsumptum litterarũ D. Card. Sauli.

Ante Generalitij ministerij absolutionem, in officio Neapolis defuncto Fratre Ioanne Maria Netino, qui in Pedemontana Prouincia, pro sufficientius Missionibus exercendis annualem controuersiarum, & dogmatum perlegendorum cursum consueto lectoræ curriculo à Lectoribus nostris perficiendum superaddiderat; In Capitulo Generali Romæ celebrato anno trigesimo tertio supra sexcentos & mille Fr. Antonius Mutinensis in Generalem Ministrum fuit assumptus, qui à Santissimo accepta speciali potestate, pro Vallis Soanæ constituenda Capuccinorum Missione, sequens Decretum edidit. II.

Cõcedit potestatẽ binos Sacerdotes in Valle Soana confessarios constituendi

Nos Fr. Antonius Mutinensis Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum: Auctoritate nobis à Summo Pontifice facta concedimus Rev. Patri Prouinciali Ministro Prouinciæ Pedemontanæ, eiusq; pro tempore successori, quatenus vsq; ad proxima Comitia Generalia, Sacerdotes idoneos nostri Ordinis deputare valeat, qui in loco Vallis Soanæ, quorumcumq; facultatum confessiones sacramentales, seruatis seruandis, excipere valeant, ab Ordinario approbandos, & ab eodem Patre Prouinciali deputandos. In quorum fidem præsentibus sigillo nostro munitis subscripsimus. Dat. Romæ in nostro Capitulo Generali die 20. May 1633. Ann. Chr. 1633.

Locus † Sigilli.

Fr. Antonius à Mutina Minister Generalis.

Rursus cum Reuerendiss. Dom. Episcopus Vercellensis pro Capuccinorum Missione ad Oropeam Bugellensem, Matris Dei celeberrimam Ecclesiam, destinanda supplicem libellum, Eminentiss. Cardinali S. Onuphrij porrexisset, illeq; Generali Ministro prouisionem commisisset; Admod. hic Reuer. Pater infrascriptum apposuit Decretum. III.

Visto il soprascritto memoriale, all'Eminentiss. Signor Cardinale Protettore presentato, do esso à noi rimesso per lo provisione, concediamo facoltà al Rev. Padre Provinciale della Provincia di Piemonte, di poter assignare, uno, ò due cõfessori per l'effetto supplicato, che siano residenti di famegliõ nel Convento di Biella, quando dall'Illustriss. & Reverendiss. supplicante gliene sarà fatto instanza &c. & questo sino al primo Capitolo Generale, & quanto alle facoltà de Missionarij, si ricorra à chi spetta. Roma li 6. Giugno 1633.

Decretũ pro Cõstituẽdis Ecclesiis Oratoria instituendis.

Loco † del Sigillo

Fr. Antonio da Modena Ministro Generale.

IV. Fr. Franciscus Ianuensis vir insigniori eruditione præditus, per ternas olympiades Procuratoris totius Ordinis nostri munere, in Romana Curia solicitè est perfunctus, nempè ab anno vigesimo quinto ad trigesimum septimum post sexcentos & mille. Cum igitur à principio constitutæ Congreg. Gen. de Propaganda Fide conscripti Eminentiss. Patres pro Prati-Iallati institutendis Missionibus accelerarent, & nostrarum finitimarum Missionum Præfectum, ideſt Pedemontanæ Provinciæ Provincialem Ministrum Paulum Mariam Astentem ad hoc perurgerent, & per litteras solicitarent; ille pro tempore Generali Ordinis Procuratori Fratri Francisco præfato suæ per epistolas Provinciæ exigentias manifestabat, cui iste responsiones congruas reddebat.

V. Provincialis Minister nostræ Provinciæ, & Missionum Præfectus Fr. Paulus Maria Astensis præfatus tandem circa annum vigesimum octauum currentis sæculi septimi decimi suos geminos, immò ternos religiosos Declamatores, & Sacerdotes ad Clusoniam Vallem pro Apostolando emiserat: sed vix per annum inibi permanserant, quando Martialibus turbinibus impediti, demum pestilentiali morbo sublati defecerant primi, nec dumq; secundi quiequam sueceſſerant. Quamobrem denuò eadem Sacra Congregatio de Propaganda Fide à Taurinensi Nũtio solicitata, restituendæ Clusoniæ Missionis negotium perurgebat circa annum trigesimum quintum extra milleſimum (excenteſimum, vnde Fr. Franciscus Ordinis Procurator ad Fratrem Ioannem à Montecalerio, tunc Pedemontij Provinciæ-lem Ministrum, suas plures exaranit epistolas.

Ann. Chr. 1635.

CALCVLVS QVARTVS
COMMVNIS.

Admod. Reuerendorum Patrum IOANNIS *à* MONTECALERIO *Ministri, &* FELICIANI *à* PLACENTIA *Procuratoris Ordinis Generalium ab anno 1637. ad ann. 1643.*

I. AB ipsis nostræ Pedemontanæ à Ianuensi Provincia discussionis, ac diuisionis exordijs, nempè ab ipso priori, ac primiori Capitulari Taurinensi congressu Fr. Ioannes à Montecalerio, qui olim iamdiù Guardianl, & Lectoris onera sustinuerat, inter Diffinitores Patres primò connumeratus, vixq; elapso quinquennio in Provincialem electus, Diffinitoris semper, Provincialis semel, & iterum ministerio præclarissimè functus: à Fratre Ioanne Maria Netino in Consultorem susceptus, tandem post regularis omnimodæ conrinuæ, ideſt numquam interpollatæ administrationis gradualis; viginti quinque felicitèr annorum seriem consummatam, ex Diffinitore iàm secundò electo in Ministrum Generalem nostræ Congregationis assumptus fuit anno trigesimo septimo supra milleſimum sexcentesimum. Huic igitur Pastori vigilantissimo, Missionum rutelari, atq; zelantissimo patrono (quippè qui primus Apostolici muneris inter Pedemontanæ Provinciæ Provinciales ab Vrbano VIII accepram Præfecturam semel & iterum exercuerat) vix Generali Ministro renunciato, Subalpinæ regionis, & Missionis Operarij, pro quotidianis proprij muneris exigentijs supplices litteras exarare cęperunt, quibus ille & epistolis, & prouisionibus satisfaciebat. Cum igitur eumdem à Rege Christianissimo solicitè aduocatum, Parisijs iàm existentem pro Castri-delphini Apostolicæ Missionis grauioribus indigentijs, tàm Fr. Ioannes Fossanensis anteceſſor, quàm Fr. Petrus Martyr succeſſor per litteras interpellasſent; interpellantibus satisfecit per binas epistolas.

Ann. Chr. 1637.

II. Illustrissimus, & Reuerendissimus Dom. Iacobus Marencus Episcopus Nicien-
V. sis antiquiori, & arctiori amicabilis necessitudinis, & charitatis vinculo cum Ad-

mod. Reu. Patre Miniſtro Generali iàm olim copulabatur: vnde cum in ſuæ Diœceſis Bolienſi comitatu nouam Capuccinorum exeubitorum Stationem aduerſus Hæreticam prauitatem, & deprauatos mores inuigilantium conſtituere proprijs ſumptibus decreuiſſet; huius ſui decreti, & propoſiti per litteras Fratrem Ioannem Capuccinorum Generalem admonuit, quamobrem ab eo omnimodam ſatisfactionem accepit. Ann. Chr. 1638.

III. Cum igitur pro præreeenſita Miſſione in Vari Valle ſtabilienda, Reuerendiſs. Antiſtiti proponenti ſatisfeciſſet; Fratri Auguſtino Prouinciali Pedemontij Miniſtro, & Miſſionum Præfecto pro eadem poſtulanti per infrapoſitam epiſtolam reſpondit.

Al Reuerendo Padre nel Signore, il Padre Miniſtro Prouinciale de Frati Capuccini nel Piemonte. Torino.

Reuer. Padre nel Signore. *DAL Molco Reuer. Padre Procuratore hò parimente riceuuto l'auiſo del decreto fatto dalla Sacra Cõgregatione, in rigoardo della Miſſione, che de noſtri Frati domanda in Boglio Mõſignore Illuſtriſs. Veſcouo di Nizza: nelche, poiche cali ſono i commandi; altro non ci reſta, che vbidire, & prouedere per l'intento preteſo, ſi come potrà fare la P. V., di quei ſoggetti, che meglio giodicarà à propoſito. Mentre, non eſſendo queſta per altro, la ſaluto caramente, & mi raccommando alle ſue orationi, con pregare che il Signore la conſerui. Di Caen li 22. Marzo 1639.*

Operarios mittendos ſtatuit. Ann. Chr. 1639.

D. V. P. R.

Seruo del Signore Affettionatiſs.
Fr. Giouanni Miniſtro Generale.

IV. Pro ſupra Indicata Miſſione, à Reuerendiſſimo Nicienſi Antiſtite expoſtulata, ſtabilienda, Saera Congregatio de Propaganda Fide mandatum dederat Admod. Reuer. Pat. Feliciano Placentino, noſtri Ordinis Procuratori Generali in Romana Cnria reſidenti, qui pro expedita eommendati negotij executione, Prouinciali Pedemontano Miniſtro infraſcriptas litteras dedit, Decretum receptum tranſmittendo.

Al Reuerendo Padre nel Signore, il Padre Prouinciale de Frati Minori Capuccini di Piemonte. Torino.

Reuer. Padre nel Signore. *DAlla quì congionta copia la P. V. R. potrà vedere l'ordine datomi dalla Sacra Congregatione de Propaganda Fide, circa la deputatione del Prefetto, e Miſſionarij per la nuoua Miſſione da farſi nella Dioceſi del Veſcouato di Nizza in cotetta Prouincia. Per l'eſecutione ne dò auiſo alla P. V. acciò prima ſi compiaccia di trattare col Molco Reuerendo Padre Generale, & dopò che per conſeglio, & conſeſo del medeſimo ſi ſarà riſoluto chi debba eſſer Prefetto, & i Miſſionarij, me ne dia parte quà in Roma con tutto il reſto, che le parerà à propoſito in queſto particolare. E non eſſendo queſta per altro, la ſaluto di cuore, & mi raccommando alle ſue orationi. Roma li 3. Febraro 1639.*

Pro mittendis, & Præfecto Miſſionis agitur. Ann. Chr. 1639.

D. V. P. Reu.

Affettionatiſs. Seruo nel Signore.
Fr. Felsciano Procur. e Commiſſ. Generale.

CALCVLVS QVINTVS

COMMVNIS

Admod. Reuerendorum Patrum INNOCENTII *à* CALATHAYERONE, FORTVNATI *à* CADORO: SIMPLICIANI *à* MEDIOLANO, & MARCI ANTONI *à* CARPINEDVLO, *Generalium, & Ordinis Procuratorum, ab anno* 1643. *ad ann.* 1658.

V. GEnerale Capuccinorum totius noſtræ Congregationis Capitulum ipſis à ſuę formationis primordijs ſingulo quoque triennio congregari cępit, verum

excreſcente

exerescente numero & Conuentuum, & Prouinciarum, ad quinquennium celebratio perendinata fuit. Quoniam verò vnius dumtaxat seculi decurrentis spatio, per Europæas regiones, & Regna distributi peragrantes, populisq; austerioris Euangelicæ vitæ, simul & arctioris regularis obseruantiæ præclara, ac multiplicia, nec fucata exempla præstantes Capuccini, vbique adeò tùm numero, tùm amplitudine multiplicauerunt Custodias, ac Prouincias, quàm vt lustrali itineratione Generalis Minister à Constitutionibus præscriptam vniuersalem Religionis personalem visitationem absoluere valeret; ideò vnus adhuc, ideſt nextus olim iàm concesso
1644. lustro dilationis in Generalatu annus additus fuit. Sexennio igitur absoluto Fr.
1645. Ioannes à Montecalerio, Romæ in laduocaris Generalibus Comitijs successorem
1646. accepit Fratrem Innocentium à Calathayerone Siculum. Cui itidem ibidem
1647. ijdem Capitularibus electionibus suffectus extitit Fr. Fortunatus à Cadoro Vene-
1648. tus, anno Magni Iubilæi quinquagesimo decimæseptimæ centuriæ. Post verò se-
1649. narium annorum curriculum ijdemmet pro Comitialibus prouisionibus congre-
1650. gatorum Patrum Suffragijs in Generalem Ministrum electus extitit Ft. Simplicia-
1651. nus Mediolanensis Patritius, & Ciuis, qui olim Religionis clauum moderante Fr.
1652. Innocentio suprarecensito, Generalis ipse Ordinis Procuratoris officio præclarè
1653. functus fuerat; sicuti Fr. Fr. Fortunati, & ipsius Simpliciani gemino excrescente se-
1654. nario Ft. Marcus Antonius à Carpinedulo Brixiensis Generale Procuratorium
1655. Ministerium laudabiliter exercuit: vnde elapso primo, Ponrificio beneplacito per
1656. alterum sexennium in officio communibus votis confirmatus extitit. Steterunt
1657. igitur singuli, & omnes præcensiti quaterni Patres, ac Religionis Capuccinæ
1658. Præsules in ordine vicis suæ honorificè, hoc est sibi commissas Ordinis regulares Prælaticas vices, ac religiosas præsidentias fideliter sustinuerunt, simul & virtuosè, sed laboriosè ministrauerunt: clausralem quidem disciplinam promouere studentes, non tamen extra claustra Apostolantes Seraphicos Pugiles negligentes: quinimmò peculiari eos solicitudine, & cura prosequentes, quoties ad Pedemontanam nostram Prouinciam regulariter perlustrandam accesserunt, toties Apostolicorum Operariorum singuiatim cutam gerere voluerunt, singillarim eos ad se vocantes, visitantes, & pro opportunitatibus illis fauentes, pariter & prouidentes, paternè eos in perarduo opere confirmantes. Sicuti & Ordinis Procuratores Romæ apud Suptemam Curiam residentes Fr. Fr. Simplicianus, & Marcus Antonius in diebus suæ Procurationis nunquam, & nusquam cessauerunt pro Euangelicis militibus apud Romanum Hierarcham intercedere, & procurare, ac ijs fidelibus Operarijs patrocinari in dies.

DE PRAEFECTIS CAPVCCINIS ECCLESIASTICARVM MISSIONVM IN SVBALPINIS RATIOCINIVM SEPTIMVM.

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Tres.

Præfecti Missionum Nomen, Naturam Communiter explicat Præambulus

Num. I.

Præfecti Ecclesiasticarum Missionum munus, & onus Genericè indicat Preambulus

Num. II.

Subalpinarum Capuccinorum Missionum Præfecti Personam, officium, & debitum, signat Præambulus

Num. III.

Calculus Primus.

Fratris Valeriani Pinerolienſis, Primi Subalpinarum Missionum Præfecti, ab anno 1596. ad annum 1600.

Calculus Secundus.

Fratris Philippi à Pancalerio, Capuccinorum in Subalpinis Missionum Præfecti, ab ann. 1602. ad ann. 1605.

Calculus Tertius.

Fratris Valeriani Pinerolienſis, Secundò Præfecti in Subalpinis Missionum Capuccinorum, ab anno 1605. ad ann. 1611.

Calculus Quartus.

Fratris Philippi à Pancalerio, Secundò Capuccinorum in Subalpinis

Missionum Præfecti ab anno 1612. ad ann. 1616.

Calculus Quintus.

Fratris Ioannis Baptistæ Vercellensis, Prouincialis Ministri Pedemontanæ Prouinciæ, & Missionum Moderatoris per annos 1619. & 1620.

Calculus Sextus.

Fratris Pauli Mariæ Astensis, Pedemontanæ Capuccinorum Prouinciæ Ministri, & Missionum Directoris ab anno 1621. ad ann. 1624.

Calculus Septimus.

Fratris Ioannis à Montecalerio Pedemontanæ Capuccinorum Prouinciæ Ministri, & Subalpinarum Missionum Præfecti per ann. 1625. 1626.

Calculus Octauus.

Ff. Fr. Pauli Mariæ Astensis, & Ioannis à Montecalerio, vtriusque iam secundò Pedemontanæ Prouinciæ Ministri, & Missionum in Subalpinis aut Directoris, aut Præfecti ab ann. 1627. ad ann. 1635.

Calculus Nonus.

Communis

Fratrum Michaelis Angeli à Taurino, Augustini à Sauiliano, Antonij Mariæ Astensis, Pedemontanæ Prouinciæ Prouincialium, & in Subalpinis Missionum Præfectorum ab ann. 1635. ad ann. 1654.

Calculus Decimus Communis.

Fr. Fr. Ioannis à Fossano, & Pauli à Nicia Maritima, Pedemontanæ Prouinciæ Capuccinorum Ministrorum, & Missionum Præfectorum ab anno 1653. ad annum 1658.

PRAEFECTI ECCLESIASTICARVM MISSIONVM IN SVBALPINIS

Qui, & quales qualia, & quanta pro Capuccinorum Apostolatu fundando, promouendo, conseruando, ac dirigendo operati fuerunt.

RATIOCINIVM SEPTIMVM.

Præambuli Numeri Tres.

Præfecti Missionum nomen, ac naturam communiter explicat Præambulus.

Num. I.

Missio Ecclesiastica quid.

QVONIAM Ecclesiastica Missio (prout nostro proposito modò inseruit) dicitur: *Deputatio alicuius ad ordinem Leuiticum assumpti, ab eo, qui habet potestatem, ad obeundum Ecclesiasticum ministerium, vt puta Prælationis, Prædicationis, seu Sacramentorũ administrationis.* ideò quatuor modis Præfectus Missionum quis denominari potest, quia quatuor itidem modis contingit, quis potestatem habere circa Ecclesiasticas Missiones: vno modo propriè, potestatiuè, & primariò communiter, & vniuersaliter, tàm supra mittendos, seù missos, quàm supra Missionum loca, & Apostolicum opus: quomodò solus Summus Pontifex, Ecclesiastici regiminis Supremus Hierarcha plenaria gaudet potestate ordinaria, independente, ac propria. Alio modo potestatiuè quidem, & propriè, nõ tamen primariè, sed subordinatè, nec communiter, & vniuersaliter, sed particulariter, tàm supra missos, quàm supra missionès quis pollet auctoritate ordinaria, sed dependenti: sicuti Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates in suis Ecclesijs, iurisdictionibus, & Diœcesibus ad Apostolicum opus sibi subditos religiosos mittendi pollent potestate. Tertiò modo communiter quidem, vniuersaliter, & plenariè, sed dependenter, & subordinatè, delegato, non ordinario proprio iure: Vt Eminentiis. Patres Congreg. Gener. de propaganda Fide, de vniuersis Regularium ordinibus religiosos viros ad vniuersas, & singulares Ecclesias, speciali sibi à supremo capite delegata potestate mittere solent. Quartòtandem vniuersaliter, & particulariter, communiter, ac peculiariter mixta auctoritate subordinata, sed ordinaria in suos subditos mittendos, delegata quoque in quantum ad loca, & modum Missionis, ad Euangelicum opus emittunt Regulares operarios Religionum Præsules ordinarij Prælati, sicuti faciunt Generales, & Prouinciales Ministri Capuccinorum multiplicibus ad diuersas Orbis partes, & peculiares Ecclesias in Missionibus Ecclesiasticis. Duplici igitur modo Prefecti Missionum describi, seu definiri poterunt, vno modo communiter, & in genere sic: *Præfectus Missionum Ecclesiasticorum est persona in spirituali dignitate constituta, cui iure proprio, supremo, vel subordinato, ordinario, aut Delegato, Apostolico operi prouidere & præsidere, Apostolicorumq; Operariorum aut mittendorum, aut iam missorum eorum gerere competit, & conuenit.* Altero vero modo peculiariter, & in specie sic: *Prefectus*

Quadrupliciter contingit mittere.

Præfectus Missionũ definitur.

Missionum Ecclesiasticarum est Religiosus, & Sacer Minister, qui à Supremo, vel à subordinatis Hierarchicis Ordinis Præsulibus electus, & delegatus, Apostolico operi Apostolicisq; Operarius sibi collata speciali auctoritate pluribus, aut paucioribus, magis, vel minus ampla potestate præficitur, & immediatè præsidet.

Præfecti Ecclesiasticarum Missionum munus, & onus Generice indicat Præambulus.

Num. I I.

Præfectorū duplex onus

Primùm munus.

Secundum onus.

Sciuti multiplici acceptione Præfecti Missionum nomen, & natura explicentur: nempe vel pro eo, qui mittendi pollet potestate, vel pro eo, qui iam missis præsidendi habet auctoritatem: ita & dupliei enumeratione Præfectorum munera & onera recensentur. Primò igitur Sacrorum Antistitum à Supremo ad infimum Pontificem Abbatem, aut Præsulem sæcularem, vel Regularem, quibus propriè ius mittendi competit, peculiare, & proprium munus est: Prouia matura, ac prouida discussione, & consideratione idoneos Ministros, Pastores, aut Doctores prudenter eligere, competenter vocare, sufficienter ordinare, & opportunè, hoc est manifestius dicere, mittendorum magis idoneorum prouidum habere delectum: Delectos verò de quolibet Ecclesiasticæ militiæ statu, ordine, & conditione absq; personarum acceptione per opportuna tempora vocare: Vocatis congruam, perficiendoq; demandato Ministerio pro locis, temporibus, personis, indigentijs sufficientem facultatem, & potestatem conferre, quod est competenter ordinare: Ordinatos tandem conuenienti, & necessario commeatu prouisos, debito stipendio pro corporali quotidiana Operariorum alimentatione præstito, mittere, & missos fouere, sustentare, defendere, arq; patrocinari. Secundò, eorum autem, qui iam missis Euangelicis Operatoribus prælidendi habent auctoritatem, singulare munus est: electos in communi, & vocatos in genere emittendos operarios singulos subeligere, ac singillatim præeligere, ordinandas personas præsentare, presentatas autem, ordinatas, missas, & admissas ad opportuniora loca dirigere, & indiuiduatim distribuere, atq; collocare: rursus tum Ministrorum emissorum, tum ministeriorum commissorum curam solicitam gerere, conueniētem pro sacris ministerijs vtiliter exercendis potestatem ordinariam, vel extraordinariam à Supremis Præsulibus reportare, congruas, ac necessarias pro in ministerio laborantibus prouisiones quoridianas prouidere: vtque electi, vocati, ordinati missi, & stipendiarij Euangelici Operarij in Dominica Vinea agricolantes fideliter, competenter, imò strenue, & validè, indefinenter, atq; intarigabiliter sibi demandatum, & oneri creditum Apostolicum opus præstent; prospicere, procurare, & solicitare: operando, & cooperando pro virili, & præfectorio suo officio eosdem visitare, adhortari, admonere, corrigere, mutare, de loco ad locum transferre, vel à ministerio remouere singulares personas, Apostolādi regulas, canones, normamq; prescribere, eorum sublimioribus potestatibus sæcularibus, aut Ecclesiastica Missionum causas agere, Missionariorum personas, vel opera prætentare, referre, promouere, defendere, iustificare Persecutores compescere, persecutiones auertere, impedimenta removere, conducentia cuncta procurare, pro diuersis temporum, locorumq; indigentijs, simul & exigentijs.

Subalpinarum Capuccinorum Missionum Præfecti Personam, officium, & debitum signat Præambulus.

Num. I I I.

Regula minorum cap. 12.

Generali, ac Prouinciali Ministris cōpetit mittere

Præfecti Missionum, qui in Capuccina nostra Seraphica Hierarchia suos subditos vniuersaliter mittendi ordinariam habent potestatem, sunt Generales, & Prouinciales Ministri, vti peculiaribus nostris iuribus tum ex Regula, tū ex constitutionibus statuitur. Regulæ nāq; cap. 12. tit. De eundibus inter Saracenos, & alios infideles, sic sancitur. *Quicumq; Fratrum, diuina inspiratione, voluerint ire inter Saracenos, & alios infideles, petant inde licentiam à suis Ministris Prouincialibus. Ministri verò nulli eundi licentiam tribuant nisi eos, quos viderint esse idoneos ad mittendū.* Regulari igitur nostro municipali iure, a Summo Pontifice confirmato, Missionum Præfectura, hoc est mittendi ad Saracenos, & infideles populantes, & idoneos suos Fratres facultas Prouincialibus, eōq; magis Generalibus Ministris attributa, ac Constitutionum nostrarum capite iridem 12. fusius, & plenius sequentibus verbis explicatur. *Quoniam infidelium conuersio nostro Seraphico Patri maxime*

Constitut Capuccinos c. 3.

tordi erat: Idcirco ad Dei Gloriam, & eorum salutem secundum Regulam Statuimus, vt si aliqui Fratres Christi amore inflammati, atq; illius Catholicæ Fidei zelo succensi ex diuinâ inspiratione ad illis prædicandum proficisci voluerint, primum recurrant ad Ministrum Prouincialem, vel ad Admodum Reuerendum Patrem Generalem, à quo si fuerint idonei inditati, tum ipsius licentia, & benedictione eant. Ipsi porrò subditi seipsos ad tam difficile, & periculosum negotium aptas nequaquam existimare præsumant, quinimmò cum omni timore, & humilitate hoc suum desiderium suorum Prælatorum iuditio omnino committant. Discrimen autem fieri poterit inter infideles satis mansuetos, dociles, & ad christianam Fidem facilè recipiendam satis dispositos, vt sunt illi retenter in Indijs ab Hispanis, seu Lusitanis inuenti, & Turcas, & Agarenos, qui armis tantummodò, & tormentorum vi erroneam, & pernitiosam sectam tuentur, ac protegunt. Prælati verò illos dimittere propter Fratrum paucitatem nequaquam desistant verum suam omnem cogitationem, & sollicitudinem in illum iacientes, qui tutissimam nostri curam gerit, in omnibus fegerant, vt sibi à Diuino spiritu dictatum fuerit, & cuncta cum charitate, quæ nihil agit perperam disponant. Hæc ex nostri ordinis staturis constitutionibus, ex quibus liquido satis constare credo, Primicerium nostrorum Missorum Præfectum computandum esse, Ministrum Generalem: vndè ad Subalpinæ Galliæ ab Apostolica Sede constitutas Ecclesiasticas Stationes primos Capuccinos Operarios Fr. Syluester à Monte Leone, Generalis Ordinis Minister elegit, vocauit, & præsentauit. Peculiarem verò, proprium, & immediatum Præsidem enumerandum censeo Pedemontanæ Prouinciæ Prouincialem Ministrum Capuccinorum, in hoc, quòd successiuè per tempora ad Euangelicum opus suos subditos mittere, ad hæc vsq; tempora perseuerauit, exordiendo à Fr. Gabriele Casalensi integræ Ianuensis Prouinciæ (cui Pedemontana iungebatur) Prouinciali Directore, qui operarios Apostolicos plures misit, hoc est Reuerendiss. Taurinensi Nuntio nominauit, obtulit, & approbatos prudentioribus monitis, & regulis sufficienter instructos per assignatas excubias, atq; custodias distribuit. Quæ omnia tum ipsi; tum successoribus Prouinciæ Ministris triplici iure competere existimamus: Primò iure communi, tamquàm Prælato ordinario, auctoritatem quasi Episcopalem in suam Prouinciam, ac suos subditos habenti: Secundò iure regulari, vt ex supradato Regulæ capitulo comprobauimus: Tertiò iure constitutionali, sicuti ex adducto constitutionum capite duodecimo confirmauimus. Tribus igitur rationibus Prouincialis Minister Capuccinorum Pedemontij Missionum Subalpinarum Præfectus in hoc casu (nempe quia habet potestatem proprios subditos ad Apostolicum opus mittendi) vocari debet. Verùm cum hoc sit commune cunctis nostri Ordinis Prouincialibus, pariter & Generalibus; nostræ Pedemontanæ Prouinciæ Prouincialis Ministri persona propriè, & peculiariter Missionum Præfecturâ obtinet, quoniam Missionibus, & Apostolico operi, atque Operarijs præsidet iure peculiari, speciali, & delegato ab Vrbano VIII anno vigesimo quinto post mille sexcentum; vt infra suo numero calendamus: Cum prius singulares ex Capuccinis Sacri, & religiosi Agonotheta Euangelicæ militiæ, & Ecclesiasticorum Vigilum Præsides à Sede Apostolica constituti extiterint; vti mox calculando numerabimus, postquam illius officium, & debitum indicauerimus. Officium igitur huius Subalpini Apostolatus Præfecti in speciali (vti supra diximus in vniuersali) est a Summo Pontifice Romano electos in communi, & vocato vili genere Capuccinos suos subditos ad opus Apostolicum sibeligere in individuo, vel præeligere singillatim Inter bonos meliores, & inter idoneos habiliores ad exercendum ministerium. Subelectos autem, & præelectos mittendos Operarios Reuerendiss. Taurinensi Nuntio præsentare, & offerre, ab eoq; acceptatos obedientialibus litteris premunitos coram Reuerendissimis Ordinarijs sistere, atque ab illis admissos ordinare, ideòque sibi delegatas, & concessas à Sanctissimo pro exercendo Apostolico ministerio spirituales, & congruas facultates communicare, sicque sufficienter ordinatos opportunas per suæ Præfecturæ commissas Missiones pronida, & occulata collocatione distribuere, collocatos, & distributos opportunè visitare, visitatis spiritualia, & temporalia subsidia prouidere, assistere, tutari, & patrocinari, mutare locos, & socios, personas transferre, amouere, pro amoris nodus sufficere: vt fideliter, & feruenter, diligenter, ac solicitè concredito sibi euangelico muneri insistant, procurare, adhortati, admonere, corrigere, impellere, moderari, monita salutis præbere: Regulæ obseruantiam, Euangelij prædicationem, integritatis exemplum, sanam doctrinam, zelum animarum, augumentum Fidei, perfidiæ subuersionem, charitatem Dei, proximorum salutem impensius commendare, taliterque instructos, binos & binos associatos dimittere, benedicere, & orationibus comitari. Censentur prædicta Missionum Prætecti in respectu ad inferiores officij munera. Relatiuè verò ad superiores, nempè ad Supremum Pontificem, seu Sacras Congregationes ie eligentes, vocantes, destinantes, & potestatem, auctoritatem, atque facultates extraordinarias, seu ordinarias communicantes Præ-

Primicerius præf. & Missionū Gener.

Immediatus Præfectus Prouincialis

Triplici iure præsidentia in Missionum ō pertit Prouincialibus.

Ann. Chri. 1596.

Pedemontanus Prouincialis iure delegato Præfectus Missionū statuitur.

Officiū Præfecti Missionū in speciali

fecti Missionum debitum onus existimatur: per se tamquam constitutum in capite exercere demandatam sibi Præfecturam accuratè, & studiosè administrare, Apostolicum opus promouere, ab vtroq; Principatu tum sæculari, tum spirituali opportunas necessarias prouisiones obtinere, signanter a Supremo Hierarcha per lustra concessarum coniunctarum facultatum confirmationem petere, ac reportare, nouarum (pro vt necessitas exegerit) concessionem postulare, Missionum, & missorũ indigentias, & necessitates manifestare, Apostolicorum Operariorum conatus, progressus in Fidei promotionem, ac Infidelium, seu perfidorum conuersionem, religionis augmentationem molimina, opera, ægregiaque facinora saltem semel in anno Sacræ Gen. Congregat. de Propaganda Fide per exactam, & exaratam relationem annuntiare, acta transmittere, & peracta referre, iuxta editum ad hoc, atque ab eadem Sacra Congregatione promulgatum, à nobisque suo numero datum Decretum. Denique si quæ de nouo à Romano Hierarcha Hierarchicique ordinis constitutis Præsulibus iussa ad Apostolicum suum opus spectantia emanauerint, promptè, expeditè, & fideliter exequi in Missionibus, siue Missionarijs multiplicandis, minuendis, commutandis, vel confirmandis.

Præfecti Missionum relatione ad Superiores debitum.

CALCVLVS PRIMVS

Fr. VALERIANI PINEROLIENSIS primi Subalpinarum Missionum Præfecti, ab anno 1596. ad ann. 1600.

I. IN Cisalpinæ Galliæ Vallibus Capuccini Apostolatus primus auctor, primarius promotor, & primicerius administrator enumeratur Fr. Valerianus Patricius, ac Pinerolien sis Ciuis, Capuccinus Sacer Orator, & Capuccinorum eiusdem Ciuitatis Conuentus Custos, & moderator anno 1595. Quando hæreticæ vsurpationis, & prosanationis violentia à Petruxina, & Perreriana Conuallibus Catholicus penitus cultus exulabat. Exulantem igitur Orthodoxam religionem Italicis illis extremis in oris vt restitueret, perstitit validè, & strenuè enitendo Fr. Valerianus, qui, vt quod mente excogitauerat, opere adimplere valeret; Capuccinorũ Missionem Helpericis prædictis in plagis instituere præmeditatus est, & præmeditatam instituendam solicitè curauit, institutamq; primus ipse viriliter, & sedulò exercuit, & sustentauit. Quoniam igitur prior ipse Apostolicum opus & excogitauit, & proposuit, & constituendum postulauit, & constitutum laudabiliter, ac perutiliter administrauit; Apostolicæ administrationis Præfecturam, dum Ecclesiastico stetit in agmine, semper illi vniuersi & Præsules, & subditi iuremeritò detulerunt. Prior autem Fr. Siluester à Montecleone Generalis nostri Ordinis Minister contulit, collatam autem Euangelici ministerij præsidentiam accuratè, & vigilanter, non minus quam occulatè, & prudenter sustinere, pariter & exercere perpetuò sategit, vt ex mox numerandis manifestè patebit.

Quia primus Apostolicum opus excogitauit, prior Præfecturam exercuit.

Ann. Chri. 1595.

II. Ab exordio igitur inchoatæ Missionis, vnico sibi addito collegæ Fr Mauritio Murrensi Theologo, & Concionatori, geminisq; supperadditis Socijs Sacerdotibus cum præsideret; ad verbum Dei prædicandum, atq; Catholicas veritates propugnandas, simul & hæreticam prauitatem expugnandam egredientibus necessariam forè autumauit Fr. Valerianus damnatorum codicum legendorum facultatem: quamobrem ex-tempore hanc à Sancti Officij Sacra Congregatione per litteras postulauit, eamq; per epistolam Cardinalis Sanctæ Scuerinæ (quam proprio numero dedimus) expeditè pro se, sibiq; adiunctis collegis reportauit die secunda Februarij anni 1596 eaq; præmuniti Fidei agonem ingressi, progressi sunt ipse ad Perrerianam, Fr. Mauritius verò ad Petruxinam Vallem Sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi Euangelium in Quadragesima prædicare, & Pseudoprædicatium errores confutare. Tuncq; Capuccinorum Apostolatus prima in Vallibus primordia, & fundamenta posuerunt; posita autem vt firmiùs confirmarent, & fortiùs consolidarent; secularis potestatis validioribus auxilijs, ac tublidijs constabilire decreuit Fr. Valerianus Præfectus: quamobrem primò proscriptorum quorundam gladiatorum Sectariorum agonotherarum eiectionem à Serenissimo Carolo Emmanuele I. Duce procurauit: postmodum verò pro peruicacioribus præceptiuum edictum, pro docilioribus autem reducendis adhortatiuam epistolam ab eodem Pedemontano Principe promulganda impetrauit. Hoc eodem & Februario mẽte, & nonagesimosexto extra millesimũ sexcẽtesimũ anno, quando pariter & pro veneratione Templorum interdictiuam sanctionem constituendam curauit, & pro superstitum afflictorum Catholicorum, Catholicæq; Ecclesiæ vr-

Ann. Chri. 1596.

Interpellat à Sæculari Principatu pro Catholicis.

gentioribus necessitatibus, & acerbioribus calamitatibus subleuandis, septem postulationum capita complectens, à se compositum memoriale præfato Allobrogum Duci exporrexit, & pro congruis prouisionibus supplicans, exauditus fuit pro sua reuerentia, & prouisum extitit pro temporum, locorum, personarum, & Ecclesiarum exigentia, vti proprijs numeris signauimus.

III. Quadragesimali Euangelicæ prædicationis cursu consummato in Perreriana Valle, pro sibi concreditæ Præfecturę munere inchoatæ Missionis Apostolicum opus perficere cogitans Frater Valerianus; pro multiplicandis religiosis Operarijs, pariter & initiato operi necessarijs amplioribus spiritualibus facultatibus reportandis plurimùm rum apud regulares suos Præsules Generalem, ac Prouincialem, tum apud Taurinenses Nuntium, & Archiepiscopum, tum apud Serenissimum Sabaudiæ Principem, tum denique apud Romanæ Curiæ Patres Conscriptos, & Romanum Antistitem voce, & scripto instanter laborando interpellanit. Cumque tandem per responsales Sanctæ Seuerinæ Cardinalis, Ordinis nostri Protectoris Eminentissimi litteras, annuentis Clementis VIII. Summ. Pontificis viuæ vocis oraculum Iesuitarum, & Capuccinorum in Subalpinis Apostolatus constitutiuũ, & confirmatiuum accepisset Reuerendiss. Taurinensis Nuntius, Iulius Cæsar Richardus, proq; Apostolicis mandatis exequendis religiosorum Theologorum tùm Societatis Iesu, tùm Capuccinæ Religionis conuentum præsidentibus cum ipso Reuerendissimis Archiepiscopo, & Inquisitore Taurinensibus congregasset: In congregatione autem prænumeratis regularibus Pugilibus Iesuitis, ac Capuccinis Apostolicum opus de mandato Pontificis commendassent, Missionumque loca, idest exeollendas Conualles prioribus Lucernæ, posterioribus verò Perruxiæ, & Perrerij assignassent; ad quaternarium primò purificatis commilitonibus, & consodalibus Fr. Valerianus fuit præfectus, & suæ Præfecturæ solicitè officio fungens, primarum facultarum primarium diploma ab Archiepiscopo, & Inquisitore Taurinensibus, proprio numero relatum, reportault.

Plurimum pro Missionibus laborat.

Ratioc. 4. Calc. 1. num. 1.

IV. Postmodum aurem cum Fr. Gabriel Casalensis, Capuccinæ Ianuensis Prouinciæ Minister collegas, & Coapostolicos Stationarios ad octonarium numerum multiplicasset; septenisq; adauctis primarium athletam Fratrem Valerianum in Ecclesiasticæ militiæ præsidem, ac ducem præfecisset; ipse priori suprascripto facultatum diplomate ab Archiepiscopo relato non contentus, alterum à Reuerendissimis Nuntio, & Inquisitore rursus reportauit, vti proprijs suis numeris signauimus. Nec eo satisfactus, a præcensito Domino Taurinate Archipræsule in tota sua Diœcesi confessiones excipiendi pro ic, suisque collegis licentiam impetrauit. Nequaquam interim prætermittendo auctoritatem congruam, tàm pro Euangelizando, dogmatizando, & catechizando, quàm pro confessiones excipiendo, à Reseruatis absoluendo, Sacramentaque tandem administrando à Domino Præposito Ressano Generali Pinerolensis Abbatiæ Vicario obtinere, sicuti suis locis memorauimus, quibus data diplomata retulimus, ac regiſtrauimus. De huius zelotis Præpositi, & Vicarij Admod. Reuer. Domini Rinaldi, iam olim in opere Collegæ contensu, & assensu voluit Fr. Valerianus pro suo munere, ad recuperationem Parochialium prouentuum Petruxinæ Parœciæ coram competentibus iudicibus, & tribunalibus agere: quare tàm apud Taurinensem Nuntium, quàm coràm Pedemontano Duce instanter ad hoc ramdiù postulauit, quàmdiù postulata obtinere non potuit. Tandem voti compos effectus, de vsurpantium perfidorum Caluinistarum manibus annuos census ereptos, & recuperatos reuocato Reuerendo Parocho, & Præposito restituendos curauit. Quò vero opportunè reducum abiurationes, quas Sæculares Tabelliones recipere timore perculsi recusabant, ipse perficere, & authenticeè in scriptis redactas celebrare posset; Socium Capuccinum Sacerdotem in Sancti Officij Notarium creari, & institui procurauit: pariterque pro cooperantium Leuitarum sacro agmine à Romana Curia matrimonia conualidandi, & à Reseruatis in Bulla Cœnę casibus absolnendi facultatem impetrauit, vti peculiaribus Calculis numerauimus.

Missionibus multipliciter consulit.

Parochiales Petruxiæ annuos census recuperat.

V. Opportunis, ac discretis temporibus consuenerat Fr. Valerianus Præfectus tàm de illarum Vallicolarum Ecclesiarum statu, quàm de Ecclesiasticorum operariorum processibus, & fidei progressu, vtrorumque pariter de indigentijs, & occurrentibus per suas litteras & Reuerendissimum Taurinensem Nuntium, & Eminentissimos Sacræ Romanæ Curiæ Præsules, à quibus congruas prouisiones, ac subuentiones reportabat, certiores facere: Illud igitur cum pro suo munere Septembri, & Octobri huius anni mensibus multiplicatas per relatinas, informatiuasq; epistolas præstasset, tum pecuniarium pro reparandis expilatis Sacrarijs Parœciarum, tum potestatiuum spirituale pro absoluendis, & reconciliandis lapsis subsidium postulando; postulanti solicitiori Ministro benignè annuens Supremus Antistes, postulata cuncta concessit: requisitam namq; & facultatem communicandam, & pro paramentis, calicibus, & leuitica supellectile petitam pecuniam suppeditandam

Ann. Chri. 1596.

Domino

Domino Reuerendiſs. Taurinenſi Nuntio, per epiſtolam Nonembri menſe Roma datam, tranſmiſit in mandatis: quibus ex-tempore obtemperans Apoſtolicus Præſul, Miſſionum Capnecino Præfecto vtrumq; ſubſidium expedirè communicauit, ac ſubminiſtrauit. Vnde ille & relapſos releuare ſimul, & expoliatis Templis paramenta, & ornamenta aliqualiter reſtituere valuit. Eòq; magis, quò Carolus Emmanuel I. Catholicus Dux à Fratre Valeriano de Sacrorũ depopulatione à ſacrilegis peracta admonitus, pro Diuino cultu inſtaurando, Eccleſiaſticę ſupellectilis congruam quantitatem proprio ære coemptam prouidere voluit: vtriuſque igitur tum Apoſtolici, tum Ducalis ærarij ſubuentionibus ſuffultus, Perrerianę, atq; Petruxinæ Conuallium depauperatis Sacrarijs, pariter & pauperculis Sacerdotibus, pro Sacroſanctis myſterijs conficiendis, & Sacramentorum miniſterijs exercendis ſufficientia indumenta, paramenta, & ornamenta contribuit: quæ rurſus vix elapſo triennio ſceleſtiores Sectarij, & nefarij perduelles Caluiniſtæ, Sacraria depopulantes, ſacrilegè aſportanerunt.

Sacram ſupellectilem procurat. & prouidet.

VI. Geminis igitur Catholica Fide in deſtitutis Conuallibus Petruxiæ, ac San-Martini, geminatis in ſtatutis Stationibus Eccleſiaſticis binos, & binos poſtquam Apoſtolicos Pugiles, & Capuccinos Vigiles, pro Eccleſiaſtico Regno illis in oris propugnando, conſtituiſſet Fr. Valerianus, tum vt Præfectorio ſuo muneri, tum vt reſtituendę Heſpericis in his plagis Catholicæ Fidei proprio religioſo zelo ſatisfaeeret; de Pinerolienſi tractu ad Salutienſem Marchionatum Caluiniſtica phreneſi, ac tyrannide occupatum, Renerendiſs. Taurinenſe Nuntio annuente, præſenti anno nonageſimoſeptimo poſt quingentos & mille migrauit, tranſmigrandoq; per directum ad grauiùs, & periculoſiùs hæretica inſania delitantes & Macrenſem Vallem, & Draconerienſem Villam tetendit, ac tandem peruenit ipſe cum ſtrenuo agonotheta Fratre Stephano à Gombolato, quem ex-remplò ad remorlnrem, & ipſam hæreticali lue lethaliter ſauciatam Sturianam Vallem, pariter & Demontij Pagum pro Quadrageſimalibus concionibus habendis deſtinauit: dum ipſe Draconerij Apoſtolicum miniſterium exercens, adhærens Maeræ Hęreticorum Vallium aggredi diſponit, & progreditur, Euangelizando, atq; Apoſtolando per Quadrageſimæ, & totiùs prioris à ſuo aduentu illius anni tempora. Quibus elapſis, & nonageſimo octauo vltra milleſimum quingenteſimum ſuperueniente, eundem prærecenſitum Coapoſtolicum Operatorem Fratrem Stephanum, pro eodem Quadrageſimalium prædicationum curſu perficiendo, Accelium in ſummitate Vallis, & Italiæ extremitate conſtitutum Oppidum amandauit, atq; per eum binas Miſſiones, in Accelio vnam, alteram in Sancti Damiani Oppido fundauit: dum ipſe in inferioribus Vallaribus ianuis, & Villis inuigilare, & iugiter collaborare ſatageret: diſpurando, docendo, catechizando, & redncendo. Quotidiano ergo in miniſterio Eccleſiaſtico dum Apoſtolaretur; geminam tàm ſibi, quàm Cooperarijs Capuccinis peculiarem facultatem neceſſariam ſnrè animaduertit: primam Hæreſiarcharum legendi emiſſa damnata volumina: ſecundam, à profanis pollutas Sacras Ædes reconciliandi: pro vtraq; enm apud Romanam Curiam poſtulaſſet; poſtularorum permiſſionem, & conceſſionem accepit. Biennio igitur ſuæ in Draconerio reſidentię expleto, luſtis de cauſis illius animum mouentibus, Fr. Valerianus de diſceſſu cogitare oceptauit, ſuum attamen cngitatum non priùs executioni mandauit, quàm per litteras ſnperinribus annuntiaſſet, à quibus reſponſali oraculo exeepto, inibi eum Collegis perſeuerare, nec inde recedere abſq; ſpeciali Romani Pnntificis permiſſione iuſſus eſt Sterit igitur in Præfecturæ officio, & Apoſtolico miniſterio, donec Capitulatiũ Patrũ voto ad maiora regularia munera adminiſtranda intra Clauſtra aduocatus, Ciniatis Ianuenſis maioris Conuentus & Guardianus extirit electus, & Diffinitor ſubrogatus. Ipſe autem antequam Apoſtolica Præfectura ſe abdicaret; canonicæ Capuccinorum Miſſionum inſtitutionis, & fundationis intra Subalpinas Valles authentica chirographa quaterna à quaternis Præſulibus, nempè à Reuerendiſs. Nuntio, Archiepiſcopo, & Inquiſitore Taurinenſibus, pariter & a Generali Abbariali Pinerolienſi Vicario (quæ ſuis numeris fideliter dedimus) reportauit: poſtquam Perrerij, Petruxiæ, Draconetij, Accelij, & Sancti Damiani quinque Eccleſiaſticas Cuſtodias ipſe firmaſſet.

Ann. Chr. 1597.

Draconeriſ pergit.

Ann. Chr. 1598.

Pro ſuo miniſterio laborat.

Ann. Chr. 1599.

1600.

1601.

CALCVLVS SECVNDVS

Fr. PHILIPPI à PANCALERIO, Capuccinorum in Subalpinis Missionum Præfecti per annos 1602. 1603. 1604.

RAtioc. 3. Calc. 2. num. 4. Ecedenti Fratri Valeriano In Missionum præsidentia anno secundo vltra sexcentos & mille succesſit Fr. Philippus à Pancalerio, probatus iam, & expertus Apostolicæ militiæ agonotheta. Capuccinus hic Sacer Declamator (vt fusiùs infra notamus) vir erat acerrimi ingenij, subtilioris Intelligentiæ, feruentioris, & expeditioris executionis, rerum gerendarum peritia præditus, in actione prouidus, in prouidendo solicitus, & in solicitudine impiger, atq; infatigabilis, qui olim sęcularis grammaræi ministerio in Ducali Cancellaria operam dederat. Religiosæ ergo modò militiæ, pariter & Capuccinorum Apostolico agmini Præfectus Fr. Philippus, opportuno tempore sibi collatæ Præfecturæ à Reuerendiss. Nuntio Contado Tartarino reportauit authenticum testimonium. I.

Prouidus hic, & oculatus Apostolici operis director suo in primario ad nouiter Taurinum appulsum Reuerendiss. Nuntium Tarrarinum prædictum, anno superiori, nempè initiati sæculi septidecimi priori accessu, pro Missionum processu, & Missionariorum progressu concessas iàm, & alias communicatas Euangelicis Capuccinis Operarijs facultates in primis confirmandas postulauit, & impetrauit: vti ex proprijs numeris editis apographis patet. Datis igitur authenticis patentibus, cum proximorum seruandæ auctoritatem accepisset; tum propriæ, tum suorum præseruandę conscientiæ declaratiuum auctographum ab eodem Apostolico Ministro, & Nuntio obtinere curauit. Quia enim Minoribus Fratribus totalis pecuniarum vsus interdicitur, & sola mendicitate viuendum præcipitur; quod in Ecclesiasticis Castris militantibus, pariter & inter Infensissimos hostes religiosorum osores degentibus, inq; sterilioribus, & pauperioribus regionibus commorantibus valdè difficile, ne dicam impossibile redditur: ideo ex Ducali primo, postmodum ex Apostolico ærario pecuniaria stipendia à principio religiosis militibus præstabantur, quò à mendicandi quotidiano onere expediti, liberè & ledulò Operarij Apostolici Euangelicę culturę ex professo, & independenter ab extraneis incumbere valerent. Ne igitur demandato muneri insistentes, proprię professionis transgressioni, & regulę præuaricationi succumbere contingeret; dispensationem à mendicitate, simul & pecuniarum non liberum, & absolutum, sed iuxta regulæ, & Pontificum præscriptas limitationes vsum & postulauit, & impetrauit, relato ad hoc legitimo rescripto supra calculato, Dat. Taurini die 15. Ianuarij 1602. II. Ann. Chr. 1602. Suæ, & suorum consulit conscientiæ.

Igitur tum præsidentię, tum Apostolici Ministerij postquam opportunas, & necessarias facultates tàm pro se, quàm pro Capuccinis Commilitonibus, Coapostolicisq; Cooperatoribus retulisset Fr. Philippus; dum parum se suisque profecere animaduertit, si altera tantummodo manu, nempè spirituali poreſtate niterentur; voluit sęcularis Dominationis alterius brachij validiùs subsidium aduocare: quapropter à Carolo Emmanuele I. Serenis. Sabaudię Duce, cui iam olim in sęculo notus fuerat, edicta & rescripta, sanctiones, & ordinationes efficaciores multas per eò grua, & discreta tempora, & accidentia promulgandas curauit, quas cum proprio Ducum Ratiocinio, & calculo distinctè enumerauerimus; epiromaticam hic dùtaxat earum epigraphen recolendam censuimus distinctis, & discretis sub annis cuulgata cuncta simul hoc numero colligata decreta consignando. III.

Primò. Die 25. Februarij ann. 1602. insigne illud memorabile edictum Hęresium, & Hæreticorum antidotum interdictiuis decem capitibus. Decreta plura pro suo munere refert.

Secundo. Diebus 8. & 10. Martij, & 2. Maij geminas prouisiones pro promulgati supradicti Canonis obtemperatione. Ann Chri. 1602.

Tertio. Die 28. Maij eiusdem anni nouum Decretum aduersus Petruxinos Caluinistas, de infra quindecim aut abiurando, aut abeundo.

Quartò. Die 12. Iunij eiusdem anni aliud consimile pro Marchionensibus Sectarijs, signanter Draconerij, & Villaris Sancti Constantij aut reducendis, aut ejciendis.

Quintò. Sub die 8. Iulij eiusdem anni binas præceptorias epistolas ad Marchionenses regiminis politicos, & ciuiles Magistratus, pro promulgati edicti exactiori exequtione.

Sextò. Die 5. Septembris eiusdem anni cunctis suæ Dominationis Iudicibus, ac Magistratibus datum decretum pro Fratri Philippo, & collegis cunctis Missio-

narijs

narijs latarum legum Apostolicarum, & Ducalium obseruantiæ incumbentibus
IV. fideliter assistendo, pariter & ope, ac opera cooperando.

Rebelles increduli peruicaciores, & contumaces plures diuinarum, & humanarum legum præuaricatores, pariter & contemptores vbiq; à Tribunalibus damnati, electi, & proscripti, exilio quidem mulctati fuerant; sed à patrio solo exulare detrectabant, nam vel intra domesticos lares latitantes perstabant, vel ad Villarium Sancti Constantij Abbatialis iurisdictionis Oppidum refugiebant. Vnde inde vt eos deturbaret Fr. Philippus Ecclesiasticarum Excubiarum Magister; ab Generali proprij Abbatis Vicario, tunc Reuerendissimi Nuntij Auditore.

Primo. Sub die 6. Septembris ann. 1602. expulsuam prouisionem remlit.

Aduersus proscriptos Sectarios iura reportat.

Secundò. Sub die 29. eiusdem mensis ipsiusmet anni contra eosdem à Gubernatoribus, & Marchionensis Prouinciæ Magistratibus diploma inuocationis, & concessionis auxiliaris brachij sæcularis procurauit.

Tertiò. Sub die 6. Ianuarij 1603. quia proscripti sceleratiores per abscondita, & remota posticis circumeuntes Fidei, progressum, & liberum Apostolici Ministerij exercitium impediebant; nouum expulsiuum eorumdem edictum à Draconerensi Gubernatore edendum curauit, in virtute Ducalis ordinationis.

Quarto. Sub die 9. Maij ad eumdem effectum, præceptinam litteram à Præside Marchionalis Iustitiæ ad Marchionēsia Oppida, & proscriptorum patrias exarandas reportauit.

Quintò. Tandem quamplurimas pro contingentium euentuum, & temporum exigentia prouisiones, & sanctiones, præceptiones, prohibitionis edicta, interdicta, rescripta. declarationes, concessiones, reuocationes, carcerationes, & relaxationes, permissiones, indulta, exemptiones, & condonationes obtinuit à Catholica pietate Caroli Emmanuelis I. Ducis, & huius Ducalis dominationis Magistratibus.

VI Solicitus Apostolici operis Præfectus à perduellibus Sectarijs Ecclesiastico Regno & illata damna vt repararet, & imminentia discrimina vt auerteret; de Euangelica specula contemplans, animaduertit, plura adhuc Italica Ostia incusto dita insidiantibus occiduis hostibus Religionarijs negiecta patere, haud sine grauiori Fidei Catholicæ & periculo; & detrimento. Quapropter hoc anno secundo post sexcentesimum miliesimum, annuente, & solicitante Reuerendissimo Carolo Brolia Taurinensi Archiepiscopo, in illius Diœcesis Secusina Vallis Mathici, & Medianæ nonam Capuccinorum Missionem constituit, & firmauit. In Castridelphini Satrapia eiusdem Diœcesis, ab eodem ter Reuerendo Antistite Foraneus Vicarius factus, alterius Apostolatus primordia posuit, quem postea anno sequenti in S. Eusebij Villa perfectè stabilsiuit, eo missis geminis Capuccinis Operarijs, qui in adeo periculosa, & considerabili statione, in qua impunè grassantur Hæretes, attetius inuigilarent, atque Orthodoxam religionem propugnarent. Pro vniuersa rursus Varaytana Valle, ad cuius iatiores fauces vt excubarent Vigiles Ecclesiastici, circa finem secundi, & initium tertij decurrentis sæculi septimidecimi anni, tertiam suorum Coapostolicorum Pugilum Custodiam in Verzolio, Hæretica tūc tabe laborante, insigniori Oppido collocauit, & frequentioti sua residentia confirmauit. Cumq, de his, & consimilibus Euangelicorum Operariorum, suorumq; pariter & commilitonum Capuccinorum laboriosis egressibus, ac processibus opportunas per tempora relationes Romam transmitteret; Beatissimus Pater Clemēs VIII. seruorum fidelium fidelis, & proficuæ operationis, ac fatigationis frequentiori nuntio mirificè recreatus, & plenariè contentus! in Ecclesiasticis Castris strenuè adeò decertantibus de Apostolico ærario congrua stipendia, ideò pro necessaria alimonia pecuniam suppeditari, & subministrari mandauit, per litteras Eminentiss. Aldobrandini Fratri Philippo Roma Draconerium datas 12 Kal. Ianuarij 1602

Nouas Missiones fundat.

Ann. Chri 1602.

Operariorū fatigationes Sanctissimo per litteras annuntiat.

VI. De recenti institutarum Secusinę, & Verzolienſis quidem Capuccinorum Missionis confirmationi insistebat Ecclesiastici agminis dux, & director Fr. Philippus, sed & de nouo tertio hoc anno in Castrodelphino collocarę sinorū Stationi studebat: quamobrē à Reuerēdiss. Taurinensi Archipræsule (vacabat namq; tunc tēporis Apostolica Nuntiatura) necessariæ Ecclesiasticæ supellectilis, calicis, & paramētorum pro sacrosanctis mysterijs conficiendis, simul & denariorum pro de nouo emissis Ministris sustentandis sufficientem prouisionem procurauit, & sic asperrimis illis in alpibus extremis Hesperiæ recessibus Excubitores, & Vigiles religiosos constitutos firmauit. Nequaquam tamen singularia curans, Apostolico operi communia necessaria subsidia procurare negligebat: ab eodem namq; Taurinensi Archiepiscopo, illi ab initio per Romanum Pontificem Capuccinis Missionarijs subdelegandam à Casibus in Bulla Cœnę Reseruatis absoluendi facultatem delegatam, iàm pluries olim Fratri Valeriano & Collegis communicatam, Fr. Philippus Superiori anno, tàm sibi, quam Coapostolicis Stationarijs rursus commu-

Ann. Chri 1603.

Pro singulis & omnibus, inuigilabat.

nican-

nicandam, & confirmandam reportauit. Iterum ab eodem pro deputatione, & nominatione substituti in eleemosynis peenniarijs pro Capuecinorum necessario commeatu expendendis, opportunam declarationem emanare effecit.

VII. In principio superioris proximè elapsi anni secundi præsentis sæculi, Augustæ Taurinorum extremum suum diem clauserat Reuerendiss Conradus Tartarinus Episcopus Forolmiensis, Nuntius Apostolicus vigilax Apostolici Operis: vnde Preces ex-tempore, per multiplicatas suas litteras Cardinali Aldobrandino datas, & nouam Taurinensis Nuntij prouisionem solicitabat, & antiquas per Reuerendiss. defunctum Nuntium Missionarijs concessas facultates à Romana Sede confirmandas expostulanit: cuius postulationibus benignè inclinatus Supremus Hierarcha, dum de pronidendo Nuntio consultat, concessas olim spirituales potestates Apostolicis Operatoribus confirmat, per Eminentiss. Albodrandini epistolam idibus Aprilis 1602. Cuius quoque per nouas litteras Roma 17. Kal. Martij exaratas anno 1603. & à suo Prædecessore Fratre Valeriano, & à se in tota Marchia Salutiarum statutas quinque Capuecinorum Custodias nequaquam remouendas, quinimmo (si opus fuerit) augendas de nutu Sanctissimi mandatum accepit. Eisdem rursum & mense, & anno ad recenter Taurinum appulsum Reuerendiss. Apostolicum Nuntiũ, D. Paulũ Tolosã Episcopũ Bouinensem accedens de more pro se, suisq; Cooperarijs necessarijarum facultatum consuetum diploma postulatum reportauit. Verùm enimuerò quoniam nonnulli tùm sæculares, tùm regulares Prælules Fratri Philippo à Reuerendiss. Nuntio Tartarino collatam Præfecturæ auctoritatem, Apostolicasq; facultates, declarationes, & concessiones, expirata concedentis auctoritate, in dubium reuocabant: ipse virtute litterarum Pontificis iussu, & oraculo editarum, obtento à recenti Apostolico Nuntio Bouino ampliori exarato chirographo, auctoritates, facultates, concessiones, & declarationes omnes, & singulas ab illius Reuerendiss. prædecessore sibi, Coapostolicisq; Operarijs concessas validas esse, & semper fuisse, nec aliquando cessasse, canonicè declarandum curauit, Taurini die 20. Aprilis 1603.

Cõfirmationẽ spiritualiũ facultatũ petit, & reportat.

Necessaria pro Missionibus curat.

Ann. Chr. 1603.

VIII. Cum igitur & Missionum Præsidis à Reuerendiss. Nuntio, & Castellanæ Satrapiæ Delphinensis Vicarij Foranei ab Archiepiscopo Taurinensi delatis muneribus prælatè fungeretur Frater Philippus; zelotis viri, & religiosi Fidei propugnatoris studio allectus Reuerendiss. Pat. Franciscus Cieada, Marchionensis Inquisitor, Sancti Officij Generalem Vicarium in vniuersa sua Marchionali ditione, dato diplomate, illum, & pro tempore successores in Apostolatu constituit 8. Kal. Maij 1603 Vnde Verzolij in Pago sub hoc tempore degens, nec dum contumaces proscriptos in totum electos animaduertens, nouas brachij secularis prouisiones illorum pro electione procurauit: signanter aduersum Ludouicum Malherbam, verè herba pessima, quæ ad instar graminis, sub simulationis terra serpens, scandali offendiculà in via immaculatæ religionis fidelibus obijciebat: petulcaeem igitur contumaceu, & dolosum furem, ac latronem in insidijs cum perfidis latitantem efficacioribus reseriptis compescendum, atque effugandum sategit.

Sanctæ Inquisitionis Vicarius, proscriptorum electionẽ curat.

IX. Et verè, atq; fideliter satis egit Ft. Philippus, qui per olympiadem hanc primam sitæ Missionum Præfecturę ternas, nempè Scensię, Verzolij, & Castridelphini Apostolicas snorum Excubias fundauit, & olim fundatis adauxit: quaternæ iterum, idest Cadralensis primordia struxit, & initiauit. Dum verò in Salutiensi Marchionatu tum per se, tum per suos collegas, & cooperarios Capuecinos infatigabiliter operatus est, Euangelizando, docendo, catechizando, disputando, confutando, vel confirmando, peragrando, circuiendo, ad vsque euidentiora, & manifestiora propriæ vitæ, ac salutis discrimina enitendo, ad duo millia tercentos, & triginta duos reduees ab Heresi resipiscentes Catholicorum albo descripsit, & Catholicæ Ecclesiæ reconciliauit. Vnde sęlicis recordationis Reuerendissimus Episcopus Salutiensis Iunenalis Ancina in euidentioris veritatis testimonium sæpè sepiùs publicè asseruit: in sua sola Diœcesi, olim Caluinistica lue infecta, triginta & tria Oppida Fratris Philippi, & Cooperariorum Capuccinorum ope, opera, & industria ab Hęretica infectione breuiter expurgata extitisse.

Plurimũ in ministerio laborauit.

nican-

CALCVLVS TERTIVS

Fr. VALERIANI PINEROLIENSIS, secundò Præfecti in Subalpinis Missionum Capuccinorum, ab anno 1605. ad ann. 1611.

I. OB præsenti anno de Romana Pontificali Cathedra morte sublatum Clementem VIII. Pontificem Maximũ, Apostolici operis in Subalpinis promotorem, cessationem aliquam nostrorum Missiones accepisse videbantur. Verum mox vt in defuncti locum assumptus fuit Camillus Burghesius Romanus Cardinalis, qui creatus Summus Sacerdos Paulus V. extitit nuncupatus, & Reuerendissimo Taurinensi Nuntio, & Ianuensis tunc Prouinciæ Præsulibus de destituris Missionibus restituendis Missionarijs expresè mandauit: vnde Fr. Gabriel Casalensis Prouincialis Minister, vt Romani Hierarchæ & mentem, & iussa exequeretur; priùs per delegatum præcursorem, postmodum per se ipsum subalpinas regiones visitans, inter alpinis stationibus septẽ Excubitores, iuxta Reuerendissimi Nũtij placitũ, & postulationẽ restituit, & tribus adhuc superstitibus superaddidit hoc anno quinto extra sexcentum & mille: in Missionum Præsidem cunctis præficiendo Fr. Valerianum Pinerolien sem, veteranum Apostolicæ militiæ Agonotheram, iàm olim per olympiadem præclarè huiusce modi ministerio perfunctum, & tunc Guardianatus munus in Taurinensis Ciuitatis maiori Conuentu Sanctę Mariæ de Monte exercentem, vti ex eius chirographo, Carmagnoliæ tertio nonas Octobris signato, satis liquidò constat: cuncti ssis cunctis suis Capuccinis Pugilibus præcipiens; vt in omnibus, & per omnia à se constituti prudentissimi Præfecti directioni subiacerent.

Ann. Chri. 1605.

Fr. Gabriel Casalensis Fratrẽ Valerianum Pinerolienrẽ Præfectum secũdò constituit

II. De huius posteriori Frattis Valeriani Præfecturæ administratione, licèt nihil speciale, aut peculiare veteta nostrorum monumenta signauerint; illud tamen pro certissimo indubitanter tenendum; quòd primarius hic, & primicerius Apostolici operis auctor, promotor & director tuæ præsidentiæ tempore, nempè quinquennio durante, & Fide negotium fouere, ac promouere, & promouentibus Euangelicis Collegis fauere, patrocinari, opitulari, auxiliari, & modis omnibus succurrere, pariter & accurrere non desiliterit, coram vtriusque Principatus poreſtatibus illorum causas agendo, facultates spirituales, & temporalia subsidia procurando: pro locorum, temporum, & personarum opportunitate, tùm nouas prouisiones, tum antiquarum confirmationes, vel Operationum mutationes, remotiones, accersionesq; prudenter proponendo, & disponendo: eligendo habiles, subeligendo magis idoneos, ordinatos autem, ac approbatos, & admissos emittendo, cunctaq; suo muneri, & oneri propria requisita, & debita opportunè præstando. Vnde cũ præsentis sæculi septimidecimi peracto secundo lustro, nouam Capuccinorum Missionem in Cadralij Villa ad Granæ Vallis valuas statuere decreuisset Reuerendiss. Dom. Petrus Franciscus Costa Apostolicus Nuntius; Fr. Valerianus Præfectus (vt credere iuuat) Fratrem Bernardum à Porta-Mauritio insignem Operarium, pro decreto opere, præsentauit, & approbatum ad Paduanam primo, postea verò ad Granentem Conuallem destinauit: vbi sub illius auspiciis pariter, & directione Cadralensis Apostolatus prima fundamenta posuit, & fæliciora incrementa breuiter (vti suis numeris computamus) superposuit: Ipse verò Præfectus, cum prænemoratus Reuerendiss. Nuntius Taurinum primùm appulisset anno septimo extra sexcentum & mille; à prædecessoribus collatas, & toties Apostolica auctoritate firmatas facultates, nouo recentis Nuntij diplomate Missionarijs dato, stantibus in Custodia Vigilibus Capuccinis confirmari petijt, & obtinuit.

Ann. Chri. 1606.

1606.

1608.

Præfectus munera propria solicitè præstat.

1606.

1610.

CALCVLVS QVARTVS

Fr. PHILIPPI à PANCALERIO secundò Capuccinorum in Subalpinis Missionum Præfecti, ab anno 1611. ad ann. 1616.

I. SVb his temporibus Frat. quidem Valerianus Pinerolien sis à Fratre Gabriele Casalenti, olim Prouinciali Ministro quondam delatum & officium, & Missionum Commissarij titulum præferebat: verum grauioribus intra claustra regu-

larium

larium sublimiorum munium occuparionibus ipse detentus, vices suas circa Apostolicum in Subalpinis stationibus opus, & ministerium dirigendum Fratri Philippo à Pancalerio Missionum promotori, & conseruatori acerrimo administrandas libenter permittebat. Ille autem licèt habituali podagræ ægritudine, vt plurimùm, detentus domi teſidere cogeretur; quæ foris tamen in Apostolico ministerio gerenda erant, & quæ pro Euangelicis Ministris prouidenda veniebant, curare, & procurare nequaquam negligebat: quinimmò in Ecclesiarum, & Fidei necessitatibus interpellatus, vti valebat, interpellantibus succurrere pro viribus volebat, & nitebatur. Quamobrem vt strenuus, & infatigabilis Catholicæ religionis & propugnator, & promotor sæpè sæpiùs ab Hierarchici ordinis potestatibus, & potentatibus de cella ad stadium prouocatus, quiescendi tempore in agonem iterum descendere compellebatur: vnde non priùs militiam Ecclesiasticam, quàm vitam hanc mortalem deseruit.

Solicitè pro Præfectura inuigilabat.

Ad clastrum regressus podagrosus, aliquando in suo lectulo iacebat, vel ad summum reprabat, seu difficulter admodum claudicabat, quando periclitantis Fidei discrimine perurgente, Reuerendiss. Dom. Nuntius exercitæ militiæ defessum militem iterum in campum egredi, atque ad Apostolicam, pariter & Seraphicam Ecclesiasticam aciem dirigendam, & ductandam progredi Fratrem Philippum procurauit daro peculiari diplomate.

II. Ann. Chr. 1612.

Ad certamina veteranus prouocatur.

Quid autem tursum in arenam descendens validus hic decertator corporalibus viribus inualidus, sed spiritu feruens, & feruenti zelo accensus in prouentum, & profectum pietatis, impietatis autem subuersionem eo toto tempore præstiterit, vel quantum in acie steterit; manuscripta nostrorum testimonia non loquuntur: referuntur dumtaxat ab eo, pro Apostolico ministerio confirmando, & exercendo, quæ sequuntur, reportatæ à pluribus Præsulibus prouisiones.

III. Ann. Chr. 1612. 1613. 1614. 1615.

Prouisiones pro Missionibus plurimæ portæ.

Anno 1616. die 6. Iulij à Reuerendissimo Camillo Balliano Taurinensi Inquisitore epistolam declaratoriam, confirmatiuamq; obtinuit, circa perpetuam validitatem omnium facultatum à cunctis Patribus Inquisitoribus illius prædecessoribus Missionarijs ab initio concessarum, vti suo loco.

1616.

Anno 1616. die 9. Augusti ad eundem effectum & litteras dedit, & responsionē accepit à Reuerendiss. D. Carolo Brolia Archiepiscopo Taurinensi, à quo plures auctoritates quondam à principio Missionarijs fuerant communicatæ per epistolas, & chirographa suis numeris à nobis signata.

Anno 1616. die 8. 5. Iulij, & 16. Septembris à Reuerendiss. D. Octauio Vialio Salutiensi Episcopo amplum facultatum diploma pro Apostolicis Operarijs retulit, quod peculiaris illius calculus refert.

Anno 1616. die 14. Iulij à Reuerendissimo D. Carolo Argenterio Monsregalensi Antistite pro absolutione à Reseruatis rescriptum obtinuit, quemadmodum proprijs numeris recensemus.

Anno 1616 Cum a Reuerendissimo Taurinensi Nuntio consuetarum facultatum Missionarijs communicandarum nouum auctographum conficiendum, & concedendum curasset; ab Apostolico Præsule concessum, sibique transmissum apographum vbi Fr. Philippus accepisset: legendoq; cum substantialem clausulam de Missionum locis, signanter Salutiarum Marchia omnissam animaduertisset; ex tempore Donùnum Taurinensem Nuntium, rescribens de consuetæ prætermissa particula, admouit: cui monenti Reuerendiss. Antistes satisfecit, appositionē omissiæ expressionis pollicens.

Anno eodem, die 2. Maij Fr. Stephanus Tendensis Castridelphini in Excubijs tunc inuigilans Fratri Philippo Taurinum, vel Ripulas dat suam epistolam, epigraphem sibi peculiarium factarum facultatum continentem, cuius in peroratione præfati Fratris Philippi, pro nouis necessarijs potestatibus reportandis, patrocinium, fauorem, & operam interpellat: qua ex interpellatione adhuc illum, licèt podagra domi detentum, Apostolico operi præsidere, manifestè datur intelligi.

Mandatū accepit confirmādi libellū iura Missionarij concessa continentem

Hoc eodemmet anno sextodecimo cum sexcentesimo ac milleno, cum Fr. Paulus Cœnas Capuccinorum Generalis Minister, pro consuera Ordinis perlustratione Taurinum appulisset; in Sanctæ Mariæ de Monte principali Cœnobio, coràm conueniente Reuerendiss Nuntio Petro Francisco Costa ad se vocatorum prudentiorum Patrum conuentum, pro Apostolicæ Capuccinorum Missionis in Subalpinis negotio examinando, & confirmando, conuocauit, adstitit autem inter conuocatos non inferiori loco Fr. Philippus à Pancalerio Missionum promotor, & propugnator acerrimus, strenuus Apostolicus inter priores antagonista, Præfecturæ Ecclesiasticæ munere iamdiù perfunctus, de cuius prudentia, scientia, experientia, & rerum agendarum peritia, fidelitate, atq; dexteritate plurimùm confisus Minister Generalis, de congregatorum Patrum consilio, atque sententia singulas, & vniuersas tunc ab Hierarchici regiminis maioribus Præsulibus, tùm à sæcularis dominationis principatibus, & potestatibus obtentas, relatas, & reportatas

IV.

facultates,

facultates, auctoritates, seù potestates, sanctiones, ordinationes, indulta, decreta, tescripta, permissiones, statuta, variaq; vniuersa pro Apostolico in Subalpinis promouendo reportata legitimè & iuridicè continentem codicem vt conficeret, compilaret, & ordinaret, illi dedit in mandatis. Sui igitur Generalis Patris, & Pastoris iussis obtemperans, & mandata perficiens, demandatum opus aggrediens, breui temporis intercapedine epiromaticum librum cunctarum pro Missionibus editarum prouisionum confecit: ex quo nos plura substantialia, & historialia transcripsimus, immò vniuersa ab eo collecta fideliter retulimus. Ipse autem Fr. Philippus prolixi languoris grauedine diu detentus, tandem plenus dierum, & bonorũ operum, à podagræ, & chiragræ doloribus, afflictationibusq; diù probatus, & examinatus, in nostro Ripulano Conuentu suæ probatæ vitæ cursum religiosè conclusit anno Domini 1617.

Ann. Chr. 1617.

CALCVLVS QVINTVS

Fratris IOANNIS BAPTISTÆ VERCELLENSIS, Prouincialis Ministri Pedemontana Prouinciæ, & Missionum Moderatoris per annos 1619. & 1620.

I. PEr triennium ab anno sextodecimo currentis sæculi septimi decimi quoniam coram Romana Curia, & nostræ Religionis supremis Prælatis discretio, & segregatio Pedemontanæ à Ianuensi Prouincia Capuccinorum negotium efficaciùs pertractabatur, atq; vehementiùs agitabatur; ideo tùm regularia cœnobia, tùm religiosi cœnobitæ in regione Subalpina commorantes, non per Prouincialem Ministrum communem, vt olim, sed per Commissarium Apostolicum Fratrem Thomam Taurinensem Sactum Oratorem celeberrimum administrabantur, & dirigebantur: à quo pariter Theologi, & Concionatores ex nostris, & nostratibus ad Missiones emittebantur: donec tàm à Sacræ Congregationis de Regularibus Eminentissimis Præsulibus, quàm à nostræ Religionis primatijs Patribus admissa, disposita, & statuta Subalpinæ à Ligustica Capuccinorum Prouinciæ diuisione, ac separatione, in Capitulo Prouinciali Ticini congregato per Fratrem Ioannem Venetum, ad hoc specialiter à Fr. Clemente Netuno Generali Ministro Visitatorem delegatum; communi vtriusque nationis Patrum consensu, & vniformi sensu peracta, electoq; in Pedemontanæ Prouinciæ Ministrum Prouincialem Fratre Ioanne Baptista Vercellense, Mediolanensis Prouinciæ tunc alumno, immò grauissimo, & prudentissimo Patre, qui, vt erat rerum gerendarum peritia, & regularium maiorum munium administrandorum diuturna experientia peritissimus, vbi primùm anno decimonono extra sexcentum & mille de nouo instituræ Pedemontanæ nostræ Prouinciæ gubernacula dirigenda suscepit; protinus ad instaurandas, atq; ad feliciora incrementa promouendas nostrorum Subalpinas Missiones mentem, manumq; applicuit. Illarum igitur statum perlustratus eum fuisset, perspexissetq; tunc Missionarijs consuetas, à quibusdam annis communicari facultates minus idoneas, & sufficientes forè, quàm vt congruè Apostolico muneri in Ecclesiastici Regni profectum sufficerent; in seniorum Congregatione examinatis, perlustratis, & accuratè lectis, ac perspectis iàm olim ab inuitio, & per subsequentia tempora Euangelicis Operarijs concedi solitis spiritualibus potestatibus, harum ex authographis apud nos asseruatis fidelem epitomen extractam, & de Patrum consilio supplici libello, vel postulatoriæ epistolæ incipiens ad Romanæ Curiæ Patres, ideſt Eminentiss. Cardinalem Mellinum transmisit, pro comperenti prouisione postulans.

Diuisio Pedemontanæ à Ianuensi Capuccinorum Prouinciæ.

Missionum restauratio, & restauratione laborat.

Acceptis igitur ab Eminentiss. Mellino Informatorijs, & deprecatorijs pro Missionibus litteris per Reuerendiss. Taurinensem Nuntium, eaque in Congregatione Sancti Officij Coram Sanctissimo relatis, de illius mandato Capuccinis Missionarijs conferendas facultates eidem Renerendiss Nuntio remisit; qui earundem transumptum Fratri Ioanni Baptistæ Prouinciali Ministro, & Missionum directori, & per eum cunctis tùm in Apostolicis Stationibus laborantibus Operarijs communicans, ab illis postulauit; vt si quid in eo, vel illis in concessis facultatibus de mandato exequendo Apostolico muneri, & oneri, aut minus sufficiens, aut non satis congruum, vel deficiens obseruarent, in transumpti margine ex opposito signarent, & quid addendum censerent, consignarent, & apponerent. Igitur Fr. Ioannes Baptista ad Missionarios cunctos cum incluso apographo proposita facultatum obseruatione communem epistolam ex templò transmisit.

CALCVLVS SEXTVS:

Fratris PAVLI MARIÆ *ASTENSIS, Pedemontanæ Capuccinorum Prouinciæ Ministri, & Missionum directoris ab anno 1621. ad ann. 1624.*

I. VIx sui Prouincialatus biennio expleto, podagra præpeditus cum pedester annuales binas consuetas Prouinciæ perlustrationes perficere nō valeret; sponte ministerio se abdicare voluit Fr. Ioannes Baptista Vercellensis: cuius in locum anno vigesimo primo cum sexcentesimo, ac millesimo suffectus, cui electus extitit Fr. Paulus Maria Cluis, & Parritius Astensis, qui olim Canonicus Regularis Lateranensis, clarissimus per Italiæ Vrbes sacer declamator, Abbas pluries, Episcopalibus Salutiensi, & Eporediensi infulis relectis, Capuccinorum cucullam præclegerat. Subelectus igitur ipse in secundum nouæ Pedemontanæ Prouinciæ Ministrum, Missionum quoq; directionem, vti ordinarius, & proprius Missionariorum Prælatus, potestatem quasi Episcopalem super suos in tota Subalpina regione habens, exercendam suscepit: quamobrem, vti hactenus à suis prædecessoribus, in Prouincialibus Comitijs nominatis, vocatis, & electis atque præsentatis mittēdis Euāgelicis Operarijs præsidens, opportunas, & cōgruas prouisiones tū personę, tum ministerij emissis prouidebat, atq; vt fideliter demandato oneri satisfacerent, satagebat.

Præfectus Missionum Subalpinarū creatur.

Ann. Chr. 1621.

II. Circa hæc tempora Pancalerienses pro Capuccinorum Missione proprio in natiuo solo stabilienda expostulabant: vnde Fr. Paulus Maria Prouincialis Minister per litteras re cum Ordinis Generali Procuratore Fratre Hieronymo à Castroferetorum communicata, interpellantibusq; per supplices libellos præmemoratis Pancalerij Oppidanis, Reuerendiss. Taurinensi Nuntio nouæ fundandæ Missionis à Sanctissimo facta potestate, ipse Apostolicus Præsul concessione Pontificis cum Prouinciali Ministro collata, iussuq; Beatissimi explicato, ille, Fr. Paulus Maria scilicet, geminos ex suis Capuccinis Operarijs eò ad Apostolandum misit, & Stationem Ecclesiasticam collocauit. Cum verò loci Plebanus Sacerdos proscripti potiùs, quàm Parochi vitam ageret, & mores præseferret, ac habitum ferret; Fr. Paulus Maria Prouincialis à Fratre Ludouico Nicensi Stationario de populo perniciosa, & sibi molesta, ac infesta Sacerdotis conuersatione, & professione admonitus, efficaciter apud & Sabaudum Ducem Carolum Emmanuelem I. & Philibertum Miliettum Reuerendiss. Archiepiscopum Diœcesanum adeò egit, & postulauit; vt tandem aliquando scandaloso, & pernicioso Plebano amoto, & carceribus maneiparo, nouus exemplatis, idoneus, ac proficuus Rector aduocaretur, & canonicè institueretur.

Pancalerij M. sionē ponit.

III. Anno secundo, & vigesimo post sexcentos, & mille (vti proprijs numeris computauimus) Gregorius XV. Pontifex Maximus Romæ Congregationem de Propaganda Fide erexerat: cuius conscripti Eminentissimi Patres vt institutoris propositum plenius exequerentur, & institutionis finem consequerentur; ad cunctos Regularium Generales per Eminentiss. Sanctum Cardinalem litteras dandas curauerunt, quò per illos admoniti sibi subiecti Missionum Præfecti propriæ cuiusque respectiuè Religionis plenariam de statu Apostolici operis, pariter & Operariorum ad eamdem met Sacram Congregationem relationem ex-tempore transmitterent. Huius igitur transmissionis & epistolam, & iussionem cum Fr. Clemens Netinus, tunc Capuccinorum Ordinis Generalis Minister Fratri Paulo Mariæ per suas litteras communicasset; ille, licèt non Præfectus, sed Director dumtaxat, & Missionariorum ordinarius Prælatus, desideratam nihilominus, & postulatam informationem, & status Missionum notitiam Purpuratis Præsulibus transmittere non neglexit. Cuius tamen neglectum apographum inter domestica nostrorum monumenta hactenus reperire non valuimus. Voluit nihilominus Fr. Paulus Maria per triennium prioris sui Prouincialatus solicitam subalpinarum Missionum curam gerere.

Ann. Chri. 1514.

Exstat de Missionū statu Romā relationē mittit.

CALCVLVS SEPTIMVS.

Fr. IOANNIS à MONTECALERIO, Pedemontana Capuccinorum Prouincia Ministri, & Subalpinarum Missionum Præfecti per annos 1625. & 1626.

I. ANno Magni vniuersalis Iubilei millesimo sexcentesimo quinto cum vigesimo, vndequaque ex vniuersis nostræ Capuccinæ Religionis Prouincijs eõuenientibus Prouinciarũ proceribus, Ministris nempè, & Custodibus ad Generalia Comitia Romæ celebranda, adfuit inter eos Cisalpinę Prouinciæ Prouincialis Minister Reuerendus Pat. Fr Ioannes à Montecalerio, qui proprij officij solicitudine perurgente, vigilantiaque solicitante Subalpinarum Missionum apud Romanam Curiam & curam gerebat, & causam agebat. Præsidebat tunc vniuersali Catholicæ Ecclesiæ in Diui Petri Cathedra residens Vrbanus VIII. inter præcipuos nostræ Capuccinæ Congregationis Patres, Patronos, ac Tutelares bonos, & magnos Optimus, Maximusque recensendus, qui prærecensiti Fratris Ioannis Pedemontani Prouincialis sollertitudinem, solertiam pariter, & sedulam prouidentiam conspicatus, omnium doctrinarum peritia, rerumque gerendarum experientia, simul & singulari prudentia, regularis obseruantiæ zelo, pietateq; ac religione præditum religiosum leuitam admiratus, conspicabilis viri studio allectus, omnibus, & singulis Pedemontanæ suæ Prouinciæ Missionibus, speciali auctoritate delegata, illum, successoresque pro tempore Prouinciales præfecit, vniuersisque Missionarijs Præfectum, & Præfectos imposterum constituit iure peculiari. Facultates namq; Apostolicaq; oracula, & prouisiones, quas hactenus Apostolicis Operarijs per Reuerendissimum Tantinensem Nuntium communicare solebat, Prouinciali Ministro Pedemontanæ Prouinciæ in Præfectum electo immediatè collatas, & per se exercendas, & suis Coapostolicis collegis, pariter & Cooperarijs participandas, postmodum tum ipse Vrbanus VIII. quamdiù vixit, tum successores per tempora conferre hactenus continuerunt.

Ann. Chr. 1625.

Præfectus Missionum subalpinarũ creatur.

II. Romam namque Generalibus Comitijs interuenturus cum appulisset Fr. Ioãnes Prouincialis Minister; coram Eminentissimis Congregationis de Propaganda Fide Patribus compatens, Subalpinarum suæ Prouinciæ Missionum visitationis epigraphem, qua progressus, indigentiæ, prouisionum postulationes, & conuenientia cuncta congruo ordine, exactèq; continebantur, porrexit, quibus opportunè ab Eminentissimo Congregationis Præfecto Cardinali Ludouisio coram Sanctissimo relatis, & ab adstantibus consideratis, in eam communi seu sui sententiam deuenerunt; vt primùm ipsi Fratri Ioanni, post ipsum verò illi in officio successoribus per tempora Pedemontanæ Prouinciæ Prouincialibus Missionum præfecturam conferrent, Missionariorumq; plenariam curam demandarent: sicuti de facto præstiterunt. Eo igitur Apostolici operis Præfecto constituto, absolutoq; Generali Capitulo regresso Sacra Congregatio per Eminentiss. Ludouisij literas, proprio numero datas & pro iàm institutis conseruandis, & pro nouis instituendis in Vallibus Missionibus, à Conscriptis Sacris Patribus Reuerendiss. Taurinti Nuntio tranmissa oracula communicauit, ab eoq; tamquam Apostolici ministerij peritissimo, quonam pacto & Pseudoprædicantes de Conuallibus ejicere, & in Valle Prati-Iallati Euangelicos Prædicatores introducere valerent, requisiuit, sub datum Romæ die 21. Innij ann. 1625. inde quibusdam vix elapsis diebus, nempè die 25. Septembris eiusdem anni à Sancti Officij Sacra Congregatione expeditas per Eminentiss. Bandini epistolam congruas, & necessarias suis Coapostolicis Cooperarijs communicandas, sibi primò à Summo Hierarcha immediatè concessas facultates accepit, electisque, ac præsentatis, per Reuerendissimumq; Dominum Taurinensem Nuntium approbatis communicauit, & participauit, per seq; opportunis locis, ac temporibus administrauit.

Conscripti Patres consulunt Fratrem Ioannem de Missionibus.

III Quoniam verò sequenti anno vigesimo sexto eum sexcentis & mille, quarto nonas Maij à Sacra Congregatione de Propaganda Fide exierat edictum, sibi per Ordinis Generalem Procuratorem indictum, quo Præfecti suarum Missionum exactam (saltem anniuersariam) relationem Purpuratis Patribus tranmittere inhebantur; Fr. Ioannes expeditus, & volucer sibi commissis Ecclesiasticis Stationibus, & Capuccinis Missionarijs visitatis, & perlustraris, abiolutam ad votum tùm locorum, tùm personarum, tùm indigentiarum, cunctorumq; postulatorum enarrationem studiosè digestæ scripturæ consignatam ad Romanam Curiam misit, referendo, pariter & respondendo qualiter, & quomodo in Prati-Iallati Valle, reiectis falsis prophetis, & legitimi Verbi Dei Ministri introducerentur: cuius ad in-

Ann. Chr. 1626.

Relationem Missionũ iterum mittit.

rroductionis, & institutionis effectum prædisponendum, pariter & aditum aperiēdū iàm superiori anno accepto nutu, & Sacræ Congregationis mēte peripecta, Fratrem Bonauēturam Taurinensem, in Castri delphini Excubijs Apostolicum solitum Vigilem Gratianopolim destinauerat. Vnde post non mediocres exanthlatos labores, & laboriosas peractas negotiationes Delphinensium Magistratuum pro noua Capuceinorum Custodia in Prato-Iallato constituenda, nonnullis elapsis mensibus, placitum reportauit; vnde Fr. Ioannes interim triennali suo officio perfunctus, à Prouincialatu cessauit: sed non priùs, quin in Paduſana Valle, & Villa iàm à pluribus annis postulatum, & quæsitum, randemq; aliquando concessum ipse eò geminis Apostolicis emissis operarijs fundauerit, & statuerit suorum religiosorum operariorum Apostolatum; vti supra suis locis dedimus. Proque regularirer, religiosèque viuendo extra Claustra, salubberrima plura monita, & iussa præscripserit.

Paduſanam Missionē statuit.

CALCVS OCTAVVS

Fr. Fr. PAVLI MARIÆ ASTENSIS, & IOANNIS à MONTECALERIO, vtriusque iam secundo Pedemontana Prouincia Ministri, & Missionum in Subalpinis Præfecti ab anno 1627. ad ann. 1635.

I. QVoniam Fratres Paulus, & Ioannes, Ioannes, & Paulus, nostri Pedemontani Clauſtralis climatis gemina clarissima dirigentia ſydera, in Prouincia latus orizonte occidente primo aſcendebat alter per terna integra ſuſtra; eorum in Missionum Subalpinarum Præfectura præclara facinora iterum perluſtraturus, copulatim aptius, quam ſingilatim recenſenda mihi propono de ſecundo hoc eorum miniſterij triennio. A Fratre igitur Ioanne (vti ſupra diximus) circa terminum ſui officij Gratianopolim emiſſus Fr. Bonauentura Taurinenſis Delphinenſis Stationarius, aliquandiù pro grauitate rei pertractandæ, pariter & pertractandi difficultate in Viennenſi Gallia commoratus, circiter Fratris Pauli Mariæ ſecundi Prouincialatus exordium in Pedemontium regreſſus, pro Capucinorum Cuſtodia in Cluſoniam Vallem inducenda apertum ſibi à Magiſtratibus Chriſtianiſſimi Regis acceſſum, & ingreſſum præfato Prouinciali, & Præfecto indicauit. Sibi igitur indicatas, & reportatas prouiſiones ex-tempore per ſuas litteras Sacræ Congregationi de Propaganda Fide ipſe annuntiauit: annuntianti autem eum Purpurati Patres de Cluſonio Apoſtolatu fundando & iuſſa, & requiſita remiſiſſent; ipſe Fratrem Ioannem Vercellenſem, & Guhelmum Montregalenſem, binos Saeros Oratores, tertiumq; Socium Sacerdotem ad Prati-Iallati hæreticali gelu obduratos Vallicolas manſuefaciendos deſtinauit, & nouam Miſſionem firmauit anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo. Exorto poſtmodum inter Gallum, & Sabaudum bellico diſſidio, Religionatij hanc ſibi oblatam opportunitatem nacti, Pedemontanos Euangelicos operarios, quaſi Gallicanæ factioni ſuſpectos, & infenſos (prætexebant illi) à ſuis finibus egredi compulerunt. Verùm enimuerò dum Franci Eccleſiaſtici Stationarij in electorum locum ſuperuenire morantur; Fr. Paulus Maria Præfectus Petruxino Vigili, vt ad Cluſoniam Miſſionem ad tempus exercendam, & de nouo poſitam ſuſtinendam progrediatur, dat in mandatis. Interim ipſe cæteras quoque ſuæ ſolicitudini commendatas Excubias curare non negligit: quinimmò & pro Caſtrodelphinenſi ſpiritualia remedia, & pro omnibus ſimul pecuniaria conſueta ſubſidia à Camera Apoſtolica ſuppeditanda reportat. Quando pariter pro Sectarijs inxta morem in Caſtellana Delphinenſi Sattapia inſoleſcentibus, & poſitos terminos præuaricantibus reprimendis, & compeſcendis, illius Cuſtodiæ Vigilem iterum ad Gratianopolitanum Magiſtratum interpellandum amandat.

Inſtituendę Cluſonię Miſſioni ſtudet.

Ann. Chri. 1627.

II. Quia per emiſſum decretum mandauerat Sacra Congregatio (ſicuti mox diximus) Miſſionum Præfectis, vt ſemel ſaltem in anno de ſibi commiſſis Sacris Excubijs, pariter & Excubitoribus plenariè referrent; quò plenius mandantium iuſſia exequeretur; à Reuerendiſs. Taurinenſi Nuntio pro iuramento ſæcularibus teſtibus examinandis deferendo obtinuit facultatem. & ſic abſolutam informatiuam relationem tranſmittere curauit, eireaq; Eccleſiaſticorum bonorum ab Hæreticis in Cluſonia Valle vſurpatis recuperandos prouentus prudens placitum, & Conteriptis Purpuratis beneplacitum conſilium, atque probatum exhibuit: vti proprijs

Pro omnibus ſolicitus.

Ann. Chri. 1628.

De cęteris Miſſionibus refert, circa Cluſoniam propriū ſenſū exprimit.

II.

Ann. Chri. 1629.

litteris

litteris, aliàs datis, Eminentissimi Ludouisius, & Barbinus Cardinales concessum sunt, à quibus, & à Sanctissimo prædictus Præfectus concessarum Missionarijs communicandarum sibi collatam facultatum auctoritatem confirmari & petijt, & retulit sub die 27. Iunij anno trigesimo sæculi septimidecimi. Quo scilicet annuali curriculo infaustissimo, & fatalissimo excurrente ob Pestis, Penuriæ, & Belli grauissima incommoda, & atrociores euentus, inexorabili, pariter & insatiabili mortali falce recisis, & subiatis Apostolicis Excubitoribus Draconerij, Cadralij, Verzolij, Perruxiæ, & Perterij, ceteris autem grauiter vel pestilentia ab mucrone sauciatis, vel famis inedia coarctatis, ipse Præfectus superstitibus necessaria, & opportuna prælidia misit, in defunctorum verò locum iactas obseruaturos Excubias nouos Vigiles, nempè Fratres Alexandrū Oxibiensem. Franciscum à Monteregali, Martitium à Cena, Mathiam à Cabalariomaiore, Iosephum à Summaripa opportunè iubmisit. Sicq; vacantibus Stationibus, Stationarijque necessariorum penuriam patientibus, præsto adfuit, & subministrauit, neue in insidijs perpetuo vigilantes, in occultis Religionarij nouatores damnatæ Sectæ, in Ecclesiastici Regni odium, incrementa promouerent, occurrit.

Novos Operariorum defunctorū locum subuicit.

Diuersa pro suo munere gerat.

III.

Fratre Paulo Maria triennalis Prouincialatus præclarè suo munere functo, in cessantis Iosaphat iterum Fr. Ioannes à Montecalerio ad Pedemontanæ Prouinciæ ministerium vnanimi eligentium voto fuit secundò assumptus, currente anno trigesimo secundo post millesimum sexcentos. Romam igitur rursus ad Capitulum Generalem congressum vti Prouincialis Minister conueniens; distinctam, & completam relationem informationem, iuxta Sacræ Congregationis præscriptum, de sibi commissis Subalpinis Missionibus Eminentissimis Patribus præsentauit, & pro expositis indigentijs prouisiones opportunas obtinuit: regressus autem & à Sanctissimo per Contectipros eosdem Patres iussus, anno secundo suæ Præfecturę, & ministerij de nouo constituit Capuccinorum Missionem (vti infra proprio calculo computamus) in Sturianę Demontij Valle. Reuerendissimo Salutiensi Antistiti pro Paduanis Vualdensium quitquilijs (idest Hereticis) eliminandis inseruiit ope, opera, & Ministrorum Euangelicorum operantium prouisione.

Ann. Chri. 1631.

Ann. Chri. 1633.

IV.

Durante denique commissi sibi, ac demandati ministerij triennali cursu nunquam stetit, quinimmò singulis annis semel saltem Stationes vniuersas, per Interalpinas Valles distributas, percurrens, & perlustrans, stantium Excubitorum præclara molimina fouebat, promouebat, laborantium necessitatibus succurrebat, Ecclesiarum, vel fidelium exigentijs pro suo munere accurrebat, cunctis præsto adesse festinabat: propterea ab vtriusque potestatis, siue dominationis spiritualis, ac temporalis principatibus & opportuna auxilia expostulabat, & prælidia congrua reportabat, pro vtriusque hominis saluatione, vel conuersione: de quibus omnibus à se gestis, perspectis, & obseruatis antequam poltremò huic suo secundo triennij vltimum colophonem imponeret, denuo deleriptam, & calculatam integram relationem, & de Apostolico instituto apud Cisalpinos informationem de Propaganda Fide Sacræ transmisit Congregationi anno millesimo trigesimo quinto.

Ann. Chri. 1634.

Missionum vtilitas.

1635.

CALCVLVS NONVS.

COMMVNIS

Fr. Fr. MICHAELIS ANGELI à Taurino, AVGVSTINI à SAVILIANO, & ANTONII MARIÆ ASTENSIS, Pedemontana Prouincia Prouincialium, & Missionum Præfectorum ab anno 1635. ad ann. 1653.

I.

VIr Prouinciæ Pedemontanæ clauo moderando manum admouerat in Ministrum electus, currente anno trigesimo quinto extra sexcentos & mille Fr. Michael Angelus Taurinensis, vir prudens, prouidus, & maturiotis consilij, benignus, humanus, pariter & affabilis; quando simul, & semel sibi concrediti Apostolici operis statum contemplans, & examinans animaduertit quinquennium durationis concessarum facultatum iàm iàm termino appropinquans expirare: quare ex templo apud Romanam Curiam pio suo munere litteris postulans, communicatarum, atque communicandarum confirmationem ab Vrbano VIII. Supremo Præsule reportauit, reportatasque cunctis in Excubijs Cisalpinis inulgilantibus Stationarijs hoc eodem anno communicauit: Facta potestate Fratri

Ann. Chri. 1635.

Confirmationem spiritualium facultatum reportat

Ioanni Fossanensi in Castrodelphino laboranti ; vt quæ præ multitudine indigentiarum , & postulantium spiritualia subsidia , minora , siue Sacramentalia consueta ipse per se administrare non valeret, per collegam Sacerdotē subministrare posset.

II. Hoc eodemmet annuali curriculo coram Sacra Congregatione de Propaganda Fide Missionis in Clusoniam Vallem inferendæ negotium iterum propositum & pertractatum fuit, Prouinciali quc Ministro , & Præfecto exarare venerunt ad hoc litteræ: sed eum ob bellicę seditionis tumultum aduentantia plura obuiarent; non vltra circa propositum progressum fuit . Bene tamen processit Fr. Michael Angelus in translatione facta eum Demontanis Confratribus de Misericordia pro angusta domuncula Capuccinis Missionarijs concedenda . Quinimmò anno sequenti , nempè millesimo sexcentesimo trigesimo sexto in Soana Valle , postmodum ante , & necessaria (saltem ex maiori parte) suppeditante Domino Antonio de Ferraris, Taurinensi prediuite mercatore , ex præindicata Conualle oriundo , nouam Capuccinorum Missionem pro solo Pœnitentiæ Sacramento administrando, & Dei verbo disseminando instituit , & constituit , vti fusius proprio Ratiocinio calculatur.

Pro Clusonij, Demontij, & Vallis Soanæ Missionibus operatur

Ann. Chri. 1636.

1637.

1638.

III. Succedit in Pedemontanę nostrę Prouincię Prouincialatus Ministerio Fratri Michaeli Angelo Fr. Augustinus Saulianensis , regularis disciplinę exactissimus, & accuratissimus professor , arq; obseruator religiosissimus : homo non minus morum integritate , & grauitate , quàm eruditionis sublimitate, sine profunditate insignis , qui secundò Prouincialis, & Præfecti ministerij anno, nempè nono cum trigesimo percurrentis sęculi septimidecimi , à Reuerendiss. Domino Iacobino Marenco Niciensi Episcopo rogatus, ab Amod. Reuer. nostro Generali Ministro Fratre Ioanne à Montecalerio , immò à Sacra Congregatione de Propaganda Fide iussus , in Vari Valle intra Italię, & Gallię conterminos limites nouam Capuccinorum Starionem Ecclesiasticam statuit , & constituit : eò geminis religiosis Sacerdotibus ad apostolandum sub sua Præfectura missis . Commissas autem, & proprię Præfecturę officio concreditas Missionarijs communicandas facultates cum termino iam proximas cessare animaduerteret ; consueram post quinquennium à Summo Hierarcha Vrbano VIII. confirmationem impetrauit .

Fr. Augustinus Vari Missionē statuit: Facultatum confirmationē obtinuit .

VI.

IV. Cumque de nouo firmatas , & relatas ab Apostolica Sede spirituales potestates suis collegis de more per litteras, vel viuitando communicaret; dedit eis in mandatis , vt quanto citiùs peculiaria, & quotidiana in profectum Fidei Apostolicæ propria gesta fideli , & congruo scripto digesta ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide plenariè transmitterent: quod illi ex-tempore perficere nequaquam omiserunt . Misit rursus & ipse prereeensitus Præfectus Castrodelphini Excubitori speciale monitum , vt quę Ecclesiastici Regni in prouentum perpetraret ægregia facinora , per suas litteras Reuerendiss. Taurinensi Nuntio datas , crebrius annuntiarer : à quo Reuerendissimo Apostolico Præsule pro Missionariorum perurgentibus calamitoto hoc anno quadragesimo cum millesimo sexcentesimo necessitatibus imbuendis congrua , & opportuna subsidia postulauit, & reportauit , Prœmemoratæ autem Sacrę Congregationi de Propaganda Fide, pro suę Præfecturę occurrentibus nonnullis auferendis difficultatibus , ipse litteras exarauit : & quamdiù in Prouinelalatus ministerio laborauit pro Apostolici operis promouendo , & conseruando exercitio collaborare , & cooperari non destitit , per consuetum triennium .

Relationes Romā mādat transmittendas.

Ann. Chri. 1640.

1641.

1642.

Subsidia pro Operarijs postulat.

V. In principio anni quadragesimi tertij post sexcentos & mille, nostris in Prouincialibus Comitijs Prouinciæ Minister electus Fr. Antonius Maria Astensis, vir prouidus , & sagax , rerum gerendarum prudentia, & experientia peritissimus, ad Generale Capitulum eo anno Romę celebrandum progressus, plenariam, & exactam ab Apostolicis pugilibus patratorum præclariorum facinorum narrationem , & informatiuam relationem Purpuratis Patribus præsentauit , nonnullaque à Sacra Congregatione prouisiones postulauit . Absoluris autem Comitijs in patriam regressus, & de quorumdā in speciali, & de omniū in cōmuni suorū Coapostolicorū Vigilum præclarè gestis, Ecclesiasticarumque Excubiarum statu , & indigentia crebriores per litteras notitiam conscriptis Eminentiss. Præsulibus participare nunquam destitit . Vnde ab ijs summopere illius solicitudo , & collegarum strenuitas commendatur .

1643.

Fr. Antonius Maria pro Apostolico opere inuigilat .

Ann. Chri. 1644.

Appropinquante igitur anno quadragesimo quinto extra sexcentos , & mille , quo consuetarum facultatum durationis terminus approximabat ; vigilax Præfectus præueniens in maturitate ad Romanum Pontificem tunc Innocentium X. per litteras clamauit, & postulauit , quinquennalemque de more confirmationem accepit . Hac tempestate quorumdam Sanctę Ecclesię Præsulum , qui Capuccinos non satis equis oculis in Missionum ministerio honorifico aspiciebant, conspira-

VI.

1645.

Facultatum confirmationē reportat.

tione

tione emissos operarios examini subijcere, à Romana Curia postulatum fuit: quorum postulationi, haud vsquequaq; rationabili, tantum abest vt Purpurati Patres annuerint, quin Immò à Prouinciali Ministro, & Prefecto Missionum electos, & approbatos Concionatores, & Confessarios admiserint.

Missionarij Capuccini à Prælatis, nõ ab alijs examinandi.

VII. Anno superiori làm secundò in Prouincialem Ministrum electus Fr. Augustinus Sauilianensis, semelq; & iterum Subalpinis Missionibus Prefectus, vbi primùm ad Petruxię, & Perrerij Conualles, ideſt inibi existentes Capuccinorum Custodias visitandas accessit; admonitus accepit, qualiter Dominus quidam Abbatialis Vicarius supra Capuccinos Missionarios, pariter & intra Abbatiales terminos geminas super illas constitutas Missiones presidentiam, & Prefecturam affectaret, à Sede Apostolica eò missos delegatos operarios iure ordinario sibi subijcere tentans: haud equidem igitur æquis his conaminibus opportunè vt accurreret Prefectus operis Fr. Augustinus; in suorum clientum protectionem, & proprię iurisdictionis defensionem coram Romana curia proclamauit, atq; per exaratas litteras supplicauit. Vnde à sacra Congregatione de Propaganda Fide asseruatiuum oraculum reportauit, per Reuerendiss. Francisci Ingoli eiusdem Saeti Magistratus precipui Grammatæi, ideſt primi Secretarij memorabiles, & considerabiles litteras, à nobis proprio calculo consignatas. Interim demandati officij perduranre triennio, non cessauit Fr. Augustinus à solicita Apostolici operis curatione, & presidentia, pro virili in Euangelica agricultura laborantibus assistendo, prouidendo, & opitulando, vt Ecclesiastici Regni bonum pro suo munere, & onere promoueret.

Ann. Chr. 1648. Pro suo officia & mala arceat, & bona curat;

VIII. Donec rursus in Prouincialatus, & Prefecturę ministerium successorem, expleto triennio, accepit Fratrem Antonium Mariam Astensem, qui & ipse làm secundò in Pedemontanę Prouincię Ministrum suffectus anno quadragesimo nono extra sexcentos & mille, vt sufficienter ea, quę suę presidentrię muneris erant, præstaret; Iterum ad Generalia Comitia Magni Iubilei anno sequenti Romam peruenies, coram conscriptis Patribus Saeræ Congregationis fideliter de sibi commissis Pedemontanis Missionibus referens, consuetam facultatum post quinquennium expiratarum confirmationem ab Innocentio X Pontifice Maximo retulit, & suis socijs participauit. Pro Caltridelphini Apostolica Statione promouenda & coram varijs Tribunalibus ipse postulauit, & Fratrem Paulum Taurinensem in Galliam Viennensem, vt apud Delphinenses Magistratus pro Catholica aduersus Hęreticã Religionem inrerpellaret, destinauit. Solicitauit pariter; vt ceteris suę presidentię commendatis Ecclesiasticis Excubijs, ac Capuccinis Excubitoribus congrua, & necessaria presidia procuraret, & subsidia subministraret in opportunitatibus: pro sua virili in Euãgelicę militię profectum, & progressum promouendo.

Ann. Chri. 1649. Facultates cõfirmãdas procurauit.

1650.

1651.

1652.

CALCVLVS DECIMVS COMMVNIS.

Fr. Fr. IOANNIS *à* FOSSANO, *&* PAVLI *à* NICIA *Maritima Pedemontana Capuccinorum Prouincia Ministrorum, & Missionum Prafectorum, ab anno* 1653. *ad ann.* 1658.

I. CArignani in nostro Capuccinorum Cœnobio, currente anno quinquagesimo tertio cum sexcentis, & millenis, habuerunt Prouinciæ Patres Prouinciale suum consuetum Capitulum, In quo cessanti Fratri Antonio Marię succesſit Fr. Ioannes Fossanensis duplicl' in facto ministerio, Prouincialatus nempè iure electionis, Missionalis autem Præfecturæ ratione delegationis. Vtriusque igitur tàm ordinarij, quàm delegatl muneris administrationem aggressurus, vtriq; sibi imposito oneri omni, qua valebat, prudẽtia ac prouidẽtia satisfacere progressus est per cõtinuatũ triẽniũ regularis suæ villicationis. In Capitulis igitur, siue Cõgregationibus, vnà cum Patribus Diffinitoribus, eligebat, vocabat, præsentabat, & mittebat ex suis alumnis Capuccinis viros religiosos Apostolico operi habiles, & idoneos, missos autem visitabat, & confortabat, Missiones verò fouebat, Euangelica quoque ministeria diligebat, Fidei, Religionisque causas solicitè pertractare, & promouere studebat, sicuti memorabili, insignioriq; experientia demonstrauit. In Petruxina Valle & in adiacentibus Conuallibus, quin in proxima Pinerolienſi Ciuitate, ac Comitatu, immò vniuersa Subalpina plaga periclitabatur Catholica Fides, ex eo, quod perfidi Caluinicolæ Petruxini regia in Gallicana ditione

Ann. Chri. 1653.

positi, subrepto largiori indulto, hæreticalia exercitia publicè, more Gallico, vbiq; ipsa etiam in Pinerolienſi principalioti Villa exercere, & palam profiteri gestiebant. Quod manifestum Catholici Regni discrimen cuncti cum pertimescerent, & detestarentur Cisalpinæ huius Galliæ cordati viri; veri tamen patrocinium in aliena dominatione non inueniebatur, qui susciperet: quamobrem Frater Ioannes Præfectus Missionum à Vigilaci tunc Perruxinæ Custodiæ Excubitore Sacro Fr. Ioanne Thoma Braidensi de imminenti Orthodoxæ veritatis periculo admonitus, cum Patribus & nostræ Religionis Capuccinæ Præsulibus habito consilij sui mysterio, exploratoq; & relato vtriusq; & Sacri, & Sæcularis Principatus oraculo, binos ex suis Capuccinis alumnos ad hanc Fidei causam peragendam Parisios destinare decreuit: sicut autem decreuit, ita & perfecit, habito enim delectu prudentiorum virorum Fr. Fr Thomam à Moretta Theologum, & Concionatorem, & Cherubinum à Pinerolio eximiæ prudentiæ, simul & sagacioris dexteritatis, compositioriſque conuersationis Sacerdotem elegit, vocauit, & ad Christianissimum Regem deprecatores pro Catholica Religione asseruanda destinauit. Destinati ergo isti circa Nonas Nouembris itineri se dederunt, & circiter Idus Decembris Lutetiam pernenerunt, vbi quinque mensium spatio fideliter, & laboriosè totis conatibus, validisq; patrocinijs suffulti, aduersus perfidos coram Tribunalibus enitentes, tandem aliquando pro Religione propitium rescriptum Regium retulerunt. Quot in itinere fatigationes, brumalis temporis iniurias, prolixioris, & difficilioris viæ afflictationes pertulerint: quot in Ciuitate quotidianis cursitationibus per Magnatum, & Procerum domos circumcursationibus fessi fuerint: quot, & quales, ac quantas difficultates, oppressiones, contradictionesq; superauerint, vix credibile fuerit. Illud tamen perpetuò admirabile, atque considerabile Subalpinis his populis erit, quod pauperculi Fratres Minores Capuccini Fidei Catholicæ causam aduersus validissimos aduersarios Caluinistas coram Christianissimo Galliarum Monarcha viriliter propugnantes, Italicas has limitaneas oras ab vlteriori hæretica infectione præseruarunt: Dirigente, & ordinante Fratre Ioanne Ministro Prouinciali, & Missionum Pedemontij Præfecto, Ecclesiasticæ militiæ veterano milite, & strenuo agonotheta, pariter, & solicitiore moderatore. Ann. Chri. 1655.

II. Cui cum anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto circa finem in Prouinciali ministerio suffectus extitisset à Capitularibus electoribus Taurini ad Prouincialia Comitia congregatis Fr. Paulus Nicienſis Capuccinus eximius Theologus, simul & præclarus Ecclesiastes per præcipuas Ausoniæ Vrbes celeberrimus declamator, cum iam olim in sæculo nobiliori stirpe progenitus, Iuris peritiam non vulgariter professus fuisset; in Religione quoq; Prouinciæ Pedemontanæ gubernacula dirigenda suscipiens, congruis tutis prudentia vtebatur. Quamobrem, licèt hactenus Prefectus Missionum immediate a Summo Pontifice in Congregatione Sancti Officij coram eo habita, quando Missionariorum facultates singulo quinquennio confirmantur, nominatus fuerit ille idemmet Pedemontanæ Prouinciæ Pater, qui in Capitulari congressu Prouincialis renunciatus extiterit; attamen quia vix dimidiato lustro ipse Fr Paulus in Prouinciæ Minoistrum assumptus fuerat, suæ assumptionis vix limina ingressus, per Admod. Reuerend. Patrem Ordinis Procuratorem Missionum Præfecturæ diploma à Sacra Congregatione de Propaganda Fide & postulauit, & reportauit, quod sequitur.

Decretum Sacr. Congregationis de Propaganda Fide habita die 6. Decembris 1655.

INstante Procuratore Generali Fratrum Capuccinorum, Sacra Congregatio Præfecturam Missionum dicti Ordinis Prouinciæ Pedemontanæ tranſtulit in personam Fratris Pauli à Nicia Maritima ad triennium cum solitis facultatibus, Iuribus, Priuilegijs &c.

Pro Eminentissimo Domino Cardinali Antonio Præfecta.

Aloysius Cardinalis Capponius.

Dion. Maßarius S. C. Secretarius.

DE

DE CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIBVS RATIOCINIVM OCTAVVM.

SYNOPSIS

Præambuli Numeri Tres.

Alpium Subalpinam; siue Interalpinam portionem, quam sub Christianissimo Francorum Regum dominio incolunt religionarij, Topographicè indicat Præambulus.

Num. I.

Temeraria placita, atque aduersus Regnum, & Reges Sectariorum pernicioſiora dogmata indigitat Præambulus

Num. II.

Francorum antiquorum Regum pro Catholica Religione in Subalpinis conſeruanda, & reſtituenda prouſiones nonnullas exhibet Præambulus

Num. III.

Calculus Primus.

Christianissimi Ludouici XIII. Francorum Regis, ab anno 1615. ad ann. 1644.

Calculus Secundus.

Christianissimi Ludouici XIV. Francorum Regis, ab anno 1651.

Appendix Prima.

Magiſtratus Gratianopolitani ab anno 1605. ad ann. 1655.

Appendix Secunda.

Magiſtratus Pinerolienſis ab anno 1632. ad ann. 1646.

EX CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIBVS,

Capuccinorum Apostolatui in Subalpinis qui & fauerint, & suis fauoribus fouerint.

RATIOCINIVM OCTAVVM.

Præambuli Numeri Tres:

Alpium Subalpinam, siuè Interalpinam portionem, quam sub Christianissimo Francorum Regum Dominio incolunt Religionarij, Topographicè indicat Præambulus

Num. I.

Alpes occidiuèque Italos ab Occiduis populis Tres verò ab Italis Gallos.

HEspericos populos à reliqnis Europęis Occidnis, & Aquilonaribus gentibus seperani,& diuidunt octo prominentiorum Rupium sublimes, ac eminentissimæ Alpes, nempè Iuliæ, Rhetiæ, Lepontiæ, Penninæ, Graiæ, Coriæ, Maritimæ, & Ligusticæ. Ex quibus omnibus tria dumtaxat Montium culmina, siuè Alpestria iuga ab Italis Gallos disgregant, Graiarum scilicèt, Cotiarum, & Matritimarum sublimiora cacumina. Interqnæ declines, seù declinantes nonnullæ profundiores Valles Gallicano sceptro subijciuntur: hę autē computantur Petruxiny ex parte, nempè ad Septentrionem: Varaitana in apice, seù summitate, ideſt in Castellana Satrapia quarnor Delphinensium Pagorum: Clusonia tandem in toto. Hisq; recensitis tribus in Conuallibus impunè grassantur hęretes, vnde inibi Capuccinorum pugilum pro Fide pugnantium Saeras Excubias statuerunt Ecclesiasticæ militiæ Præsides, aut Præsules eum beneplacito consensù, ac plenario gratioto assensu Christianissimorum Regum, integritatem Fidei perpetuò zelantium, & promouere conantium.

Tres Valles sub Gallicano Dominio positę hęresi laborant, ideo in his Capuccinorum Missiones positę

Temeraria placita, atque aduersus Regnum, & Reges Sectariorum pernicioſa Dogmata indigitat Præambulus

Num. II.

Pseudo & sub titulo Religionis Tirannidē affectāt Coccius l. 7. de Hierarchis Eccles.

PSeudodoctores Religionarij quò sub religionis reformādæ titulo honestiori, turpiorem suum ambitum, & affectatam Tyrannidē simularent, & contegerent; Monarchiā, & Principatū, immò Monarchas ipsos, Reges, & Principes populis inuisos reddere callidioribus, licèt irrationabilioribus dogmatibus enixi sunt. Accipite ergo nonnullas selectas infimæ conditionis homuncionum, domi-

nationem

narionem in plebe affectantium, aduersus legitimum Regnum scurriles ineptias ex Coecij ditissimo thesauro depromptas.

I. Ioannes Behaim tympanista, & pecorum Pastor telonia, vectigalia, & tributa negabat persoluenda, vti refert Monsterus lib. 3. Cosmographiæ de Germania.

II. Liberrini libertatem docent ab obedientia Principum, à Decimis, à Censibus, atq; redditibus, Teste Lindano.

III. Martinus Lutherus De Secuiari potestate ait: *Inter Christianos nulla potest esse superioritas. Princeps est Caroserina in Cœlo, desit rara auis: sunt enim Principes Apparitores, Lictores, & Carnifices Dei.* Et epistola contra duo Cesaris mandata: *Mendaces, & obstinati (inquit) sunt Principes nostri, nec homines ratione præditi, sed Germanica bestiæ. Oro cunctos pios Christianos, vt dignentur simul vagare Deam pro huiusmodi misaris exacerbatis Principibus, quibus nos Deus proculdubio magna ira sua furore corripuit, ne vllo pacto obsequamur, vel in militiam ire, vel dare aliquid contra Turcas. Turcas decies prebior est, prudentiorq; quàm nostri Principes. Quid calibas factis contra Turcas prosperi euenisset?*

Idem lib. contra Regem Angliæ addit: *Reputo illos Principes veluti recentes lendes, quæ priusquàm pediculi nascantur, inanes, friuolæq; sunt pelliculæ. Ego autem huiusmodi lendibus benè fauco, vt glorientur, & cantent ibi se residemus nos tendes: sapere caput acbilissimi animalis in terra in crastinus eius. Non famas vilis Prosapiæ, pedicali sunt parentes nostri; magni illi gigantes, qui etiam Romanum Imperatorem Syllam, multosque alios interfecerant.*

Idem de potestate Secuiari sic scribit. *Tales namque Tyranni agunt, sicut agere debent Principes Mundi: Ab initio Mundi admodum rara auis est Princeps prudens, adhuc rarior est Princeps probus. Sunt communiter maximi fatui, aut pessimi nebulones super terrum: quapropter semper pessima quæque ab eis expectanda sunt: parum boni ab illis sperandum est; præsertim in rebus Diuinis, quæ ad salutem animarum pertinent. Ipsi enim sunt Lictores, & Carnifices Dei, quibus vitur ira Diuina in vltionem malorum, & ad externam pacem conseruandam. Magnus Dominus est Deus noster, idcirco Nobiles, Illustres, & Diuites, Carnifices, & Lictores habere vult.*

IV. Thomas Monetarius lib. 3. operum Germanicorum, Lutheri Epistola ad suos sectatores missa, scribit: *Nolite pusillanimes esse, nolite persequi istis phantasticis, & sceleratis Nebulonibus (Principes, ac Magistratus intelligit) diutius adulari; Incipite, & pugnate prælium Domini, iam dudum tempus est. Adhortamini Fratres vestros ad hoc; vt Diuinum testimonium non irrideant; alioquin omnes peribunt. Tota Germania, Gallia, & Italia commota est, Magister vult ludum ludere, percandum est sceleratis Nebulonibus. Verum agite nunc, agite, tempus est, Nebulones isti valdè vecordes sunt vt canes, incitate Fratres vestros, agite, agite, agite, dum ignis calet, curate, ne ignis vester à sanguine frigescat. Fabricamini super istudem Nembroth, dejecte illius turrim.*

Ann. Chri. 1649. En Neotericorum Pseudoeuangelizantium Religionis reformatiua nefaria, immò Sarhanica placita, & infernalia dogmata, quibus impijs susurrationibus edocti Angli, proprium legitimum Regem Carolum prò Pseudotribunali sedentes impiè condemnatum trucidarunt anno 1649.

Cocrinus l. 9 de Hierarchia Ecclesiæ

Legitimis Principibus detrahit: Potestatē adimunt: Vectigalia negant.

Principes ridet, & irridet

Indecora scōmata aduersus Principes

Rebelliones suadent.

Francorum Antiquorum Regum, pro Catholica Religione in Subalpinis conseruanda, & restituenda, prouisiones nonnullas exhibet Præambulus.

Num. III.

Ann. Chri. 1560. 1570. PRærecensita autem, quæ in Germania & sophismaribus persuaserunt, & seditiosis conatibus implere studuerunt Lutherani, eadem prorsus in Gallia & Caluinus edocuit, asserendo: *Quod libertas Euangelica noa sabiacet Regi, nec Principi, nec Magistratibus.* Et Caluinistæ operibus, nempè rebellionibus, & vsurpationibus complere sategerunt, & conati sunt. Viuente enim, & suadente Caluino circa annos 1560. in Franciscum Secundum Regem, Regalemq; totam domum semel, & iterum: Tertiò verò circa annos 1570. in Carolum Nonum, Vxorem, Matrem, & Fratres conspirauerunt Gallicani Caluinistæ, Beza dirigente, Tyrannidem pro Regno in Gallias introducere tentantes. Vnde necessitate compulsus, vt propriæ incolumitati consuleret, præfatus Rex Carolus Hæreticos sui Regni vniuersos vna die, nempè Sancti Bartholomæi festiua, ferro consumandos iusto Decreto mandauit anno 1572. Decretæ autem interfectionis mandato ex parte in Gallicanis Vrbibus exequuto, Rex ab insidijs aliquantulum respirauit. Ab hoc igitur Christianiss. Rege Caroio iã ab anno 1567. die decimanona Octobris exierat Edictum, per Nemeti Ducem, Marchiæ Salutiensis Regium administratiorem,

Ioannes Caluin. l. 4. Instit. cap. 20. §. 32. Seditiones docuit, & opere complere studuit, & Beza post ipsū in Gallia.

Ann. Chri. 1572.

Bellarmin. Chronol. par 2. ad annos circ. 1560.

1567.

stratorem, & Vices Generales gerentem; Vt omnes Religionarij in vniuersa Italica Dominatione Regis Francorum commorantes intra triduum cum tota familia inde egrederentur, nec sine speciali permissione eò reuerterentur, sub pœna internecionis, & bonorum proscriptionis. Iraretert D. Prior Laterementis: Qui supra iàm ab Henrico II. Galliæ Rege, Pedemontium tunc occupante, aduersus Sectarios Subalpinos religiosioris tenoris Edictum iam promulgatum asserit circa annos 1555. Qui rursus refert Edictum ab Henrico III. die octaua Octobris 1577. promulgatum: & ab Henrico IV. mense Aprili anno 1598. Nannetij confirmatum; quo hæretica quatus exercitia circa Montes, nempè in Cisalpina Regia tunc Dominatione, fieri absolutè verabantur. Cum his plurimas simul recentes prouisiones, inquisitiones, & punitiones aduersus Subalpinos, vel Interalpinos Sectarios exercitas de mandato, & à Ministris Gallicanæ potestatis, quæ hæreticam prauitatem supprimere in Italia perpetuò studuit, etsi sibi notis de causis, in suo Regno grassantes hæretes modò non supprimeret, sed toleraret.

L. Mem. Hist. c. 18 & c. 5.

Idem c. 13.

Ann Chri. 1555. 1577. 1598.

CALCVLVS PRIMVS.

Christianissimi LVDOVICI XIII. FRANCORVM REGIS, *ab anno* 1615. *ad annum* 1644.

I.

CIrca finè secundi lustri sæculi currentis septimidecimi Parisijs à perfido Sicario gladio fauciato, & exanimato Henrico IV. Galliarum Rege, Regno præficitur Ludouicus, nomine XIII. defuncti Primogenitus, Princeps Delphinus: qui verè pius, ac Religiosus Religionis, ac Christianæ pietatis solicitus custos, & cultor, sed & acerrimus propugnator, & promotor fuit. Sui namque sæliciori regiminis perdurantibus octonis Olympiadibus inter præclara plura, quæ patrauit, illud præclarissimum constetur, quod in Gallijs quondam præpotentium, & præualentium Caluinistarum & temeritatem compescuit, & audaciam fregit, & potentiam suo absoluto subiugauit Imperio: A publica tùm Magistratuum, tùm Prouinciarum suprema administratione hæreticos arcendo, atq; excludendo: Ex quâ exclusione plurimùm Catholicæ Religionis accessit incrementi, & spiritualis emolumenti, eò quod Vniuerso in Gallicano Regno Catholicus iudè cultus reflioreceret, & exerceretur.

Ann. Chri. 1615.

Religionarium audaciâ compescuit.

II.

Cum igitur anno vigesimo nono vltra mille sexcentos in mense Martio & ingenti exercitu, & gentilitio Gallorum Dynastarum stipatus Satellitio personaliter Alpium iuga superasset, atque in Italiam vique peruenisset Ludouicus Gallicus Rex Hispanis Catalonicam Ciuitatem, & Acropolim obsidentibus bellum & allaturus, & illaturus, Secusùaq; in Villa constitisset; proximæ Clusoniæ Vallis & deplorandum Fidei excidium, & infelicem Animarum statum intellexit. Miteris igitur commiseratus, nullo pacto sustinens ab aliquo sui Regni, licèt angusto angulo, Catholicum ritum exulare; protinus per Eminentissimum Sanct. Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Ioannem Armandum Richelium, Ducem, & Franciæ Parem Reuerendissimo Burdigalensi Archiepiscopo mandauit: Vt Fidei Catholicæ exercitium in Prati-Iallati Valle ex-temporè restitueretur, reuocatis Religiosis Paræciarum Rectoribus: & ad hoc plenius peragendum, diuersorum Regularium Apostolatus, siue Missio in Vallis Oppidis nonnullis constitueretur, atq; de suo proprio Regali Ærario Missionarijs, & Apostolicis Operarijs congruus commeatus ex censu annuo præstaretur. Christianissimi igitur Regis Religiosus Præsul iussa perficiens, Reuerendissimi Diœcesani, nempè Taurinensis Archiepiscopi Generali Vicario, Domino Petro Bellino accersito, vna Vallem ingressi, Parochialem præcipuam loci Mentularum recuperatam de manibus prophanorum Ecclesiam Religioso Sacerdoti de Vltij Præpositura aduocato contulerunt, Vallicolasq; (licèt Caluinicolas) ad Annuos Ecclesiasticos census, & antiquos Ecclesiarum prouentus persoluendos compulerunt. Erectisq; vbiq; locorum Crucis vexillis, Sacrorum Excubitorum plures stationes collocauerunt: In præfato Mentularum Oppido Capuccinorum: In Fenestrellarum Pago Reformatorum Sancti Francisci: In Vxellio recepto, & mundato, olim prophanato Templo Iesuitarum: In Vico tandem Prati-Iallati dicto Præsbyterorum Congregationis Doctrinæ Christianæ. Quibus omnibus sufficiens alimentum, & stipendium munificus Rex de regali ærario à Delphinensibus sibi persolui consuetis vectigalibus detrahendum assignauit. Quia verò superueniente trigesimo cum mille & sexcentû anno, grassantibus peste, fame, & bello recedentibus à Clusonianis Missionibus tàm Capuccinis, quàm Iesuitis, Reformatisque, & Congregationis Sacerdoti-

Catholicæ Fidei exercitium in Clusona Valle, & Missiones restituendas mandat.

Ann. Chri. 1619.

Annuum Cênsum prò Missionibus de proprio ærario constituit

bus;

bus; per triennium Ecclesiasticæ illæ Custodiæ vacauerant; quidam zelotes regulares sponte eò peruenientes, Apostolicum Ministerium in Prato-Iallato exercere anhelabant: Verùm Ludouicus Rex per suos internuncios Sacram Congregationem De Propaganda Fide admonuit; quod à Capuccinis, & non ab alijs Euangelicis Operarijs suis illis in Italiæ confinibus Sacras Excubias obseruari desiderabat.

III. Ex inito postmodum sequenti anno Cherasci pacis fœdere, cum Pinerolensis Ciuitatis Aceropolis, & Perruxiæ Vallis Domiuium ex parte acquisiuisset Rex Gallus; Caluinistæ Petrasini Vallicolæ statutis à Sabaudo Duce quondam Sectariæ Religioni terminis nequaquam acquiescentes, latiorem suæ concupiscentiæ libidinis campum aperte gestiebant. Quare Gallicanæ Caluinistæ Synagogæ libertatem sibi permittendam torè postulabant: Quod cum intelligentes Vigiles Capuccini Sacris Tribunalibus annunciassent, atque per hos Christianissimi Regis patrocinium, & prouisionem opportunam interpellassent; Ludouicus Rex Catholicus Ecclesiæ Tutelaris ad Dominum Marchionem de Villaregis, regias vices in Pinerolensi Ciuitate, & Prouincia gerentem infrascriptam dedit memorabilem epistolam.

Ann. Chri. 1631.

A Monsieur.

Monsieur le Marquis de Villeroy, Mon Lieutenant dans ma Ville de Pignerol.

Monsieur le Marquis de Villeroy: *Svr l'aduis, que m'a esté donné par le Seigneur Nonce de Sa Sainctecé pres de moy, que mes subiects de la Religion pretendue reformee de la Vallee de la Peruse ont dessein de reedifier le clocher, qui y fust abbatu il y a quelque temps, comme une nouueauté, quils auoient faict dans la dicte Vallee, & mesme quilz y veulent embastir vn nouueau Temple: Ie vous ay bien voulu faire ceste lettre, pour vous dire; que mon intention est, que ne permettiez pas en aucune maniere la redification du dit clocher, ny le bastiment du nouueau Temple d'eux de la dicte Religion, qui sont en la Vallee de la Peruse: Car comme i'entend, que mes subiects de la dicte Religion soient maintenus dans les graces, que ie leur ay accordé par mes Edicts, aussi ne veux ie pas soffrir, quilz entreprenent aucune innouation, principalement en ce lieu là; parceque outre les considerations, qui me donnent subiect de l'empescher en tous mes effects, ie pourrois en receuoir plainte de Sa Sainctecé, le contentement de laquelle m'est tres cher en toute occasion, & d'autant, que le dit Seigneur Nonce m'a aussy sesmoigné, qu'il apprehension, que lon ne volut introduyre à Pigneral, & dans le lieux, qui en dependent, la liberté de conscience; ie vous diray, que ie desire conseruer pour ce regard la dicte Ville de Pignerol, & les lieux, qui en dependent au mesme estat, que mon Frere le Duc de Sauoye me les a baillé, & quil ne s'introduise aucune nouueauté; à quoy ie vous recommande de tenir main, n'ay rien qui me soit tant à cœur, que le bien, & auantage de la Religion. Cest ce, que sur tout vous aurez sur cè subiect: Priant Dieu Monsr. le Marquis de Villeroy vous auoir en sa Saincte garde.*

Ann. Chri. 1633.

Sectarios intra antiquos terminos cõtineri & coerceri mandat

A Sainct Germain en Laye le 14. Iuin 1633.

Signé Louys.

Plus bas.

Seruient.

Religiosissimi igitur sui Regis menti vt satisfaceret Catholicus Dominus Marchio prædictus, cum militum turma personaliter ipse accessit, & processit ad Campanilis demolitionem, & vnius Pseudomagistri ac alterius Pseudotabellionis publicam electionem.

IV. Verùm enimuerò quoniam suprarecensito nobilissimo Marchione grauioribus regni, & regis negotijs applicito, & implicito, in administratione Ciuitatis, & Pinerolensis Gallicani Dominij Gubernatoris locum tenebat strenuissimus militiæ tribunus, Burgundus natione, denominatione D. Tolongionus, arcis Custos præcipuus: Rursus quia in primaria, & vniuersali Pinerolicensis tractus plenaria directione Excellentissimo Villæregis Marchioni successerat insignis quidam custodialis regalis Legionis militum Dux verè Catholicus; ne aduersus Catholicissimum hac in Cisalpina Gallica ditione fraudulenter, aut violenter prætualeret Caluinissimus, Caluinistis ipsis perpetuò nequiora molientibus pro compescendis, geminas

Infra-

infrapositas singulis singulares præreeensitis regijs Ministris, & politicis administratoribus dedit præceptiuas,& prohibitiuas litteras.

Monsieur de Tolongeon. *Nous veue faisons seauoir,que nostre intention est que vous faßies toute diligence pour empescher qu'il n'arriue aucune nouuauté pour le fait de Religion dans la Ville de Pignerol, & Terres dependantes,ne soufrant en aucune maniere que ce soit, que l'Heresie s'introduisie,moins qu'aucun faisant profession d'icelle puisse habiter en la dite Ville; par cê que nous desirons que la Religion Catholique y soit conseruee pactuelement, & dans le mesme estat, qu'elle estoit pour le passé,& meilleur encor,si est possible. Vous asseurant,que vous ne nous pouuies faire chose plus agreable, & que nous fussies plus à coeur: & cependant nous prions nostre Seigneur (Monsieur de Tolongeon) vous veuille auoir en Sa Saincte Garde. Donnee au Camp de Segepie le 26. Aoust 1633.*

Louye.

Seruient.

Monsieur de Mallyssi. *Nous sommes aduertys par Monseigneur le Nonce Residant aupres de Madame la Duchese de Sauoye ma Soeur, que dans la Ville de Pincrol on presche la Religion pretendue reformee. Nous vous enuoyons la presente pour vous aduertir, que ce n'est en aucune facon nostre intention, que dans la dite Ville de Pignerol, ny autre lieu de nos estats s'introduisie autre Religion,que celle,de la quelle nous faisons profession,à seauoir la Religion Catholique,Apostolique,Romaine, & desirons que dans Nostre dite Ville de Pignerol touchant le particulier de la Religion elle demeure dans le mesme estat,dans le quel nous l'a remis le Seigneur Duc de Sauoye nostre beau frere, & prenes soin de ce, que nous vous escrivons, & Dieu Vous ayenne dans Sa Saincte Grace. De Sainct Germain le 9. de Ianuier 1635.*

Louys.

Seruient.

Sub his diebus vniuersæ Legalis iustitiæ, omnisq; iustæ legis violatores Hæretici in Clusonia Valle Galliarum Regno subiecta tùm a Caluiniana dementia iàm resipiscentes diuexabant, tùm mox resipiscere volentes minis, ac perterefactionibus à Catholico proposito retrahebant. Violentorum igitur horum Sectariorum malitia, & nequitia ad aures Christianissimi iusti Ludouici cum peruenisset; procellit ipse sua regia potestate ad illorum temeratios ausus reprimendos, Pratellallasi publicæ rei pertractatoribus comminatoria sequenti epistola exarata.

pinæ, sinè Pedemontanæ huius Marchiæ à suptemi Monarchæ sapientissima prouidentia prouisus, & excitatus circa finem primæ, & iuirium secundæ Chiliadis à nato Saluatore validus vigilax, & strenuus sinuenarcha surrexit Sabaudiæ Dux, & Pedemontanus Princeps, qui à Cortiarum Alpium legitimis, & vetustissimis Dominis, ac Dynastis maternam suam originem trahens, prius Secusinus propriùs, postea Italicus Marchio, ideſt limitaneus Custos Italiæ iuremeritò nuncupatus est. Quoniam enim per recensitarum Alpium apertos hiatus, & anfractus à transalpinis Francis, vel Theutonibus ad Cisalpinos Ausonios, siuè Italos commodiores panduntur aditus, & amplior magis patet accessus, patiter & ingressus ideo vniuersæ tum transpadanæ, tum cispadanæ Hæspericæ Prouinciæ Marchiæ, hoc est Custodiæ nominantur: Prouincialesque illarum Domini, & Principes Marchiones, ideſt custodes à priscis & scriptoribus, & temporibus denominati leguntur, eoquod ex liminatibus illorum dominationibus, ramquam ex custodialibus excubijs, ac præsidialibus firmissimis munitionibus, siuè propugnaculis tum à longè superuenientes inimicorum insidiæ comprehenduntur, ac deprehenduntur, tum hostiles irruentium inuasiones repelluntur, ac reijciuntur opportunè. Verùm enimuerò inter vniuersas Hespericas Marchias, veluti ad Marchionales obseruandas excubias magis opportuna, recensenda sese offert Pedemontana Plaga, quæ ab Alpibus. & Apennino ad Alexandrinum Dertonense, & Papiense Complanum, à Sesytis verò, ideſt Sesiæ ad Burmidæ fluenta vastam, non minus quàm feracem, peramœnam, fœcundam, peropulentam, & diuitem, excultam pariter, & habitatam suam planitiem diffendit, & latitudinem expandit. Huic Subalpinæ præcipuæ Marchiæ Marchiones varij, & diuersi per discreta sæcula prædominati fuere, nempè Monrisferati, Eporediæ, Salutiarum, Cæuæ, & Secusiæ, quibus omnibus, & singulis singulares succedentes in Principatu Sabaudi Maurianenses Comites, & Duces, in custodia pariter singulariter pro omnibus ipsi soli perstiterunt singillatim, & copulatim aduersus Ecclesiastici Italici Regni Inuasores violentos fortiter stantes, & validè resistentes, atque Dominicum Ouile aggredientes rapaces, ferocesq; lupos viriliter reijcientes, vti legitimi, & genuini Subalpini Marchiones, Italiæ Custodes. Qui omni tempore, nempè pacis, & belli, vtroque gladio tum Astreæ, tum Martis, vtraque potestate directiua, & coerciriua fidem, & pietatem, religionisq; veritatem, sacrorum cultum, & Ecclesiæ vnitatem conseruare, defendere, ac propagare constituerunt à vetustissimis sæculis: sicuti Regalis huius familiæ Procerum liber generationis, & perennis à suo exordio, numquamq; deficientis successionis series contestatur, cuius ex contextu sequentia deduco: Sicuti intra primi, enascentis Catholicæ Ecclesiæ, millenarij terminos in Cisalpina Gallia & Arrianorum, & Iconoclastarum, & Berengarianorum hæreses & exortæ sunt, & exaruerunt; ita & ab inirio secundæ annorum chiliadis in Subalpina Italia Sabaudorum Principum, Italicorumq; Marchionum generosa Protapia tunc primaria sua cepit exordia progignere, quando in transalpina Gallia tum Vualdensium, tum Albigensium, & Libertinorum errores enati exercuerunt; ita vt præcedenti sæculo, quàm Italicis his in oris apparerent Catholicæ Ecclesiæ perduelles, Grassatores iam comparuerant, & stanti à Summo Monarcha fuerant Hespericis his in Oris Ecclesiastici Regni propugnatores, defensores, custodesq; Sabandi Marchiones, qui per sæcula subsequentia aduersus Dei Ecclesiam inuadentes, & inualescentes errores, & hæreses tyrannos, ac rebelles inimicos, & armis dimicauerunt, vti fusius infra.

Pedemontani Principes cur Italiæ Marchiones dicuntur.

Pedemontana regio præcipua Marchia.

Ann. Chr. 1000.

Pedemontani Duces semper Custodes Italiæ.

Regalium Italiæ Marchionum, Sabaudiæ Ducum Genialem in Sacrorum cultum Auitam Pietatem, & Religionem præbibat Præambulus

Num. II.

MAthematici, qui propriè Genithaliaci nuncupantur, cum infantium, seu nascentium puerorum naturales propensiones, geniumq; felicem, indolem, mores, & futura gesta, roriuiq; venturæ vitæ progressus ex geneſi coniectare pertentant; progeniti nari ipsius natiuitatis horæ, siue instanti, seu puncto, quis, & qualis Oroscopus, hoc est Zodiaci signum ascendens, atque in Cœlo Planetarium astrum prædominetur, contemplantur, non igitur mirum, si prædicendo aberrent, qui in discendo veluti doctores, & duces sydera errantia se-

quimtur. Nos igitur, qui non vt Genithaliaci prædicere, sed vti Chronologici redicere, prælatam Indolem, Genialem, Auitam pietatem, & Religionem Regalium Procerum Sabaudæ Prosapiæ gestimus: non aſcendentem Oroscopum, aut dominantem Planetam speculamur, sed Geneſis fontalem originem præmeditamur; vt generationis rectum tramitem, ideſt Pietatis, ac Religionis continuationem, quasi hæreditaria ſucceſſione ex tradice in prognatos per ſecula Pedemontanos Principes transfuſam à Parentibus colligamus. Genitricum, ideſt gignentium mulierum Primiceria Euę nuncuparionem acceþit, quòd futura eſſet Mater cuncto rum viuentinm. Haud igitur abſque peculiari Diuinæ prouidentiæ, & ſapientiæ arcano contigiſſe antumandum cenſeo, quod Sabandorum Heroum Protogenitrix, & Primiceria Puerpera Adelaſiæ, ſiue Adeligidæ nomenclaturam aſſequeretur, eò quòd à Deo electa prima Maret, & Progenitrix, ideſt pia Mater, & pia Genitrix effecta erat futurorum Principum, qui auitam pietatem, ac religionẽ ſimul ab incunabilis cum lacte ab vberibus gignentis cpotam, in ſuis cordibus, & affectibus grandeſcere, adoleſcere, & ad perfectum vſq; conereſcere ſecum ab infantia perpetuò ſtuderent. Vt igitur pium, religioſumq; genium liberorum reſeramus, Parentis, ſiue Parientis genialem religionem præferamus.

Principes Subalpini pietatẽ & religionem quaſi hæreditaria, ſucceſſione poſſident.

Adelaſia, ſiue Adelgida quaſi à Deo in Protoparentẽ Sabandorum Ducũ electa.

I. Piiſſima Comiriſſa Adelaſia Filia, & Hæres Oldrici Manfredi Marchionis Secuſię, cui ferè tota Pedemontana regio parebat, vxorq; Humberti Mauriani Comitis Marchionis Italiæ, à quibus Comites, indè Ducos Sabaudiæ, & Reges Cypri maternam trahunt originem, Inter alia præclara pietatis opera, ob quę motito à Gregorio Septimo Pontifice Maximo Filia Sancti Petri meruit appellari, celeberrimum Monaſterium Abbatiali dignitate illuſtre, Monachiſq; Benedictinis inde conceſſum, in honorem Beatiſſimæ Virginis fundauit, conſtruxit, amplliſſimiſq; & tanta Principiſſa dignis largitionibus dotauit: præſertim verò vtraque ſpirituali nimirum, & temporali, non tantum Vallium Sancti Martini, & Petruxiæ, ſed etiam dicti loci Pinerolij, & medietatis Vallis Cæſanæ iuriſdictione.

D. Auguſt. Epiſc. Hiſt. Chron. c. 24. Adelaſia Filia S. Petri ob pietatem vocatur, Abbatiam Pinerolij ædificat. Ann. Chri. 1064.

II. Prolatis igitur, & prælibatis Primiceriæ Matris Religioſis præludijs, proſequamur; vt debitis monumentis, & titulis collaudemus viros, ideſt Proceres Religioſos, & Prinçipes noſtros in generationibus ſuis. Sicuti ergo Eua, vt vniuerſorum viuentium Mater & effet, & diceretur, à Vito ſuo Adam acceperat; ita Adelaſia, ſiue Adeligida, vt cunctorum Religioſorum Subalpinorum Principum Protomatet & exiſteret, & vocitaretur, ab Humberto Primo, Maurianenſium Comite, ac proprio coniuge pereepit: cuius Genialem propriam, & Proſapiæ originalem pietatem ſignans, & indicans in huius Regalis familiæ Gentilitia arbore ſequentia deſcribit Pingonius: *Humbertus Primus, Beroldi Saxonis Filius, Comes Sabaudiæ, & Mauriana, natus eſt Saxonia Anno 998. Vxorem duxit Adelaſiam, Filiam Manfredi, ex regia Caſtellæ apud Iberos familia oriundi, quæ Matrem habuerat Bertam ex gente Arduini Regis, Eccleſias fundauit, detauitque plurimas, & apud Burgetum Maltaſeua in radicibus Montis Mumnis, ſiue Cattis, & apud Noualiſium Subalpinum, & Seuſiam, aliaque loca*, Quibus Paradinus in horum Principum Chronico addit. *Defunctum Humbertum in Dini Ioannis Mauriauenſis Baſilica, ab eo inſtaurata pariter, & ampliata, atque tenſibus ditata tumulatum extitiſſe.*

Humbertus II Comes Sabaudiæ. Pingon. Ann. Chri. 998.

Eccleſias fundauit. Paradinus

III. Amedeus Secundus, Humberti Secundi Filius, Comes Sabaudiæ, Marchio Secuſiæ natus Montiſmeliani Cœnobia fundauit Stamedeum pro Victoria in Muranis Campis, Maiorenum Bengeſij, Sauſuſpitium, Altam Combam ad ripam Latus Burgeſi, aliaq; plurima dotauit,

Gulielmus, Amedei Secundi Frater, plura contulit Eccleſiæ Mauriauenſi.

Humbertus horum Frater multa quoque tenuibus Eccleſijs.

Renaldus, ſiue Renerius horum Frater Sacris etiam deuotus.

Ann. Chri. 1080.

IV. Humbertus Tertius, Amedei II. Filius, Comes Sabaudiæ, & Meuianæ, Marchio Secuſiæ, ac Princeps Pedemontium natus Auilianæ, relictus à Patre ſub tutela Amedei Epiſcopi Lauſauenſis, viri Sanctiſſimi, Monaſteriorum Sectator, dotatorq; fuit, maximè Alpenſis, Altacombani, magnaq; Carthuſiæ: moritur Camberij, inter Diuos habitus,

Ioannes Humberti Frater Cœnobio Dini Antunj Iuuerſi deuotus.

Petrus Ioannis Frater eammet tum Fratre eò in Cœnobio vitam egit Monaſticam, vbi ſepulti ambo inter Sanctos habentur.

Ann. Chri. 1126.

Ann. Chri. 1188.

Monaſteria ditat. Pingon. Inter Sanctos habentur.

V. Amedeus Tertius, Thomæ Filius, Comes Sabaudiæ, Dux Chablaſij, & Auguſtæ primus, natus Montiſmeliani, Eccleſijs multa largitus eſt, veluti Carthuſinis Montis Benedicti, Eccleſia Noualiſia, Alpium Chablaſij, Burgeti, Altacumbæ, atque aliis.

Aymo Thomæ I. Filius, Amedei Frater in Chablaſio Ducatu potentiſſimus, aliorum Oppidorum Regulus, ubijt celebs & pauperorum ſublenatar.

Amedeus horum Frater, Epiſcopus Mauriauenſis, ab anno 1220. plura illi contulit Eccleſiæ, contemplationi dedituſ, Xenodochium leproſis ad ripam Lacus Lemani fundauit, & ad pietatem pleraque alia præſtitit.

Ann. Chri. 1197.

Pingon. Eccleſijs multa largitus.

Xenodochiũ ædificat.

VI. Petrus

Ann. Chri. 1103. *VI. Petrus Thomæ I. Septimogenitus, Superiorum Frater, Comes Sabaudiæ, Duxque Chablasij, & Augustæ, natus ab Secusia. Is, ob animi magnitudinem, parvus Carolomagnus nuncupatus, Agauni Sedem, ac domicilium collocarat, Patriam ab hostibus vindicarat, cum ab Ecclesiæ Præsule Divo Mauritij Thebæi annulum dono habuit, qui annulus, per manus tamquam Supremi Principatus arrha, ad Successores Sabaudos transferretur, & ad hæc usque tempora eius annuli varia habita, religioseque observata est. Petrus vixit annos 65. Mauritiano annulo Philippo Fratri transmissa, obijt. Primogeniti Allabroges baptizantur cum eo annulo indigito.*

D. Mauritij Cultor, annulum accepit. Pingon.

Ann. Chri. 1268. *Bonifacius horum Frater, Iureconsultus, Theologus clarissimus, primum Bellicensis Episcopus, mox Archiepiscopus Cantuariensis Sanctitate vitæ inter Divos adscriptus piè credidit, vt integer adhuc, & incorruptus non sine miraculo conspicitur.*

Sanctitate vitæ insignis.

Ann. Chri. 1291. *VII. Ayma Amedei IV. Filius, Comes Sabaudiæ, Dux Chablasij, & Augustæ, natus Burgi Brixiæ Sebusianorum, accepto Mauritiano annulo, pietatis cultor varia Templa extruxit, & ditauit.* Paradinus hunc Amedeum Quintum appellat, illumque vitæ integritate, ac Sanctitate, necnon effusa in pauperes liberalitate, atque in Sacrum cultum munificentia efflorusse affirmat. Ecclesias plures instauraſſe, Ordinis Prædicatorum Montismelkani Cœnobium exædificasse, Sacella nonnulla, signanter in Alta Comba, & Camberiano Castro constituisse, coq; Prædecessorum defunctorum ossa recolegisse confirmat.

Paradin. l. 2. c. 114. Vitæ integritate, in pauperes liberalitate in Sacrum cultum munificentia celebris.

Ann. Chri. 1443. *VIII. Ludouicus Amedei Septimi Filius, Dux Sabaudiæ Secundus, Chablasij, & Augustæ, natus Genuæ, Christi Sindonem, à Cypriis Regibus Hierosolima adductam, ex dono Margaritæ à Carni, clarissimæ Matronæ eius gentis habuit, Anno 1443. Mense Martio, Camberianoque Sanctuario Salutis humanæ quasi tesseram conseruandam remisit.* Margarita Carnia (iuxta aliorum sensum) Gallica fuit Matrona, cuius maiores in bello Terræ Sanctæ Sacrosanctam Sindonem aequisierunt, atque ab illa non exiguo pretio Sabaudi Principes eam compararunt.

Pingon. Sindonē recipit. & honorifice ponit

Ann. Chri. 1435. *IX. Amadæus VIII. Ludouici Filius, Dux Sabaudiæ Tertius, Chablasij, & Augustæ, natus Tononi, Vir fuit singularis pietatis, iustique amantissimus, frugalitate sua plura Patrimonij alienata redemit, Templa plurima, & Xenodochia fundauit, auctauitque, Iustitiæ custos cognominatus, & pauperum parens, quas venatorios suos canes alebat, quibus aliquando Cœlos prædaretur. Obiit Vercellis miraculis clarus, inter Diuos habitus, Miraculos celeberrimus: testantur nonnulli Monasterium pariter & Carmelitarum Fratrum Templum ab eo constructa Vercellis.*

Iustitiæ custos, pauperū amator, Templa, & Xenodochia edificat.

Ann. Chri. 1478. Philippus Bræteiæ Dominus Ludouici II Filius, Frater Amedei ex voto D. Nicolao Tolentinati emisso, Cœnobium insigne, & elegantem Ecclesiam ei ædificauit.

Pingon. Paradin l. 3. c. 65 Cœnobiū Patribus Augustinianis constituit.

Ann. Chri. 1480. *X. Philibertus Philippi Ducis Filius, Dux Sabaudiæ, Chablasij & Augustæ natus, Sacrosanctam Christi Sindonem argenteis, gemmeisque Scrinijs triplici cum sera angustus cauernari in Arcis Camberianæ marmoreo Sacello, iam olim extructo piè curauit. Leges plurimas veteribus addidit, & obscura edicta interpretatus est.*

Paradin. l. 3. c. 72. Sindonem in Sacello honorari honorificētius reponit. Augustus.

Ludouicus Philippi Ducis Sabaudiæ Filius, Caroli III. Frater, Sacris deuotus Montis Iouis ad Alpes Graias Præpositus designatur.

Regalium Italiæ Marchionum Pedemontanorum Principum in Ecclesiam, simul & Ecclesiasticæ Hierarchiæ Præsules, Romanumque præcipue Pontificem reuerentiam, deuotionem, atque Protectionem signat Præambulus

Num. III.

Ann. Chri. 1070. CLarissimorum Subalpinorum Principum auita pietas, ac Religio non in Sacrorum cultu dumtaxat excolendo, verùm & in Sacri cultus Sacratos cultores Ministros, & Dispensatores venerando, & protegendo perenniter eluxit: Quod in primis reluceat.

Pontificē ēt Imperat. ēt cultat. Pingon. Epist. Astens.

Ann. Chri. 1077. I. Amedeo in Primo Humberti Filio, Sabaudiæ, Mauriannæque Comite, Secusiæ Marchione, qui *Girelmum Astensem Episcopum à suis expulsum Sedi restituit. Ipsum Henricum IV. Cæsarem ad Canossum Agri Rhegij Oppidum cum Gregorio VII. Pontifice compasuit.*

Sedi restituit

Ann. Chri. 1128. II. Amedeus II. Primi Nepos, & post Humbertum Patrem in Sabaudo Comitatu, & Secusino Marchionatu legitimus succeſſor, venerationis, & deuotionis in

Pro Pontifice Imperatorem deferit, Paradin. l. 2. c. 42.

Sabaudiis, ab illius & Aula, & aulica conuersatione protinus recessit, pariter & honorificis administrationibus, ob in Christi Vicarium reuerentiam, sponte se abdicauit. Postquam pacis fœdera inter Henricum, & Paschalem Gelasij prædecessorem, conciliare enixè ellaborasset.

Pingon. Os Pontificé ab Imperatore vexatur.

III. Humbertus III. Alexandri III. & legitimorum aliorum Pontificum partes in Federicum Aenobarbum Cæsarem tutatus est: inde Secusia ab ipso Cæsare conflagrata, vastata Auriana, tota denuq; ditio occupata, & direptioni data. Ann. Chri. 1188.

IV. Thomas Humberti Filius, Sabaudiæ Comes, Principesque Pedemontium, natus Aquæbellæ, in Arce Carbonaria, à Federico II. Cæsare accersitus, totius Italiæ Legatus stabilitus est. Hunc cum Imperator Federicus, Ecclesiæ rebellis in Pontificem arma sumere cogeret, Thomas tàm nefarium scelus, & scelestem defectionem detestãs, tædio affectus in languorem incidit, quo breui temporis intercapedine consumptus, fidelissimus Romanæ Ecclesiæ Gonfalonerius quieuit in pace, iniquissimum bellum vsq; ad extremum spiritum detestans. Ann. Chri. 1229. circa

Pingon. Arma in Pôtif. é sumere nolèn Imperatore cõsumitur Paradin. l. a. c. 62.

V. Amedeus III. cum Henrico Federici II. Cæsaris Filio per Italiam militauit, ipsius Federici coarctersias cum Innocentio IV. Pontifice Max. arbiter electus sedauit. Ann. Chri. 1245.

Pingon. Cõtrou. Pôtificis cũ Imper. tedauit.

VI. Thomas II. Thomæ pecoris filius, Comes Mauriana, & Princeps Pedemontium vxorem secundam duxit, Beatricem Filiam Tedisij, siue Petri Flisci Genuensis Primarij, Lauaniæ Comitis, quæ Frater erat Innocentij IV. Pontificis, & quæ Soror Othoboni, qui tandem fuit Adrianus V. Pontifex. Tres quoque Pontifices cum Federico Cæsare pacauit, tam ab ipso Vicarius Imperij Generalis in Longobardia constituitur. Cum Henrico Cæsaris Filio in Italia bella gerit. Tandem Ecclesiastici exercitus Dux, siue (vt vocant) Consalonerius ab Innocentio Pontifice eligitur. Demum Præses, Legatusq; totius Italiæ ab ipso Federico constituitur. Ann. Chri. 1235. Ann. Chri. 1247. Ann. Chri. 1244.

Pingon. Tres Pôtifices ad Imperatore pacauit, Vic. Imperij, & Cõsalloneríus Ecclesiæ proclamatur.

Innocentius supradictus Romanus Pontifex post Cœlestinum IV. ad insulam Pontificiam assumptus, animaduertens, quot aduersa Superioribus annis sub Prædecessoribus Honorio III. & Gregorio IX. à Federici Secundi Imperatoris, Ecclesiæ perduellis innadẽtibus exercitibus Ecclesia Dei perpessa fuerit; pro huiusce modi bellicis, & ciuilibus seditionibus in Fideli populo, atque Ecclesiastico Regno compescendis, generale concilium in Lugdunensi Ciuitate indixit, & conuocauit, quo sub ducatu, & directione, pariter ac protectione Sabaudi Comitis Thomæ appulsus, Federicum Ecclesiæ hostem Imperio, & diademate indignum deposuit: Allobrogo autem Principi Thomæ, Romanæ Sedis propugnatori, & beneficodefensori, coram tam multis, & præclarissimis Concilij Patribus, & Prælatibus Beatricem, ex fratre Petronetem matrimonio iunxit, Confalonerium, & Ecclesiastici exercitus generalem Ducem proclamandum mandauit, & creauit, tamquam Ecclesiasticorum iurium propugnatorem acerrimum, & Apostolicæ Sedis filium fidelissimum, alumnumq; charissimum. Ann. Chri. 1245.

Paradin. l. a. c. 65. Pontifice ad Concilij cõmitatur & tutatur.

Gulielmus Thomæ I. Filius, & II. Frater electus fuit Episcopus Valentiæ, Allobrogum Legatus apud Gallias, sub Innocentio IV. Pontificij Patrimonij in Italia minimus administrator, ob liberalitatem, fortitudinemque parnus Alexander dictus, ab hostibus Ecclesiæ intercepius, veneno, quasi martyrio, in vinculis dies clausit apud Allisium. Ann. Chri. 1227.

Ob Ecclesiã veneno Inblatus. Paradin. l. a. c. 65. Pingon.

VII. Philippus horum Frater Lugdunensis, & Valentinus creatus Episcopus, Legatus, & Ecclesiastici Patrimonij in Italia subrogarus administrator, pro Ecclesiæ iuribus aduersus Vrbini, & Camerini Comites, pariterque Ariminenses Dominos strenuè dimicauit, simul & subingauit, tandem Comes Sabaudiæ, in locum defuncti absque liberis Petri, sufficitur.

Ecclesiastici iuris defensor Paradin. vbi supra.

VIII. Amedeus V. Aymonis Filius, Comes Sabandiæ, Dux Chablasij, & Augustæ natus Camberij, Sedunenses aduersus Episcopum rebellantes repressit, vi, & armis obtinuit, atque proprio Pastori reconciliauit, obtemperareque compulit: propria ipse manu clauibus Ciuitatis, & Castrorum Sedunensi Episcopo consignatis, cum ætatis suæ non nisi vigesimum annum ipse attigisset. Inter cætera Vicarius Imperij per vniuersam Italiam constitutus, Ioannem Imperatorem Constantinopolitanum ad vnionem Ecclesiæ Romanæ perduxit: nam cum illum de manibus, & vinculis Bulgarorum Regis vi, & armis eripuisset, ab eo enixè postulauit; vt Romano Pontifici Græcam Ecclesiam, orientaleque Imperium subiceret, vnicumque Supremum mystici Corporis Christi caput agnosceret, quod cum ille pollicitus fuisset, mox vero promissis stare renuisset; Amedeus resilienti agnato Imperatori se te bellum illaturum minitans, Ioannem, vt promissis staret, adduxit, eumq; secum Romam ad Pontificem perduxit, siue conduxit, Græcæque atq; Latinæ Ecclesiæ vnionem firmandam totis viribus procurauit: verum morte præuentus, peroptata Ecclesiarum fœdera constabilire nequiuit. Sed primum cum Barnabas, & Galeatius Mediolanenses Duces, ex Vicecomitorum nobilissima familia, Ecclesiastici dominij iugum renuentes Pontificia iura, & insignia nonnulla loca armis vtripassent; Gregorius XI. Papa, & Carolus IV. Imperator militum Ann. Chri. 1354.

Pingon.

Paradin. l. a. c. 137. Sedunensem Epũm. Sedi restituit, Imperatorẽ Græcum liberat.

Paradin. l. a. c. 143.

habito Ann. Chri. 1374.

habito copioso delectu, coactis agminibus Amedeum Sabaudum Ducem, & directorem præficere decreuerunt: quorum ipse iussa & susciens, & perficiens vsurpatores Mediolanenses compescuit, & occupata recuperauit, Ecclesiæq; restituit, vnde Gregorius Pontifex Seruatorem iurium Sedis Apostolicę publicè eum salutauit. Sub his temporibus Bugellenses & Ciues, & populus Ioannem Fliscum Vercellensem Episcopum vniuersiráti minus gratum, minuiue proficuum, non modò de Sede deturbauerant, sed & carceribus mancipandum tentauerant, Inoadentibus interim Mediolanensibus Ducibus regionem Ecclesiasticam, & quædam castra occupantibus: quare ille exul, & profugus ad Subalpinum Principem Amedeum, Ecclesiarum, Ecclesiasticorumque tutelarem confugit: refugientis igitur ipse precibus adductus, partes fouendas suscepit, vode strenuitate, & armis validior, Vicecomitibus insubris Bugella pulsis, Bugellensem populum Episcopo reconciliauit, quibusdam appositis necessarijs conditionibus. Rogatus prærerea, vt dum Vrbanus VI. & Clemens VII. de Papatu disceptantes, ad inuicem altercarentur, alterius ipse partibus faueret, Ecclesiæ Catholicæ solum bonum hic fouendum suscepit.

Seruator in ejs Ecclesiæ salutatur, dissidentium Pontificũ pacẽ procurat.

Paradin. l. 3. cap. 148.

Ann. Chri. 1378.

IX. Amedeus Sextus, Amedei Viridis filius, ruber cognomine, Comes, Princepsque Sabaudiæ, Dux Chablasij, & Augustæ, natus in Arce Auriliane. Hic magni animi à Seduncnsibus expulsum Eduardum Episcopum Sedi restituit, ab eis Castella Martinacum, Arduai, Chamosioni retulit, aliaq; plurima, confirmante Clemente VII. Pontifice Maximo: Deficientes denùo Seduncnses compressit flammis & ferro.

Pingon. Sedunẽsi Episcopo bis sedem restituit

Ann. Chri. 1380.

Ann. Chri. 1381.

X. Amedeus VII. Amedei Rubri filius, primus Sab. Dux natus Camberij Benedictum XIII. Pontificem Auenione expulsum in Nicena Ciuitate aliquot mensibus Sedem Apostolicam figerè permisit. Villamfrancam Oppidum maritimum ad conciliandas de Pontificatu controuersias inter Ioannem XXIII. & Benedictum XIII. concessit. Rerum humanarum perteesus, diuinum semper aestimquid in animo gerens, eremum meditatur, Rapalium contemplationis ergò senex secessit, traditis Ludouico filio sceptris ducalibus. In Concilio Basilcensi Pontifex Maximus unanum calculus, ipse vel renuens creatus, Felixque proclamatus, postquam nouem annus sedisset, Eug nio mortuo, sponte tyaram cessit Nicolao, paci consulens, Cardinales, & Legati conuenus suo munere, quod aeque munus sua ipsius Nicolai hortationibus, & Concilij Lausanensis decreto acceptum habuisset. His pontificia omnia, quæ gesserat, approbarunt, hic vero Sanctissimè reliquum vitæ peregit, & in sedandis suorum temporum tempestatibus feliciter tasumpsit. Nam Sigismundo electo Imperatori, per suos nuncios efficaciter suasit; vt sedandis in Ecclesia Schismatum turbinibus manum, mentem, pariter & potentiam, atque auctoritatem applicaret.

Pingon. Pontificẽ pulsum Niceæ recipit. Villamfrancam duobus Pontificibus accommodat Põtificatu se abdicat, ob Ecclesiæ pacem legitimo Pontifici reconciliatur. Boter. Paradin. l. 3. cap. 14.

Ann. Chri. 1406.

Ann. Chri. 1412.

XI. Ludouicus Superioris Amedei filius. Hic Pontifice Maxi. Patre creato, Ducales faces glorioßiores adeptus est. Verum vti Religiosus Princeps, Ecclesiasticæque tranquillitatis amantissimus, propensum Parentis animum suasionibus efficacioribus propensiorem reddidit, vt ipontè ie Papatu abdicaret, nec à suadendo quieuit, donec ille vltrò Pontificalem insulam deponere decreuit.

Petri suadet, vt Pontificatum cedat. Põtifici legitim Paradin. l. 3. cap. 36. Boter.

Ann. Chri. 1439.

XII. Philippus Ludouici filius Alexand. VI. Pontif. à Concilijs bellicis fuit.

Ann. Chri. 1493.

Regales Allobroges Heroes Romani Sacri & Pontificatus Confalonerios, & Imperij Vicarios pro vtraque tum Pontificali, tum Imperiali Monarchia aduersus inuasores Turcas decertantes recensęt Præambulus

Num. IV.

1614.

GAudent, imo gloriantur Allobroges Heroes famosioribus titulis, imò glorioßioribus fascibus & Vexilliferorum, & Vicariorum Sacri Romani & Papatus, & Imperij, pluribus à Pontificibus, & Imperatoribus sibi collatis, & confirmatis, non quidem gratiosè attributis, sed grati animi in signum retributis. Hi namq; Subalpini Principes ex Maurianensis Vallis, & Sabaudæ regionis angustijs, veluti ex antris, quasi generosi regalis prolapiæ catuli, Idest Martiallium agminum ductores, strenuiq: bellatores, veluti Marte & Bellona, seu Pallade progeniti, erumpentes, non Europam modo, sed & Africam, & Asiam relararum victoriarum sonitu concusserunt. Vtriusq; enim Christianæ tum Ecclesiasticæ, tum Sæcularis Monarchiæ in subsidium arma sumentes, viriliterque in Acie stantes insigniores de Tyrannis, signanter Othomanis triumphos reu. xerunt, fidelemq; Ecclesiam letificauerunt.

Vexilliferi Ecclesiæ, & Romani Imperij Vicarij Sabaudi Duces præclara gerunt.

I. Ame-

Imperatore aduersus Saracenos comitatur.

I. Amedeus I. Henricum III. Imperatorem ad bellum aduersus Sarracenos properantem Capuam vsque prosecutus, fortiter contra perfidos dimicauit, præclaraque facinora præstit. Ann. Chri. 1177.

Pingonius. Trans mare ad Hierosolimam recipiendam progreditur.

II. Humbertus II. Amedei filius, Comes Sabaudiæ, & Mauriannæ, victis Mauriennæ Centrones, siue Tharantesius Mauriennensibus conterminus recepit, Arce Brianssina expugnata. Tyrannisque Regulis fugatis. Ab Henrico IV. Cæsare earum Sabaudarum regionum Princeps confirmatur. Illi transmarinæ expeditioni ad Sacrum bellum, Solymasque recipiendas interfuit. Hugonem Magnum Philippi Gallorum Regis fratrem, ac Gothofredum Bullianum Lotharingiæ cum instructissima classe comitatus est. Ann. Chri. 1188.

Ann. Chri. 1196.

Nam ad Sacrum bellum instituendum, conuocato Concilio Claromontano ab Vrbano II. Romano Pontifice, Humbertus illi transmarinæ adnauigationi interfuit, comitantibus Petro Heremita, ac cæteris plurimis, victoriarumq; de Niceæ Bytinia, Antiochia, & Hierusalem Ciuitatibus particeps redijt. Aaa. 1199.

Pingon. Semel, & iterū aduersus Turcas, & mortegredi tur. Paradin. l. 2. cap. 4.

III. Amedeus II. ab Henrico IV. Cæsare Prorex Arelatensis designatus, Comes, Princeps, Vicariusque perpetuus Imperij vocatus, Dum Bernardo Abbatis Clarenalensis hortatu, ab eo Crucis Sacri Symbola insignitus, cum Ludouico Francorum Rege ex Sorore nepote, Conrado Cæsare, Guelpo Cæsaris fratre, Angliæ Rege aliisque proceribus ad Sacrum bellum semel atque iterum se accinxit & perrexit primo in Syriam contra Turcas, & Mauros, Damascenæ obsidioni adfuit. Secundo aduersus eosdem pro Acrensi Ciuitate Sancti Ioannis hospitalariorū equitum liberanda. Cum verò tamquā christianæ religionis, & Orthodoxæ fidei feruidus zelotes (vti asserunt scriptores) eò tertiò bellum infidelibus illaturus nauigasset, Cyprumq; insulam appulisset, extremum ibi diem suum clausit. Ann. Chri. 1146. Ann. 1149.

Crucis famis vexillū, aduersus Turcas procedit. Paradin l. 2. cap. 53.

IV. Humbertus III. cum Saladinus Sultanus Orientis Imperium diuexans, plurimas iam & villas, & Ciuitates occupasset; indicta propterea inter Christianos Principes Cruciata, ipse Crucis sumpro vexillo, Philippo Augusto Francorum Regi comitem, & Coagonothetam se adiunxit, inde Ianua vnà cum Angliæ Rege, armataq; classe digressus, in itinere Turcicam nauem bellicis munitionibus onustam expugnarunt, hinc transfretantes, Acrensem ad Vrbem à Hierosolimitanis Equitibus iam per triennium obsessam peruenerunt, illorumq; auxiliari accessu id factum est; vt vsurpatam iam olim à Mauris Ciuitatem, recuperarint. Ann. 1190.

Pingon. Venetis, & Imperatori Græcorum fabidium adest.

V. Thomas Humberti natus, grandiora effectus, & rebus Christianis in Asiam instituantibus, hic à Venetis rogatus, adfuit cum quatuor millibus, & quingentis equitibus, & octo millibus peditibus selectissimis: Iadera à Venetis recepta, Candia obtenta, Constantinopolis Alexio Tirranno iublata. Ann. Chri. 1201.

Obijt in acie cōtra infideles. Sunt, qui negant.

VI. Humbertus Thomæ filius Secundogenitus, eques Theutonicus obijt in acie apud Prussiam, in expeditione Vngarica contra infideles.

VII. Amedeus IV. cognomento Magnus, ob præclare facinora Henrico VIII. Luxemburgæo Cæsari, qui sibi Actius, siue Fratruus erat, assiduus per Italiam comes fuit. Ad Orientem adnauigans, Rhodum Insulam hospitalarijs militibus seruanit, fugato Othomanu Turca, Meuse Augustu, in cuius senatu victoriæ monumentum, pro maiorum Aquilis, stemma Crucis candida rogauit ad prætatem assumpsit, Cæsare annuente. Post Henrici Cæsaris obitum, Pisis ad Imperium ab Italis inuitatus, electusque illud modestè recusauit. Cæterum cum ad Ioannem Pontificem pro ope imploranda in Turcas, qui Andronicum Cæsarem, Sabaudi generum Iulio expulerant, accessisset; mortem obijt Auenione. Ann. 1313.

Pingonius. Imperiū recusauit, pro Imperatore Græco aduersus Turcas opem implorauit. Pingonius.

VIII. Amedeus V. viridis cognomento, & ob coloris in vestitu voluptatem, & ob floridas corporis, animique vires primus Sodalitium equestre, siue (vt vocant.) ordinem militarem instituit, ad euangelici nuncij, siue annunciationis diuinæ memoriam, & victoriam nauale, eo die festo eius ab Amedeo Auo repurtatam, cum Fortitudo Eius Rhodum Turcis, eius facti capitalibus alligatis eurqui, siue colari luteris, & intermixta modu veluti Gordij, ingenti Templo in Oppido Petri Castri Carthusianis tradito, erecto in celebrem cultum equitatus. Quam rem postmodum Anglus in Perisceli de: Burgundus in vellere aureo: Gallus in Conchalis Michaelitijs imitati sunt. Turcas Græcia expulit, Isaacum Cæsarem Constantinopolitanum è vinculis Balgari liberauit, eumq; triumphali pompa Constantinopolim ingressum comitatus est, Gallipolim, Tenedum, Mantopolim, Blasiocam, aliasque innumeras vrbes recepit. Cum Andegano Apuliam peruenit, circumque veteres Cannas (vulnus altera Annibal) sese hostibus exhibuit, sed morte correptus, dies clausit, nec multò post Andeganus interruptis votis de medio sublatus est, cum Hierosolimitanam expeditionem animo concepisset. Amedeus namque germanus, Dei amator, suo amato Domino, & Creatori firma ac sponsione constrinxerat, quod oblata opportunitate pro fide dimicandi, proprium sanguinem effunderet, vitamque pro Ecclesia, & Christiana religione libenter profunderet: vnde Hierosolimitanæ Ciuitatis recuperationem sollicitabat, & sollicite maris transmissionem Christianis Principibus persuadebat. Ann. 1330.

Pingon. Maoritianam militiam instituit, Cypri Regem redemit.

IX. Amedeus Octauus, vel Septimus equestrem ordinem, siue Sodalitium Euangelicum Annunciationis, multis additis pietatis legibus, restituauit, Mauritianos equites primus

instituit

institit, primusque militiæ magnus magister extitit. Regem Cypri Ianum ad Cacium à Soldano captum, detentumque multo ære redemit, Cruciatamque aduersum Soldanum suasit.

Ann. Chri. 1460. X. Ludouicus Amedei filius, defuncto Iano Cyprorum Rege, inuadente Iacobo Spurio, Soldani auxiliaribus copijs fulto Cypri Regnum, Christianis subsidia, & militares suppetias cum exercitu transmisit.

Paradin. l. 3. Aduersus Soldanum Christiani suppetias misit. Pingon.

Ann. Chri. 1500. *XI. Philibertus II. Cæsaris gener factus, ab eius latere nunquam discessit, & ad Alexandrum VI. Pontificem maximum Romam simul profectus est, simulque de expeditione Hierosolymitana conuenerunt.*

Ann. Chri. 1543. *XII. Carolus III. Philippi Ducis filius, Dux Sabaudiæ, Chablasij, & Augustæ vxorem duxit Beatricem filiam Emmanuelis Regis Lusitaniæ. Maritimis prælijs in Turcam, & Francos Socios ipse fortunatior occupatus fuit, cæterum pacis amans, vnicum pietatis, iustitiæ, & patientiæ, fortisque animi in aduersis exemplar.*

Hierosolymæ recipiendæ conuenit. Turc. bellicis Pingon.

Regales Pedemontanos Principes, Italicæ Ecclesiasticæ Regiæ Marchiones contra hæreses decertantes signat Præambulus

Num. V.

SVos Comites, Marchiones, Duces, Regalesque Principes à Beroldo ter decem enumerat Sabaudiæ Prosapiæ Arbor Gentilitia in directum, nempe per rectam, nunquamque interruptam successionis lineam. Per collaterales autem legitimæ Arboris ramos Proceres, Dynastas, & Regulos plurimos connumerat, quos vniuersos vnam, eandemq; Orthodoxam fidem, Catholicamq; Religionem professos, sub Romanæ Apostolicæ Matris Ecclesiæ obedientia, Romanique Antistitis obsequio, & directione vixisse vniformiter, omnes contestantur historiarum scriptores. Hoc sanè haud sine Diuinæ prouidentiæ, peculiarisque cælestis præsidentiæ singulari subsidio, efficacioriq; auxilio neq; aquàm euenire valuit. Quòd strenuissimorum Heroum bellica, Martialisque gens acies ductare, & castris commorari, militibusque conuiuere assueta, transmarinas expeditiones inter Sarracenos, & Turcas exercere solita, in contemtimo solo, & sollo, occiduis, septentrionalibus, aquilonatibusque nationibus hæretum pranitatibus perpetuò deprauatis, ipsa à suis primordijs illesa, intacta, & illibata Catholicæ fidei candorem, & nitidissimum nitorem pænitus impollutum ad hæc vique tempora, hæresumq; seruierit, proprioque inter domesticos lares ab Hæreticis obsessa, & vndique coangustata Ecclesiæ, & Fidei Catholicæ angustias subleuare festinauerit.

Sabaudorum Principum illibata fides

I. Philippus Thomæ III. Principis Pedemontium filius. Ipse quoque Princeps Pedemontium, Achaiæ, & Morex, sub Henrico Cæsare multa bella feliciter obiit. Quoniam igitur percurrente sæculo duodecimo, Inreralpinos populos à Catholica Fide subuertere accellerauerant Vualdenses Hæretici, aduersus hos deprehensos, & contumaces repetos coercitiuum Canonem à Ioanne XXII. Pontifice prolatum, in sua dirione executioni omnimodæ mandari voluit.

Aduersus Vualdenses procedere mandat. Pingon. & D. Lucern. m. m. hist. c. 2

Ann. Chri. 1332. II. Iacobus Princeps de Achaia, Philippi filius eosdem pauperes de Lugduno, scilicet Vualdenses, & Libertinos carceribus mancipandos, ad Petri de Ruffia Inquisitoris postulationem, per suum emissum de eorum condemnatione Chirographum mandauit.

Libertinos carceribus mancipari præcipit. D. Lucern. Pingon.

Ann. Chri. 1354. Ann. Chri. 1430. Ann. Chri. 1435. *III. Amedeus VII, vel VIII, ad Bohemos Hæreticos profligandos auxilia non exigua mittit.*

Contra Bohemos mittit

Ann. Chri. 1484. IV. Ludouicus II. Sabaudiæ Dux, Amedei filius, Vualdenses nonullos in publico suæ Cunicnsis Ciuitatis foro flammis concremari consensit.

Hæret. igne cremari permittit. D. Lucernēs.

Ann. Chri. 1488. V. Carolus I D. Amedei filius Dux Sabaudiæ, Chablasij, & Augustæ, aduersum rebellantes, & seditiosos Vualdenses, Angronianos suæ Curiæ criminales Inquisitores, ministrosque delegauit.

Aduersus Vualdēses inquisitionem delegat. D. Lucernēs.

VI. Philippus Ludouici Ducis filius, Dux Sabaudiæ Septimus, eosdem Vualdenses renuentes ad proprios errores deierandos per Ludouicum Romagnanum Tauriuentem Archiepiscopum maiori ex parte adduxit.

Vualdenses reducere curat.

Ann. Chri 1497. Idem Philippus Ludouici Ducis filius, Dux Sabaudiæ septimus ad Vualdenses reducendos, ab Alexandro VI. cui erat à bellicis consilijs, procurauit, & impetrauit Missiones doctorum Concionatorum, atque Intigniorum Religiosorum ex Minorirano Ordine.

Ao Alexādro VI. Missiones postulat. Chron. Minorum. vol. 2 l. 9. c. 65. p. 4. Missiōn. multiplicat. Pingon.

VIII. Philibertus II. Superioris Philippi filius, Catholici Parentis vestigijs inhe-

rens

Boter. Paradin. l.3 c. 91 Chron. Minor. vbi sup.

rent, *Lucernaos Alpinos, Angroniosque iam damnatæ Sectæ (quam Vandalam vocabant) addictos, quantum animis imperare potuit, compescuit, continentiores saltem forinsecus reddidit.* Signanter celebrium,& insignium Theologorum, etiam Parisiensium,ad Patris initiationem procuratæ, & multiplicatæ Missiones, quam iubeo strenuè, viriliterque exercuit. B P. Frater Demosthenes Vercellensis Franciscanus. Vndè Philibertus Hæreticos coercuit,& ex parte extinxit.

Paradin. l.3. c. 101.

IX. Carolus III Philippi II. filius, frater Philiberti VIII. Ducis, Lutheranis Burgundiorum, Heluetiorum, & Allobrogum fines inuadentibus, à Gebennensibus Ciuibus expulso Episcopo, auxiliares copias misit, vt Suæ Sedi Antistitem, & sibi subiectæ Ciuitati, & Gebennensi genti Catholicam Fidem restitueret. Verùm superuenientibus Bernensibus, cum præualuissent rebelles; proprio tamen Principi Carolo obedientiam, & subiectionem pollicebantur; dummodò Romanæ Ecclesiæ, & Sedis ingum excutere ad libitum eis permitteret: quod ille ex animo detestans, respondit: prius se dominationem suam vniuersam amissurum, quam Catholicæ Fidei, Apostolicæque Sedis religionem vel etiam minima ex parte aut diminuturum, aut dimittendam permissurum. Cuius Orthodoxæ pietatis in euidens testimonium, Emmanuelem Philibertum vnicum filium, sub Carolo V. Imperatore, aduersus Lutheranos protestantes Principes in Germania bellaturum, & militaturum destinauit, & propriis sumptibus amandauit. Aduersus igitur Vualdenses, Lutheranizantes,& Caluinizantes in sua interalpina ditione iuribus,& armis processit Carolus, Bonus legitimè nuncupatus, à bonis, melioribus,& optimis Progenitoribus Allobrogiæ stirpis religiosissimæ prognatus: Piorum namque Sabaudorum Heroũ præclara, Italicorum Marchionum antiqua Progenies in suum Deum pietatem, in Diuina Religionem, in Dei Ecclesiam, Ecclesiæque Præsules protectionem, aduersus verò infideles, & perfidos Christianæ Religionis perduelles irreconciliabiles, sed laudabiles inimicitias perpetuo exercuit: strenuissimè quidem quondam sena per sæcula, sed haud minus equidem modò, septeno hoc sæculo, vt mox daturi sumus.

Ann. Chri. 1502.

Parádin. l.3. c.114.

Ann. 1528.

Ann. 1545.

Boterus libro, qui supra, addit vulgari suo ordinario idiomate: *Ad viam salutis in reducendis Lucernensibus, & Angronianis Philiberti Ottavi Ducis exemplis inharendo, quibusdam elapsis Annis Pius V. Papa, & Dux Emmanuel Philibertus primò, deinde Gregorius Tertiusdecimus, & Carolus Emanuel, & ipse Dux secundò vnanimi sensu zelum Catholicæ Fidei zelantes Pontifices, ac Duces, vniformi consensu in Narbonensi, ac Viennensi Galliæ conterminantibus, & confinantibus Subalpinis Vallibus diuersos insigniores Religiosos Iesuitas, & Capuccinos proprio ære stare, & perstare voluerunt, qui Vualdensibus prædicatione, & exemplo Euangelicæ Doctrinæ candorem, & nitorem ideæ perfectionem demonstrarent.* Hæc ille appositè satis: Nam Emmanuelis Philiberti Patris Iesuitarum, & Caroli Emmanuelis filij Capuccinorum missiones postulantium, & stabilientium imitabiles memorias eursim attingit,& præibat,nobis quidem ad prolixiorem,sed debitam contexendam, atque conferibendam de Missionibus enarrationem congruos satis,exordia aleique numeros suggerit.

Boter. Lib. de Sab. Principibus.

Pontifices Romani & Sabaudi Principes diuersivarias Missiones P. P. Iesuitarum, & Capuccinorum destinãt

Ann. Chri. 1570 & 1580.

CALCVLVS PRIMVS.

Sereniſsimi EMMANVELIS PHILIBERTI Sabaudiæ Ducis, Pedemontij Principis, Italiæ Marchionis, ab anno 1545. ad annum 1580.

I. Vigeſimus ſextus hic Subalpinus Princeps, Italicuſque Marchio ſtrenuiſſimus Carolo III Duce genitus, Camberij natus, Bellona, & Pallade licèt nutricibus educatus, Veſtæ tamen, & Cebellis, ideſt auitæ pietatis, ac religionis & tranſmiſſa ſemina, ſimul & à Progenitoribus ealcatam ſemitam nequaquam aut neglexit, aut deſeruit in Sacrorum veneratione, Sacrique cultus augmentatione: non enim ipſe modò diuina participare, & colere conſueuit, ſed & diuinorum cultum in ſuis populis promouere ſtuduit: templa vel collabentia inſtaurando, vel de nouo conſtruendo, vbique terrarum conſtitutus, legitimum Dei cultum fouendo, atque licet debaechante profano Marte, medios etiam inter martiales turbines ſartum tectum aſſeruando, Ædium, ſacrorumque veneratione conſeruando, Catholicæ Eccleſiæ legitimis Paſtoribus, Sacerdotibus, Epiſcopis, ſignanterque Romano Sacro Antiſtiti ſingularem perſeuò & reuerentiam exhibuit, & aſſiſtentiam ſimul, ac protectionem fideliter præſtitit.

Pietatis cultus.

Ann. Chri. 1528.

II. Strenuiſſimi huius Pedemontani Heroïs totius laborioſæ vitæ athleticus curſus perennis, perpetuſque vnus fuit cum Eccleſiaſtici Regni hoſtibus acerrimus conflictus: nam vix ſeptimumdecimum tenellæ ſuæ ætatis annum attigerat, quando à pio Genitore (vti ſupra dedimus) in Germaniam miſſus, ſub Caroli V. Cæſaris celebertimi Imperatoris, agminumque ductoris acerrimi diſciplina, aduerſus Orthodoxæ Fidei hoſtes, Proteſtantesque Principes Theutonicos militare cæpit, nec prius arma à teneris adhuc vnguiculis pertractare, quàm armatos Eccleſiaſtici Regni perduelles aduerſarios iugulare, ſeu ſaltem ſuperare generoſius, & fidelis Adoleſcens, Sabaudæ religionis Tyro perdiſcere peroptauit. Suo enim primò ad Aulam acceſſu generoſioris indolis ſpecimen præferens, ab Auunculo Cæſare ætate quidem iuuenis, maturitate verò, & ſtrenuitate grandæuus Cuſtodialium ſuæ Perſonæ equeſtrium cohortium magiſter conſtituitur: mox verò ob præclara geſta, & egregia martialia facinora præſtita, Imperialis equitatus Præfectus, atque agminum director declaratus, præclariora, & tortiora gerere aduerſus perfidos rebelles, & ſchiſmaticos feſtinauit.

Pingon. Buter. Paradin. l. 3. cap. 516. Religionis zelo contra Lutheranos pugnat.

Ann. 1545.

III. Inter Henricum II. Gallum, & Philippum itidem II. Hiſpanum Reges, poſt diuturna diſſidia, tandem compoſito vniuerſalis pacis fœdere, peculiari concordantium, imò communi confœderatorum Principum voto, ac conuentione Pedemontanus Principatus, pariter & Allobrogicus Ducatus, armorum violentia iam olim Carolo III. Parenti à Franeis erepti, Emmanueli Philiberto filio, Galli Regis cognato effecto, legitimo & Domino, & Duci reſtituti fuere. Reſtitutus ergò ipſe in antiqua ſui dominij iuridica poſſeſſione, vniuerſa propria in dominatione in primis, & ante omnia auitam catholicam Romanæ Eccleſiæ Fidem reſtituere voluit: ſicuti autem voluit, ita & valuit ordinationibus, ac præualuit bellicis expeditionibus per ſuæ Subalpinæ Marchionalis regionis Villas diffuſos, & Sanctino, ac Bellona obſtetricantibus multiplicatos religionarios, vtroque tum Martiali, tum Aſtreo mucrone diſperdere, vel eijcere, tollicite ipſe pius Dux, eſam perſonaliter hos errones inquirendo, inquiſitoſque, & inuentos vel reducendo, vel reijciendo, vti fuſius D. Lucernenſis recenſet. Hoc vt plenius, perfectiusque aſſequeretur; Auguſta Taurinorum Pedemontani Principatus Metropoli, de Gallorum manibus recepta, & ob Caroli Emmanuelis Primogeniti auſpicatum ortum reddita, vix vrbem Religioſus Princeps ingreſſus fuerat, cum egrediendum, atque, in propria dominatione tota adhuc diuagantes aduerſum Hæreticos, promulgandum ſequens dictauit edictum.

Catholicam Religionem reſtituere vult

Ann. Chri. 1562.

Lucernen. l. mem. hiſt.

Ann. Chri. 1565.

Emmanuel Filiberto Per gratia di Dio Duca di Sauoia, Prencipe di Piemonte, &c.

IV.

COncioſiache trà gl'altri ſpedienti da noi preſi, & diligenze vſate per la conſeruatione della quiete, & tranquillità de noſtri Sudditi, habbiamo procurato di contenerli vniti nella Santa Religione noſtra Cattolica, & Apoſtolica oſſeruata dalla Chieſa, & guardarli di ſcoprir nelle ſette dell'hereſie, che da maligni vengono diſſeminate. E nondimeno alcuni de noſtri Sudditi di Caraglio, caduti in tal'errore, ſi ſono dichiarati di voler viuere in quella tale Religione loro, che chiamano riformata. Ilche apertamente conoſciamo eſſer proceduto dalla malignità di certi ſeditioſi, i quali ſotto il velo di Santimonia, vanno ingannando queſti poueretti ſemplici, verſo li quali, per tal riſpetto, ci moniamo più preſto à compaſſione, che à ſdegno: Pure conſiderando noi, che la tolerenza di ſimil ſetta mouerà l'ira di Dio contro di Noi, & che doue ſono due ſorti di Religione, è impoſſibile vi ſia la quiete, & la tranquillità publica: Per tanto eſſendo determinatiſſimi di mantenere in detti noſtri Stati l'antica Religione della Santa Chieſa Romana Cattolica, come hanno fatto i noſtri Illuſtriſſimi, & Eccellentiſſimi Antecoſſori; cognoſcendoſi obligati à ciò fare, ſi per non eſſer ingrati verſo la bontà di Dio degl'infiniti beneficij à noi fatti, come per la conſeruatione de noſtri Stati, & della pace, quiete, & tranquillità de noſtri Popoli, ne volendo però procedere con tutta ſeuerità, & rigore contro i predetti, ma più preſto con tal clemenza, & humanità, che ſe li dia inanzi modo & tempo di emendarſi, e pentirſi, & reſtar nella gratia noſtra, e nella Patria, e Caſe loro, che occaſione di eſſerne eſcluſi; ci è parſo con matura conſideratione di noſtro Conſeglio di Stato, di fare il preſente Editto, & Ordine irreuocabile, in virtù del quale commandiamo à chiunque, ſi delli dichiarati, come altri, che nõ ſi riſolueranno di viuere ſecõdo la noſtra predetta Religione della Santa Cattolica, & Apoſtolica Chieſa Romana, debba partirſi da noſtri Stati, & dominij infra il termine di due meſi, doppo d'eſſa publicatione, dando notitia di ſua partita all'Officiale del luogo, one habitarà, & che in tal caſo di partenza, vogliamo, che li ſia conceſſo di vendere, & diſporre de ſuoi beni mobili, & immobili, ſe vorranno, infra il termine di vn Anno immediatamente ſeguente; ma poſſa in tanto godere de frutti, con queſto però nelli Stati noſtri ſia obligato d'andare à Meſſa, & far le altre coſe, & eſtrinſeche dimoſtrationi, vſate dagl'altri della noſtra Religione, & ſi guardino d'ogn'atto ſcandaloſo, ſotto pena della vita, confiſcatione de beni: e ſe infra il termine di due meſi ſi ranederanno, & riſolueranno di voler nelli detti noſtri Stati viuere, come è detto di ſopra, non oſtante, che prima haueſſero dichiarato altramente, andando queſti tali prima dalli Signori Prelati, & Superiori loro Eccleſiaſtici, à quali ſpetta d'abſarare, & rendere la debita vbidienza; ſi contentiamo, che poſſino rimanere nelli noſtri Stati ſenza moleſtia alcuna, per tal cauſa, quanto al paſſato: guardarſi all'auuenire di ritornare in ſimili errori, che in tal caſo, come relapſi incorreranno la pena della vita, & confiſcatione de beni irremiſſibilmente. Coſi ſaranno tutti quelli, che dalla publicatione delle preſenti in poi ſi ritroueranno dogmatizare in detti noſtri Stati, & portar libri prohibiti, concernenti detta Setta, & Hereſie, ſi in publico, che in priuato, o ſimilmente quelli, che aſſiſteranno, & loſapranno, e non lo riueleranno all'Officiale del luogo ſudetto, tanto Eccleſiaſtico, che temporale, intendendo, che li accuſatori ſiano tenuti ſecreti, e li ſia data la quarta parte della confiſcatione delli auuerſarij. Mandando la publicatione, & oſſeruanza à tutti li Officiali, Baſalli, & altri, à quali ſpettarà, che contra li contrafattori delle preſenti debbano ſeueramente procedere, facendoli oſſeruar ſenza difficoltà, ne contradittione, per quanto li ſia cara la gratia noſtra, ſotto pena all'arbitrio noſtro riſeruata: Che tal'è noſtra mente. Dat. in Torino li 10. Giugno 1565.

Ann. Chr. 1565.

Decretum compulſiuũ, vel reuertẽdi ad Eccleſiam, vel exulandi.

Ann. Chri. 1565.

Emmanuel Filiberto.

Viſta. Stropiana.

Caluſio.

V.

Verùm non ducalibus dumtaxat ſanctionibus ſuę Matchię Sectarios eõpeſcere; quinimmò Apoſtolicæ Sedis efficacioribus prouiſionibus execrabiles hos religionarios vel conuertere, vel diſperdere curauit: quare Gaſparem Ponzilionum ſibi à Secretis primarium Quiritem Romam ad Supremum Hieracheam deſtinauit, ab eoque congruas Eccleſiaſticas & inquiſitiones, & expeditiones poſtulault neceſſarias, ſignanter grauiſſimorum, pariter & eruditiſſimorum Religioſorum multiplices Miſſiones expoſtulando. Romano autem Antiſtite benignè annuente, diuerſorum Ordinum Religioſi ſufficientia, pariter & habilitate inſignes ad Subalpinarum Conuallium errones Vualdenſes, Lutherizantes, & Caluinizantes reducendos miſſi ſunt, doctiſſimique præcipuè PP. Societatis Ieſu, quorũ

Collegium

Collegium ipſe munificus Dux Emmanuel Philibertus tunc in ipſa Taurinẽſi Regia Ciuitate fundauit. Illi verò Apoſtolicum ſibi demandatum munus fideliter, & viriliter exequentes, per Villas, & Valles circumeuntes, & vbiq; Euangelizantes, arguentes, eoarguentes, eatheehlzantes, & eatholizantes vberrimos Spirituales prouentus recollegerunt, quorum vel numeros calculare, vel calculos ratioeinari non eſt modo noſtri propoſiti. Prepoſitis attamen adijcere conuenit, quod ad hnne pium effectum efficacius obtinendum, religioſiſſimus Prineeps ingens Cœnobium, prædiuiti cenſu ditatum in Pexij Valle Carthuſianis Monacis contemplationi vacantibus, ad plurificandos Operarios pro Dominiea Euangelica meſſe reducenda, erexit, pluraque alia præclara mollimina tentauit.

Ann. Chri. 1570. 1575.

Miſſiones PP. Ieſuitarum petit, & fouet.

V. Et ſi omnes Minores Fratres Capuccini Eccleſiaſtici excubitores quotidianas illius congenitę benignitatis, & pietatis humaniores demonſtrationes, & efficaces patrocinationes experiantur; inter vniuerſos tamen Fr. Hieronymus à Pamparato Perreriana in Miſſione iamdiù validè decertans, huius religioſi Quiritis, & Torquari Equitis in fidelibus Cattolicis protegendis, cauſiſq; fidei propugnandis infatigabilem longanimitatem admiratur, & ſuſpicit. Cum enim ſæpe ſæpius cunctis in ſuæ Miſſionis exigentijs ad eum ventitans ſupra frequenter, ideſt emper, pro diuerſis, & varijs, iiſque non ordinarijs, ſed grauioribus Indultis, & remiſſionibus pro pauperculis ſuæ Cuſtodiæ tum Catholicis, tum etiam Hæreticis Vallicolis ſubleuandis, & adiuuandis à Regali Celſitudine Sereniſſimorum Principum benignitate, & clemenria reportandis, & obtinendis, Domini Liburnenſis Marchionis patrocinium imploret; ille, ac ſi vnico huic negotio ex debito addictus exiſterer, omnem protinus ſuam opem, & operam impendit; quò ſupremi Principis inellnata pietas, & pia humanitas poſtulantibus indulgear, & poſtulata cuncta concedat, licuti ſuperioribus annis ſemel, & iterum præſtitum conſpeximus. Cum enim San-Martini Vallis incolæ, ſignanter paupereuli Catholici præſtandis conſuerls præſertim militaribus vectigalibus impares omnino exiſterent; Fr. Hieronymus fidelium conſeruationi conſulens, Regalis Principiſſæ Chriſtinæ Regentis, & Mattis liberalitatem ſupplicibus libellis pulſare cœpit: quæ cum propria propenſione huiuſcemodi clementiæ facinoribus annueret; interueniente Excellentiſſimi ſui Conſiliarij Domini Marchionis Hyacinthi opera, expoſtulatam exẽ-

Ann. Chri. 1634.

Perrerianum ſpecialiter Euãgelicum. Vigilem ſoluet, indultũ, & conſimaponem reportauo.

prionem subscripsit per sexennium: quo nondum elapso cum Fr. Hieronymus pro confirmatione, & alterius sexennalis remissionis concessione iterum interpellaret, Carolus Emmanuel II. Filius, & Redemptanus Dux, ac Princeps, & propria ingenua liberalitate, & tui Magni Cubicularij intercessione postulatam & a Regali Genitrice concessam olim remissionem confirmauit: sicque Capucinus Sacer Oratot, & declamator sui voti compos per omnia effectus, & Magnanimorum Principum munificentiam, & Millionum Tutelaris indeficiens patrocinium expertus, & admiratus, pro cunctorum incolmitate ad Deum preces porrigere iuxtà ritò perseuerat.

Padusanis idem beneficium semel & iterùm obtinuit.

Consimili in tutelari officio haud dissimilem in patrocinando longanimè perseuerantiam, atque perfectam in Intercedendo efficaciam præstitit Paduanæ Vallis afflictis Incolis, quibus remissium pariter, & à vectigalibus præstandis exoneratiuum indultum à Carolo Emmanuele II benigno Principe, sed prius à pia Genitrice semel, & iterum reportauit in gratiam interpellantium Fratrum Hippolyti Taurinensis, & Caroli Francisci Saulianensis Concionatorum. Ille cum per litteras Excellentissimum Marchionem pro expostulata remissione solicitaret; solicitanti Capuccino & ipse pius Dynasta geminas gratissimas responsiones transmisit breui temporis intercapedine. VI.

Ann. Chri. 1654.

Quatrinomus Illustrissimus hic Marchio Carolus, Emmanuel, Philibertus, Hyacinthus, quatrimanus quoque dignoscitur Excellentissimus Eques Torquatus: valet namque prudentia, militia, charitate, & Religione: vti igitur prudens, non dumtaxat in Magnum Cubicularium, sed & in Maximum Regni Consiliarium præcipuum à Regia Christina Ducissa assumptus fuit, simul & Serenissimo Duci filio Carolo Emmanueli II. commendatus, & commodatus. A quibus Magnus Militiæ Magister creatus, politicæ pariter, & religiosæ expeditioni aduersus rebellantes hæreticos trium Contaliium Perrerij, Perruxiæ, & Lucernæ Interalpinos præfectus, ad quam peditum, & equitum agminibus stipatus profectus, iustitiæ quidem partes iustè, & ritè perfecit, atque vti sui Regis mandatum exigebat, processit, temerarios inobedientes coercendo, & plectendo: nequaquam tamen Christianæ, qua singulariter fulget, charitatis oblitus fuit, quinimmò viscera pietatis, & misericordiæ afflictis miseris proximis aperiendo, liberalitatis quoque & beneficentiæ erarium reserauit: dispersis, atque electis cunctis fidelibus, & perfidis frumenti, vestimenti, & pecuniæ larga subsidia administrans tam de proprio per sesquiæ de ducali ære per alios, signanter per Capuccinos Missionarios Perrerij, & Perruxiæ opportuna solatia patientibus subministrans: à Patrijs laribus fugitinos, siuè electos recolligendo, recollectisque congruum nouum incolatum prouidendo. Tandem quia Religionis zelo pollebat, cum intellexisset quia in Vallibus Angroniæ, & San-Martini Diuinus cultus silebat, siuè lugebat; in psimis nempè Angroniana sacrorum exercitium restituendum curauit: in secunda verò Perreriana pro instaurandis Leuitarum, signanter Missionariorum Capuccinorum habitaculis, pecunias supp. editauit, atque sui Christianissimi Principis potentia, simul & magnificentia interpellata. Catholicæ Religionis cultum restituere, instaurare, & conseruare studuit, sicuti perpetuò studet tui Regis iura custodire, & tui Dei, ac Domini legitima seruare, indigentique proximo iusta præstare. VII.

RA-

RATIONARII CHRONOGRAPHICI RATIOCINIVM INTERMEDIVM PARAENETICVM SYNOPSIS

Præambuli Numeri duo

Apostolicum Ius regnandi perpetuò in Ecclesia continuatum, simul & continuandum esse, ex Diuinis vtriusque fœderis Oraculis explicat Præambulus

Num. I.

Apostolicum Regnandi Ius per Capuccinorum Missionẽs in Gallia Cisalpina ex Prudentum responsis, & seniorum gestis continuandum affirmat Præambulus

Num. II.

Calculus Primus

Apostolicum Ius regnandi per Capuccinorum Ecclesiasticas Missiones necessariò in Cisalpinâ Gallia continuandum ex positione, & conditione Subalpinæ regionis computat.

Calculus Secundus

Apostolicum Ius regnandi per Capuccinorum Euangelicas Missiones necessario in Ecclesia Subalpina continuandum ex vaferrima, & dolosâ circumuenientium Circuitorum, nempè Pseudoministrorum Religionariorum circuitione, & circumuentione demonstrat,

Calculus Tertius

Apostolicum Ius regnandi per Capuccinorum Euangelicas Missiones necessario in Ecclesia Subalpina continuandum ex inlida, & perfida Alpigenarum Sectatorum rebellioni propendentium conditione, simul & ex finitimorum Antiregnorum seditionibus fauentium, seditiosoque ope, & opera fouentium antiqua professione supputat.

RATIOCINIVM INTERMEDIVM PARÆNETICVM.

Apostolicum ius regnandi perpetuò in Ecclesia continuatum, simul & continuandum esse, ex Diuinis vtriusque fœderis Oraculis explicat Præambulus

Num. I.

CViuslibet siuè spiritualis, siue temporalis Regni incolumitati, & perpetuitati apprimè conducit (sicuti Politicorum docet Vniuersitas) proprij, & peculiaris regnandi iuris conseruatio, & continuatio. Contestantur hanc considerabiliorem veritatem antiquæ Chaldæorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum Monarchiæ, quæ tamdiù in suo robore permanserunt, quamdiù in viridi obseruantia propria municipalia, siuè nationalia iura apud eos vigucrunt. Deus igitur, cuius potentia sapiens, & sapientia potens in rerum dispositione non fallitur sua in Ecclesiastica Theocratia administranda, cum Apostolicum regnandi Ius adhibere decreuisset; à mittendorum fidelium Ministrorum promissione nunquàm pro qualicumque sui Ecclesiastici Regni mutatione cessauit, sed In statuta Imperandi ratione semel decreta perpetuò perseuerauit: quemadmodum à nobis aliàs exhibita sapientialia, & Euangelica Paradigmata testantur.

Regnãdi proprium; ius cõ seruandum.

Ius regnandi Apostolicum Deus conseruat, per omnes mundi ætates.

Primò: siquidem pro sua Mystica vinea plantanda, idest Ecclesia Vniuersali fundanda egressus per prouidentiam, & exteriorem operationem, non prima duntaxat Mundi hora Missiones inchoauit; sed & tertia, sexta, & nona continuauit, atque ad vndecimam vsque perseuerault.

Matth. c. 20.

Secundò: Plantatæ Vineæ, idest Catholicæ Ecclesiæ Dominicales, hoc est spirituales prouentus degustare desiderans, ad eos percipiendos non semel tantum, sed semel, & iterum, & pluries seruorum emissiones varias multiplicauit: Tandemque vsque ad proprium Vnigenitum Filium mittendum in fine sæculorum continuauit.

Matth. c. 21

Tertiò: Sapientialis suæ Domus exædificatæ, atque ad Arcis Instar erectæ, imò ad Ciuitatis amplitudinẽ constructę, sui videlicèt in Ecclesiastici Regni ædificationẽ, multiplicationẽ, & consummationẽ nõ vnã, aut alteram, sed indefinitas plures, nec ad solos paruulos, sed ad insipientes quoque pluries emisit apostolationes.

Proverb. 9.

Quartò: Vt Regij proprij filij regales nuptias, nempè Euãgelicæ Ecclesiæ Christo Desponsatæ degustarent Spirituales & diuitias, & delicias; ad conuocandos inuitatos seruum non vnum, sed multos emisit. Rursus & ad non inuitatos congregandos haud semel, sed bis quamplures emissos destinauit.

Matth. c. 22.

Quintò: Ad magnam cœnam, videlicèt, ad vltimatam, & consummatam, æternamque refectionem vt iam vocatos congregaret; seruum quidem vnicum vltima diei hora, idest nouissima Orbis duratione, sed semel iterum, & tertiò emissum amandauit. Quibus, & consimilibus parabolicis dogmatibus Ecclesiastico suo in Spirituali Regno statutam, & constitutam, à seque per cunctas Mundi ætates continuatam regnandi rationem, per Religiosorum Ministrorum Ecclesiasticas Missiones declarauit, demonstrault, & manifestauit: sicque Spirituale proprium Dominium in Orbe etiam bellorum tumultibus agitato, & Tyrannorum barbarie concusso fundauit, propugnault, confirmauit, conseruauit. Huius autem eum Ecclesiæ conseruatæ, tum Missionis continuatæ ratio in promptu est, quia eiusmodi Apostolicum regnandi Ius non violentum est, sed pacificum: nec violentia extera aliena Regna subuertit; sed clementia etiam Barbaros Reges conuertit: non Martis ferro homines iugulat; sed aureis, & argenteis facundi Spi-

Luc. cap. 14.

Apostolici regnandi iuris bona.

ritualis Mercurij carenulis vlros subiugat: non fraude, dolo, & simulatione decepros prodit; sed prudenti simplicitate allectos colligit: nec odio, aut iracundia in proximos fænit; sed charitate, & benenolentia etiam hostes diligit, & inimicis malefacentibus benefacit. Non denique cupidinis, aut libidinis faculis æstuans vicinorum aut fortunæ inuidet, aut famæ detrahit, aut facultatibus inhiat, aut honestati insidiatur; imò tum indigenarum, tum alienigenarum cuilibet bono consulere docet. Hæc Euangelica, & Apostolica Sacrosancta plusquam religiosa ratio regnandi non in personarum acceptatione consistit: neq; enim pro temporalium acquisitione insudare suadet, nec terrenum sibi regnum acquirere; sed cælestem sibi coronam conquirere quemlibet edocet: Nec Regum Terræ Iura custodire; sed Cœli Regis leges seruare demonstrat. Tandem iuxta naturale institum rationis iubar Deum colere: Honestè viuere: Alterum non lædere; suum cuique tribuere commonstrat.

Apostolicum regnandi Ius per Capuccinorum Missiones in Gallia Cisalpina ex Prudentum responsis, & Seniorum gestis affirmat Præambulus

Num. II.

IRrefragabilem tum fidem habent, tum indubitabilem cunctis coram viuentibus fidem faciunt & responsa Prudentum, & gesta seniorum. Saniora igitur, & Seniora prudentissimorum Presbiterorum Oracula, simul & prudentiora Patrum antiquorum exquirentes facinora circa Ecclesiasticæ Capuccinorum Missionis in Cisalpina Gallia continuationem adinuenimus: Quòd à nostræ Capuccinæ Congregationis Generalibus & Prouincialibus coram Reuerendissimis Taurinensibus Nuncijs, Archiepiscopis, & Inquisitoribus, imò coram Romanæ Curiæ Conscriptis Patribus pluries proposita, & agitata fuit Quæstio: Num continuandus, & conseruandus Capuccinorum Apostolatus in Subalpinis Vallibus, An cessandum ab opere Euangelico? Ecclesiasticæ Hierarchiæ supremi, medij, & inferiores Antistites pro verborum Oraculis, gestorum Canonica facta reddiderunt, ad Apostolicum Opus Capuccinos Vigiles mittere continuando, & perennem continuationem Missionis Superioribus, & Prælatis præcipiendo. Felicissimis ergo nostet hic Apostolatus auspicijs supra Millesimum quingentesimum nonagesimo anno sexto exortus, Cælesti fauente Numine primordiales suos egressus, seu progressus prosperè prosequutus legitur per triennium vsque ad completum decimum sextum seculum: quando inter Gallicum Regem, & Sabaudum Ducem obortis Martialibus dissidijs, reuocatis à Regularibus Præsulibus ad Claustra Operarijs, Apostolicum Munus aliquatem cessationem accepit. Verùm enimuerò id ægrè ad modum ferentibus & gregibus, & Pastoribus Ecclesiarum, ipso signanter Domino Rogerio Tritonio Sanctæ Mariæ Pinerolensis Abbate, Romæ tunc commorante, & coram Sanctissimo pro instauratione, & continuatione proclamante, tandem Anno 1601. Clemens Octauus Summus Sacerdos Iterato iussu per Dominum Conradum Tartarinum Forolluliensem Antistitem, designatum Apostolicum Nuncium, Taurinum aduenientem, iterum emissis Euangelicis Operarijs potestate specialiter redelegata, Missiones restituit, & continuauit. Rursus cum anno 1604. Prouinciæ Ianuensis Moderatores Patres, Romana Sede Vacante, rationabilioribus causis permoti Iam emissos Sacros Præcones denuò retraxissent; anno immediatè subsequenti regredientibus ijsdemmet Patribus à Generalibus nostris Consilijs Romæ habitis, tunc ad Apicem Hierarchicum recenter assumptus Paulus Quintus instanter præcepit; vt institutis iam ab Antecessore apud Subalpinos Apostolicis Missionibus idoneos, & sufficientes Religiosos Vigiles, & Custodes Theologos, & Concionatores restituerent; quò in inchoatis Ecclesiasticis stationibus continuarent: Quod vix regressi exactè, & plenariè præstiterunt, iuxta mentem Pontificis Capuccinos pugiles remittendo, qui à primordiali vsque in præsentem diem, duodecimo Iam lustro excurrente, nulla alia prorsus vltra cessatione interposita, indesinenter operari persecuerauerunt, persecuerant, & persecuetabuntur ad Sanctissimi placitum, & Imperium, imperandi in Apostolica ratione lugiter perstando, & persistendo.

Quæstio de Capuccinorũ Apostolatu in Subalpin. aut continuando, aut remouendo pluries à nostris proposita.

Apostolatus Capuccinorũ cessationem accipit, sed illicò restituitur.

Interrogatus tepè iæpiùs à priscis temporibus, & nostris Patribus de hoc eodemmet Problemate, nempe de continuatione, aut cessatione Capuccini Apostolatus, Ille Vir, & virtutum specimen Venerabilis Pater Frater Stephanus Tendensis Grandeuus iam, & strenuus Pugil Capuccinus, Seraphico ille Spiritu plenus,

Senioris Fr. Stephani responsum circa Missionum cõtinuationẽ

diutur-

diuturnioique experientia edoctus, nec non zelo Catholicæ Religionis adductus propositæ quæstioni non voce prolatas dumtaxat, sed & scripto exaratas, validioribus demonstrationibus confirmatas negatiuas responsiones reddidit, vigetes repetendo: neq; quam sunt auferendæ a Conuallibus Missiones, quia illis cessantibus conticesceret & Catholica Fides, & fidelis Ecclesia paulatim corruet. Ne igitur ex Auernali Vesuuio erumpentes hæreticales vomitus, & Septentrionales inundationes, illibatæ Fidei, ac fidelis Religionis candorem, splendorem, & elatum denigrarent; ne rursus de Caluinistica, simul & Lutherana sylua egressus Schismaticus Aper Vineam Domini Sabaoth exterminaret; ne ve singularis sacrilegus Ferus Magni Patrisfamilias agrum Ecclesiasticum depasceret, conculcaret, & deuastaret; Supremus Hierarcha pro suo munere plures Custodias in Italicis liminibus, Apostolicasque Stationes prouidit, & hactenus conseruauit ad Vallares fores asseruandas.

CALCVLVS PRIMVS

Apostolicum Ius Regnandi per Capuccinorum Ecclesiasticas Missiones necessariò in Cisalpina Gallia continuandum ex positione, & conditione Subalpina regionis computat.

COmmuni, & vulgari, veridico attamen axiomate dicitur: Quod remota causa, remouetur effectus; non ablata autem causa, nec auferetur effectus; perdurante enim infirmitate perseuerare debet medicina, ingruenti pariter morbo congruere conuenit antidotum, & alexipharmacum. Cum igitur hactenus in hac Saturnia, & Cisalpina Plaga pertinaciter, & violenter grassentur hæreses, insaniant Hæretici, & Pseudoapostoli decipiendis Subalpinis, vel Interalpinis populis insistant; persistetq; debent legitimi Antagonistæ Apostolici; deceptores vt arceant, deceptos reuocent, insanientes resipiscere doceant, grassantes, & grassatores compescant, & reprimant. Inualescit & in visceribus Ecclesiæ Hæreticum virus, atque virulentum veneficium in cordibus credentium ad mortem conualescit; & Euangelicum Alexipharmacum, Apostolicumque Antidotum auferetur? Nequaquam. Quinimmò Ecclesiastici Regni infentissimis hostibus perniciosa perpetuò molientibus fraudulentijs, ac violentijs, vt bona destruant, mala ingiter struentibus: nõ modò existentes iã sacrorũ Vigilum Euangelicæ non sunt excubiæ auferendæ; quin potius nondum existentes plures multiplicandæ limitaneis his in Ostijs, & oris. Perseuerant in Alpibus Maritimis, Cottijs, Graijs, Penninis, Lepontijs, Rheticis, & conterminis Italicis plagis aduersantia Caluinistarum Schismata, Lutheranorum vsurpata Dominia, & violentæ Dominationes manẽt. Quinimmò in terra Sennaar intra amphoram, hoc est, in medio aquarum inter plumbeum talentum residet impietas, luxuriatur Babylon Mater fornicationum Gebennensis Ciuitas, Impiorum vnitas, & perfidorum, Deterror imo; Conuentus superbit: Vbi Synagoga, & Sedes est Sathanæ: Vbi stygia Palus, lacus Auerni: Vnde Coccitus, Flageton, & Lethes Orci procedunt: Vnde infandorum criminum colluuies irrumpit ad infuscandam, fœdandam, & conspurcandam Ecclesiam, propè, & longè, cominus, & eminus & ferens, & fœdans, & feriens, ac penetrans ad Oceani vsque remotissimas Insulas, imò Indias. Cum igitur etiam Transmaria positi distantiores Populi hæreticæ infectionis luẽ, & deceptionẽ effugere nequaquã quiuerint, profundissimo licet circũuallati Oceano, muniti Mõtiũ aggeribus, & rupibus, quasi Munitionibus tepti; quomodo Subalpinę conterminantes, imo contribules gentes à Sectaria depraua tione immunes? quomodo Italiæ Ecclesiasticum proximum Regnum illæsum seruari poterunt? Quando fumus putei abyssi peruadit remotiora Climata Orientis, frigidiora Regna Aquilonis? Potens, Impius, Furens, Anbelans, in dies magis spirans minarum, & cædis, subuersionis, & deuastationis in Discipulos, vt Ecclesias Domini hostis irreconciliabilis subuertat: Perpetuus Perduelio Ecclesiastici Regni Italici euersionẽ molliens, ipsis stat in Regni portis, liminibus hæret, limitibus imminet. Ostia ergo parentia abiq; Excubijs, & Custodientibus Castris derelinquentur? Sublatilqua Vigilibus, & Pugilibus deserentur? sed quid immoror? Hostis iam est in domo, præcesserunt Præcursores, peruenerunt, & præoccupauerunt non modo Arria, sed & Hesperica limina: Iam enim ex parte Cottiarum, & finitimarum Alpium & Montes, & Valles possident, alpibus insident, & ad inia propendunt: Complana inuadẽdi opportunitatem nanciici præstolantur; nec obuiantes repugnabunt emissæ Ecclesiasticorum Castrorum

Necessitas contra nandę missionis in communi asseritur, & demonstratur.

Religiosæ Aciei ordinatæ? Præmuniendæ igitur Præsidiarijs limitaneis Militibus hactenus non munitæ Marchionales fores: Vallium faucibus adhibendi Vigilaces Custodes Apostolici: Ecclesiasticis in Stationibus iam persistentibus Stationarijs inuigilandum in Excubijs, & Excubitoribus perpetuo immicandum aduersus Fidei aduersarios. Necessitatem igitur continuandi Apostolatus in Gallia Cisalpina, per tres Calculos, & plures Numeros ratiocinandum aggredimur.

I. Necessitas ex alpestri naturali pertera conditione incolarum.

Necessitas continuandæ Missionis Capuccinorum in Subalpinis his Conuallibus, & Italicis ostijs Primò oritur ex conditione regionis alpestris, agrestis, austerioris, & steriliotis; quam propterea incolunt habitatores simplices, idiotæ, rudes, inciuiles, inexculti, maiorique ex parte indociles, indisciplinabiles, & spiritualium ad capessendam disciplinam necessariorum notitiam vel inhabiles, vel difficiles, carnalium verò (Ilicèt interdictorum) ad frequentiam propensi, ad malitiam faciles, in professione, & habitu consuetudinis tenaces, viles, & ignobiles fuut. Ideò ad vitia potius degeneres, quàm ad virtutes generosos spiritus, & impetus, imò mentem, & animum gerunt. Vnde ignobilia, vilia, indigna plura, quàm preclara, & laudabilia perpetrare consueuerunt. Cum igitur ad bona segnes, ad mala sint præcipites: in malo stabiles, in bono autem fragiles inueniantur hi Vallicolæ; tamquam spiritualium expertes, & ignari, carnalibus verò alieni, & expediti, carnalia hæresiarcharum placita à Pseudoministris vix propositâ obuijs vlnis exceperunt: Spiritualia verò legitimâ dogmata, quasi sibi incognita, sicuti facillimè abiecerunt; ità veluti sensibus, & carni aspera, & austera, imo contraria difficillimè rursus recipiunt: recepta autem & plurimo labore retinent, ac custodiunt, & nullo negotio negligunt, atque contemnunt. Non igitur cessandum ab Apostolico Ministerio Spiritualem Ecclesiastici Regni disciplinam, & doctrinam prædicandi, exponendi, persuadendi, sustinendi pariter, & confirmandi.

II.

Necessitas continuandi Apostolatus apud Interalpinos secundò, & iterum exoritur ex conditione regionis siluestris, rusticioris, & asperioris, pauperioris, & inclementioris: quam propterea Viri Religiosi docti, & eruditi, nobiles, potentes ad Ecclesiastica munera, & onera sustinenda, & strenuè administranda habiles, & idonei, incolere renuunt, excolere recusant, inhabitare refugiunt: Quapropter Diœcesani Præsules alpigenas illas populationes, atque Parœcias curandas, quibus possunt, & inueniunt, Rectoribus, & Sacerdotibus committunt, vt in plurimum indigenis: ideò & illis vix ad sufficientiam eruditis, instructis, & Parochiali Ministerio aptis, bisque pauperculis, egenis ruricolis, inexpertisque Vallicolis, qui agriculturæ potius, quàm necessariorum librorum lecturæ, aut spiritualium culturæ incumbere coguntur. Qui autem à Gebennenli Synagoga immiti, vel sponte accurrentes vltronei accedunt ad Gentem Interalpinam subuertendam Pseudopastores, & Impostores, vt plurimùm sunt doctiores homines Apostatæ, olim Theologi, Iurisperiti, scientiarum professores, ex Presbyteri, Excucullati saureari, qui quia fodere non valent, & mendicare erubescunt, luxuriari autem, tcortari, & epulari volunt; cum non aliunde eis suppetat commeatus; de matumona iniquitatis, de pretio prostitutæ, adulteratæ, pollutæ, & profanatæ Sacræ Doctrinæ sacrilega stipendia colligunt, pro Hæreticis blasphemijs docendis, erroribus vendidandis, Sacrilegijs circumferendis in deceptionem, & perditionem animarum legitimam Christi Ecclesiam destruere, nituntur; vt in Inferno consultant sibi æterna ergastula, pariter & ignita vincula Pseudoministri, & Pseudoludimagistri ministeria solicitè, & pertinaciter exercendo. Non cessandum igitur à perenni Missione Religiosorum Doctorum, & Sacrorum Magistrorum, qui & Antimagistros arceant, confutent, & confundant, damnataque eorum Dogmata reijciant, damnent, & anathematizent: solitarijsautem Alpigenis Parochis simplicioribus, & indoctioribus pro opportunitatibus præsto adsint, auxilientur, atque Orthodoxa Oracula, scripturas, & veritates prædicando, Catechizando, disputando, & propugnando confirment.

II. Necessitas ex regionis inclementia ferè impractikabili honestis viris.

III.

Necessitas continuandæ Missionis ex Regionis positione non mediocris pariter consurgit ex eò quòd Maritimis, Cottijs, Graijs, & Penninis Alpibus quasi finitima Gebennensium Dominatio ab Interalpinis, & Subalpinis Italicis his Hæreticis Conuallibus haud longe distet, & dilata sedeat Gebennensis Ciuitas vitiorum, & facinorum Metropolis: ab Ecclesia pariter, & à Claustris Apostatarantium inuidorum, equorum, & mulorum, quibus non est intellectus, scortationibus prostituta meretrix. Quæ ad se confugientes Pietatis, Fidei, & Religionis deserdores, violatores, profanatores, necnon legitimę Dominationis, atque Principatus contumaces contemptores, proditores, vtriusque nempè Diuinæ, & humanę Legis Maiestatis debitores, non ab Italis dumtaxat, sed à Francis simul, & Theutonibus scelestiores refugas damnatos, atque proscriptos recipit, receptat, acceptat, complectitur, tutatur, patrocinatur, fouet, fauet, & extollit. Quoniam verò totius Ecclesiæ commune periscma, hoc est ab Europæis cunctis Prouincijs, signanter Italicis,

III. Necessitas ex vicinia Gebennensis Pseudosynagogæ.

licis impuras enomitiones reiectas meretricia ingluuie postquam vorax Gebennense prostibulum Infernales fauces, & os Auernale dilatando deglutiuit; ponderosori malotũ se se ingurgitatione grauati, & vexati sentiens, ac experiens, ne qui putabantur cibus, interitus fiant; semel hausta alienigenam indigerie-n, atque à se absorptum ab alijs reiectum vomitum iterum eructare tentans, receptos Exteculatos Expresbyteros Baechi, Veneris, & Adonidis, seù Ganimedis, vel clarius Sodomorum affectas in prostitutarum Missarum lupanari Bacchanalium rictus, & disciplinam edoctos ad Interalpinas finitimas Synagogas emittunt; vt si quos adhuc in recta via veritatis, & virtutis viros, ac mulieres ambulantes inueniant, ad lasciuiendum, & hæreticè insaniendum perdueant facinoroso, ac scandaloso proprio exemplo, & sophismatibus, & veneficijs carnalibus dementatos. Quia igitur Venefica Lamia, imò Hæretica Lœna ceteros suos Catulos, hoc est Diabolicos præstigiatores, animarum homicidas ad Alpigenas hos illudendos, seducendos, & subuertendos immittere nequaquam cessat; Nec igitur Romanæ Vrbi, & Ecclesiæ reliquarum Ecclesiarum Protoparenti aliquando cessandũ erit à
III. perenni Missione Euangelizantium Fidem, Euangelizantium bona, iusta, & Sancta legitimæ Matris, Pietatis, ac Religionis Regnum Prædicantium, & Propugnantium.

V. Necessitatis continuandi Apostolatus exigentia in Subalpinis creuit ex inter Cisalpinos, ac Transalpinos etiam Caluinistas, aut Lutheristas necessaria frequentia conuersandi, communicandi, vel negotiorum, vel mercimoniæ, aut itinerandi, tandem cohabitandi ineuitabili causa, & exurgente, atque in dies emergente, seù etiam excrescente simul, & innalescente ex quotidiana vexatorum populorum indigentia, & necessitate. Quia ergo corrumpunt bonos mores colloquia mala; imo Fideles etiam homines deprauant impietatis exempla: & impia facilius, quia sensualis, pia verò difficiliùs, quia Intellectualis disciplina acceptetur; necessariò autem fideles cum perfidis aut conuersentur, aut commorentur: nonnullis enim in Conuallibus, vbi impunè grassantur hæreses, promiscuè credentes cum incredulis versantur, & ineolunt, liberèq; ac publicè tum Catholicæ, tum Caluinisticæ professionis Ministeria tàm legitima, quàm spuria, atque sacrilega exercentur, cum permissa libidine ad verumque, siue ad Catholicissimum, siuè ad Caluinissimum se se conuertendi, seù peruertendi. Nullo igitur pacto cessandum à Religiosorum virorum perpetua Missione, qui Euangelicę, & Apostolicæ singularis vitæ exemplo, atque Catholicè viuendi ritu, laudabilique tramite stantes in Fide confirment: quia numquam desunt, qui scandalosa conuersatione, incontinentique turpi, ac libidinoso carnali, & sensuali viuendi modo, immodestisque confabulationibus, & blandis allocutionibus, seù solicitationibus illos infirment, & ad
VI. peruersionem pelliciant sub speciosotitulo reformatæ Religionis.

Necessitati conseruandæ Missionis eò plures numeros affiget regionis situs, & positio; quò pluries frequentiori à plurimis sæculis per sæcula sæpiùs repetita reuolutione Europæorum Regnorum Italię, Germanię, Gallię, & Hispanię Hispani, Galli, Germani, & promiscuę Fidei, ac Religionis Occidui Reges, Duces, & Militiæ Magistri Caluinistarum, Lutheranorum, Puritanorum, Protestantium, Anabatistarum, imò Atheistarum militum turmas, copiosasque acies ad exercendum, & fouendum bellum ab Aquilonaribus Regnis per Interalpinas Regiones, vel ad Cisalpinas Prouincias diuertentes, pariter & perducentes, Catholicę Fidei potius, quàm aduersarię potestati bella inferunt, afferunt damna. Sub honesto namque emendicato titulo propriæ Dominationi inseruiendi, aut propria iura propugnandi legitimam Religionem expugnant, in veramque Ecclesiam tum fraudulenter, tum violenter desciuunt. Qua Sectaria malitia magis, quàm militia, & hæreticali artificio, siue malificio primarium olim Hæreticum virus ad Italicas has plagas delatum, fotum, propagatum, adauctum, & tandem confirmatum nouimus, & nos proprijs Calculis numeranimus: Inter Milites namque deceptores Pseudopredicantes inecedentes abscondiri, sub militari Chlamyde Ministeriales Hæreticales frandes exercebant. Vnde bellorum tumultuoso turbine tecti, & pulueratio bellico fumo obnubilati, & protecti illibatæ quondam Auitæ Fidei candorem in Cisalpina Gallia obscuratunt, & denigrarunt. Quod & nunc consimilibus Martialibus tempestatibus Hesperieis his plagis exagitatis continuò accidit: furentibus enim perpetuò Christianorum Europæorum Regum dissidijs, & irreconciliabilibus simultatibus, vndequaque supereminent Castra Sectarijs militibus sæpe ex parte conflata, quorum in acie Pseudopastores non diuersi, sed vniuersi numerantur, quot enim Gladiatores, tot Doctores inter eos incedunt, qui tum publicis congressionibus, ac disputationibus, tum priuatis allocutionibus, tum familiaribus Sermocinationibus si non Religiosos, & Clericos, saltem mediocres, & inferiores: si non Doctos, & eruditos, saltem simplices, & imperitos: si non Viros, saltem Mulieres: si non diuites, saltem pauperes: si non canos, saltem adolescen-

IV. Necessitas ex communicatione necessariorũ cũ Sectarijs.

V. Necessitas ex frequenti necessa hereticantium, copiarũ ad prelia euentatium.

tes apud quos hospitantur, & diuersantur blando alloquio, Hæreticaque versutia, & fraudulentia inficere, subuertere, & peruertere student, & satagunt plurefque incautos decipiunt; idque quotidie fieri haud mediocri cum Religionis detrimento cernunt Præsules: serpentem, & ingiter subrepentem Hæreticum morbum aperte perspiciunt, nec aliter prospicere præualent; quàm Apostolicorum Antagonistarum oppositio muto, ideſt Missionibus opportunis in Custodijs appositis. Ideò tantum abest, vt constitutis, & iam olim fixis in peculiaribus Excubijs statutis Missionibus antiquis, & ordinarijs sit cessandum; quinimmo mobiles, & veloces sint superaddendę nouæ, & extraordinarię Emissiones Euangelicorum Operatiorum, qui fraudulentorum subuersorum malitiam, & nequitiam detegant, inscitiam, & imperitiam confundant dolos, & technas dissoluant. Multiplicanda sunt igitur Religiosorum Ecclesiastica Castra aduersus impostorum Sathanicas Cohortes; vt per vniuersas regiones quasi Emissarij Equites circumcurrantes quocũq; opus fuerit, & postulauerit necessitas Fidei, currant, accurrant, & succurrant periclitanti Ecclesiastico Spirituali Regno in Sæcularium Regnorum, & Regum Christianorum mutua inuasione.

VII.

V

VI. Necessitas ex eo ♀ Subalpina regio sit limitanea Marchia.

Necessitatem perpetuandæ Missionis regionis conditio, & situs positio eandem declarant ex eo, quod Cisalpina hęc Gallia limitanea Italiæ plaga existat superuenientibusque Transalpinis Occiduis, vel Septentrionalibus populis (vti supra explicauimus) duodecim circiter perpetuò patentia ostia pandat: Vnde iuprimus huius Pedemontanę Prouinciæ Dominus Marchio Italiæ, ideſt Custos iuremetitò nuncupatur. Perpetuum autem, atque à Politicis receptum, & rerum placitum esse conspicitur; vt Regnorum, & Prouinciarum Marchias, ideſt, limitaneas, siue limitaneas Custodias statutis munitionibus, comportatis aggeribus, & constructis Arcibus, adhibitis Præsidiarijs & Castris, & Custodibus muniant, seruent, & custodiant, etiam pacis tempore; ne quis iniurioſus, & perniciosus impurator hostis supergrediatur, & inuadat. Supremus igitur Ecclesiastici Regni Hierarcha Custodiales has Italię Oras Præsidiarijs Euangelicis Copijs, & Religiosis Custodibus, aliquibus ab hinc annis, aliquandas, & obseruandas assignauerat, & consignauerat, nempè Capuccinis: qui duodecim his in partibus tanuis Ausoniæ, & Vallaribus foribus, sicuti Sereniſſimus Sabaudus Dux, & Marchio pluribus Martiales munitiones, & Arces, sic & ipſi Ecclesiasticas plures stationes construxerint; nempè firma Domicilia, & stabiles habitationes in Vallium vertice, centro, vel faucibus acquisiuerunt; vt arctiùs Sacras obseruent Excubias, perpetuò in specula contemplando, & in periculoſis conterminis eniendo pro Ecclesiastico Regno propugnando. Nunquam igitur pariter, & nunquam à Vigilum, & Excubitorum Missionibus cessandum, vt superuenientium insidiantium perduellium Sectariorum hostiles incursus deprehendere, reprimere, & reijcere valeant, vel saltem ad validiores, & vrgentiores inuadentium impetus compescendos, valentes subliniores potestates, & Principatus Catholicos, & Ecclesiasticos vt admoneant, interpellant, excitent, incitent, & solicitent.

IV

CALCVLVS SECVNDVS.

Apostolicum Ius regnandi per Capuccinorum Euangelicas Missiones necessariò in Ecclesia Subalpina continuandum, ex Vaserrima, & doloſa circumuenientium Circuitorum, nempe Pseudoministrorum Religionariorum circuitione, & circumuentione demonstrat.

I.

QVniam portentoſa viderat; ideò monstruoſa deſcribebat ſua in Apocalypſi D. Ioannes Apoſtolus, Euangeliſta, & Propheta quando ſcribebat: *Et vidi Mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, habentem capita ſeptem, & cornua decem.* Quis hic non videat Monſtri ſimilem? immò Monſtris cunctis diſſimilem, & monſtruoſiorem beſtiam? quæ ſeptena ſumraxat eum capita geſtaret; dena tamen cornua circumferebat, prodigioſo adeò modo; vt beſtiam quis proſpiciens, ignoraret an ſingulũ caput ſingulũ, aut multiplex cornu haberet, an verò decem cornua ſingulari capiti inhærerent: fabuloſæ ſiquidem Lernææ Hidræ inſtar pro vno non capita ſeptem, ſed cornua decem progignere, & ex ſingulis capi-

Apocalyp. 17.

tibus

tibus multiplicare videbatur. Verùm enimuerò omnis prorsus cessabit admiratio, cum Monstruosæ huius figuræ apparebit, & manifesta fiet significatio. Mulier igitur portentosa illa pernicioſæ Hæresis typum gerebat, & ideò poculum plenum abominatione cunctis populis porrigendo circumferebat; deferebat verò mulierem animal septem capitibus perperuò decens, & plura cornua progignentibus armatum, quia Pseudodoctores Hæresiarchæ singuli septem capita, ideſt Capitalia crimina pro capite gestantes ex his singularibus multiplicia bellua, immò bestialia cornua, ideſt dogmata, & hæreses brutales perpetuò parturiunt, vt brutali, ac bestiali proprio, & sequacium carnalium appetitui, & effreni concupiscentiæ satisfaciant: Vnde & poculum extrinsecus auro fulgens, intrinsecus verò abominationibus pariter, & fornicationibus redundans deliris populis circumsido, vel potius circumueniendo propinant. Et hanc nouissimam inter vniuersas hactenus conceruatas, & allatas contimandæ Capucinorum Missionis rationem, immò demonstrationem computamus in Cisalpinis Ecclesijs: ex eò quod in Transalpinis proximioribus Synagogis nouæ in dies multiplices pullulant hæreſes. Quoniam in monstruosis capitibus bestialium hominum, nempè Pseudoministrorum, more pecudum ventri deseruientium assiduè, & perenniter germinant; sed quid dico germinant? immò ebulliunt, & indesinenter scaturiunt aduersus rectam Fidem, & Catholicam Ecclesiam peruersæ, sacrilegæ, & brutales opiniones, insana illa placita, & intolerabiles errores, ad quos libentiùs pariter, & ad fœcem vsque ebibendos, atque eporandos vetum vicinas, tum longè distantes gentes inducat Babylon Meretrix, nempè Gebennensis Ciuitas, Mater Fornicationum, Circuitores, atque Circumforaneos Præstigiatores, nempè falsos Prophetas, & Impostores solicitè, & assiduè mittere nunquam, & nusquam cessat: quos ex impuro, & immundo Sectario prostibulo, & lupanari progredientes, & aduenientes lupos rapaces gratanter excipiunt, & menstruo præzio conducunt miseri, & delirij Alpigenæ nostrarum Alpium: quibus lasciuientibus dum secundum carnè iucunda, immunda omnia sensui blandientia indulgent callidi deceptores, deceptarum animarum cruore saginati pinguescunt adeò, & insolescunt, vt se ipsos solos Videntes in foro totam turba, & in caupona inter dapes, & vina concrepantibus buccis, & eructantibus rictibus iactare, & venditare, & præsumant, & perpetuò consueſcant, simul & assueſcant finitimis nostris his in Hetpericis Ostijs, & Tonuallibus. Et hic necessariò perennis, & perpetuus existit, & existet Hæresiarcharum, & Hæresum indeficiens egressus, progressus, & consuetus proceſſus. Cum enim, iuxta Philosophum, veritas sit vna; falsitates autem sint plures; vna, vnica, & sola sempiterna permanente, stante, & perstante in legitima Ecclesia Orthodoxa Fide, multiformes, & deformes continuò circumeunt perfidiæ, sibi inuicem per tempora, & implorum hominum sacrilega placita succedentes, vti experientia patet in Subalpina hac nostra peruersa Ecclesia, in qua Primi (nempè circa Quartum seculũ) desipuerunt Ariani: quibus successerunt Leonoclaſtę circa Nonũ; circa Vndecimũ verò Berengarianiita. circiter Vualdenſes, & Albigenſes: in Quartodecimo Gazari, & Libertini: intra sextumdecimũ Lutherani, & Caluiniſtę: intra septimumdecimum Neoterici Hæretici plures de recenti excogitatas Phanaticas Sectas innexere, sed præcipuè Iansenistæ in Gallia Belgica desipuero, nec etiam illorũ à Romana Sede damnatis erroribus hactenus resipiscere voluerunt. Sicq; patet qualiter singulis, & omnibus seculis zizaniorum ad instar in Dominico Agro dissemınatæ à nequiori spiritù pernicioſiores hæreſes assiduè pullulantes; recolligentes, & eas in faſciculos alligantes ad comburendum Magni Patris familias seruos sedulos, & solicitos requirant, & postulent: non dormientes, dormitantes, aut oſcitantes; sed Vigilaees pariter, & ex propoſito operi incumbentes: neque in communi de nouo emergentium Ecclesiæ indigentiarum curam habentes; sed in speciali singularum Alpigenarum, immo Subalpinarum Ecclesiarum singularium solicitudinem gerentes. Quia etiam quieſcentibus, & silentibus reliquis doctrinis erroneis, & damnatis erroribus, Atheismus ipse nunquam quieſcere, aut deficere consueuit. Conuenientibus siquidem, atque ad patentes has Italicas fores concurrentibus Occiduis populis, & Septentrionalibus gentibus Polonis, Vngharis, Bohemis, Saxonibus, Theutonibus, Anglis, Scotijs, Ibernis, Holandis, Belgis, Gallis, Rheticis, Heluetijs, & similibus promiſcuę credulitatis, & Religionis tum Militibus, tum Mercatoribus, tum Viatoribus, qui familiaribus saltem congreſſionibus suas ineptias Hereticas iactare, & venditare non erubeſcunt, immò assueſcunt: Pluſquam necessaria semper & erit, & apparebit continuata Apoſtolicorum Vigilum, & Eccleſiaſticorum Exeubitorum prouiſio, qui in Custodijs, & Stationibus Euangelicis inuigilent, & per posticũ irruentes hostes deprehẽdant, & hostiles quoridianas nouarum hæreſum irreptiones comprehendant, & reprimant, atque vlteriores, pernicioſioresque assiduè germinantium Sectarum progreſſus impediant.

Neceſſitas præcipua, & continuandę Miſſionis frequens inuectio nouarum Sectarum.

Psalm. 11. Necessitas ex circumeuntium ac circumuenientium circuitorum hæreticorum astutia. Iob. c. 1.

In circuito impij ambulant (admonebat Psalmista) Qui in circuitu perambulat, neque vadit, neq; venit, dum semper circumuadit, vt semper circumueniat Quàm appositè, quàm iustè præmisit Psalmidicæ notæ Pseudopræcantrium circuitorũ notant infestam, molestam, temerariam, impudentemque conditionem: hi enim veluti circumforanei, & circulatores in foro, diuertorio, & cauponis, medicam lupanarijs circumeuntes fucis, strophis, imò dolis, & fraudibus quæstum captant. Apud Iob de fuga egressibus, & progressibus fatebatur Sathanas: *Circumiui terram, & perambulaui eam*. Scilicèt vt Orbem circumeundò; habitatores Orbis circumueniret: cuius adamussim Sathanicis vestigijs inhærentes Infernales Curiores, hoc est dicere Hæreticales Impostores, vere Circuitores, Illusores, & Præstigiatores circuunt has finitimas Italiæ Terras, & Subalpinas plagas; vt circumueniant, illudant, & fascinent.. primò infantes inexpertos, postmodum Mulierculas ignaras, & peccatis onustas; nempè adulteras, fornicarias, & mercenarias: inde ganeones, fures, & latrones, sicarios, gladiatores, eiectos, proscriptos, & infames: hinc ad simplices idiotas, rudesque Montanos, Alpigenas, Vallicolas, & Ruricolas, Armentarios, Bubulcos, & Agasones dementandos procedunt. Tandem ad Optimates incontinentes, lasciuos, delitiosos, irreligiosos, & Arheos permeniunt. Sicque Circuitores, Fraudatores isti Pseudomagistri plebem fidelem vniuersam circumuenire, Hæreticalibusque camalibus nugis, & præstigijs dementare & nituntur, & protequuntur, quod aliquando assequuntur, si fortè fortuna contingat) incontinentes, pedicones Cynedos aliquos, Spurios Clericos, aut Religiosos, liberiùs vt luxuriæ, laxatis habenis concupiscentiæ, immunditijs se ingurgitent; errorum in foueam præcipites sponte se dedentes, Apostaticis his delertionis auctoribus associari: quod nec rarò, nec frequentiùs, sed aliquando accidere cognouimus. Non igitur cessandum à legitimorum Doctorum, & Prædicatorum Missione Interalpinis his in plagis, vt circumcursantes & ipsi, Christique Saluatoris qui (iuxta Euangelicum testimonium) *circuibat per Vicos, & Castella, Ciuitates, & Regiones prædicando, & sanando omnes oppressos à Diabolo* Gressus imitantes, egressus, progressusque prosequentes circumeant non in impietatis circuitu, sed in charitatis eremo à Patre per Filium in Spiritum Sanctum, fide, spe, & Amore populos peruenire docentes: nunquàm quiescentes; vt errantes reducant, deceptos reuocent, dementatos à fascino eripiant, & insanientes jamè sentire moneant, & faciant: Impostorum nugas, Magicum fallacias, Fallentium astutias, Astutorum malitiam, malitiosorum nequitiam, & perfidiam detegant, & dissoluant.

Mar. c. 6.

II.

Hæreticæ Impietatis Ministri, *filij* perditionis, deceptionis Protoparentes sapiètes sunt, vt faciant malum, bonum autem facere nescierunt, nec benè cæteros sentire, aut operari pariuntur: solicitiores namque conspiciuntur; vt in perditionis, & proditionis laqueos inducant; & pelliciant, immò impellant: adhoc enim non vnico ipsi fungi Ministerio Pseudopredicantis acquiescunt; sed adolescentiæ præcipuè deprauandæ Magisterium assumere, & exercere ambiunt, & gestiunt, licet gesticulatoris potius quam præceptoris mores; eruditionem, & professionem redoleant, & speciem, atque idoneitatem præsefarant. Hinc igitur Cisalpinis Conuallibus recollecti, & latitantes in caulis, immò fornicario in stercore computrescentes Apostatæ, vt Mercenarijs sibi associatis mulierculis, & spuriæ familiæ, immò dilectæ lasciuiæ vectigalia aucupentur; aperto ludo vt natis illudant liuni; & parentibus, puerulos instruendos, immò destruendos suscipiunt conductitia mercede, qua tota die in migis otiari liceat. Immò si quando quis de Ministerialibus Cathedra ob manifestam imprudentiam, & notani libidinem degradatur, à Pseudoministri gradu depositus ad Ludimagistri scuticam accurrit, vt quotidianis proprijs necessitatibus succurrat. In Schola igitur interadhuc innocẽtes Tyrones non Ministerij perdidisse, sed Magisterium se addidisse, vt ostentent; & Prædicatoris, & Præceptoris officium vsurpant, & Maleficium exerceant: Hæretica magis dogmata iam olim sibi nota, quam grammaticalia documenta ab antiquo sibi ignota explicando, proponendo, & adolescentibus tradendo. Neqnaquàm ergo à perenni prouisione Emissorum Doctorum, & Catholicorum Institutorum, & Præceptorum feriandum, aut cessandum: vt illi quoque incessanter, immò diligentius, & solertius & legitimorum Ministrorum Verbi Ministerium, & insipientium, ac parvulorum Doctoris Magisterium opportunè, & importunè exerceant, Virtutum Scholam, & Christianæ Discipilnæ, atque Doctrinæ Catechetim instituant, constituant, aperiant, & excolant.

Necessitas ex Pseudoludimagistris deceptoribus.

III.

Quos dolos, quas technas, quas fraudes non excogitat confirmata malitia, & callida perfidorum vafrities? Nam vt Domum Dei, idest Ecclesiam Cisalpinis his in Prouincijs commodiùs, & intrinsecus perfodiant grassatores, fures, & latrones Pseudodoctores; non Ministri solummodo, & Magistri personas assumunt, sed & diuersarum personarum habitum, & professionem, ieù artes mentiuntur; vt vel sic Fideles supergrediantur, & per vniuersas regiones liberè diuagentur, & de-

Necessitas ex diuersorum artificum assumpta persona.

IV.

cipiendo

cipiendo perambulent. Supernenlunt igitur Caluiniſtę preſtigiatores, & illuſores in veſte, & aſpectu Mercatorum, Negotiatorum tritici, vini, & variarum merciũ, imo in Operariorum Mechanicorum lanæ, lini, ferri, lignorum exercitio, paſtorũ ouium, ſeu interuentium manciplorum, huiuſcemodi ſubmentitis honeſtis, & vtilibus titulis, ſtrato ſibi cauilloſo itinere, & aperto adeũt domos penetrant, per popularinnes vadunt, maleficientes ſecuri incedunt, Prouincias inuadunt nefaria dogmata diſſeminantes, ſimplicia, ſed doloſa verba ad intima cordis penetrantia babucinantes. Hęreticos peſtiferos libellos pernicioſiſſimos diſtribuentes, & quod intolerabilius quia execrabilius eſt, Sacramentariam Caluiniſticam Cœnã buccellam occultis Caluiniſtis per regionis Opplda diſperſis, quibuidam Anni temporibus, circumferunt ſicuti in dies ab excubantibus Vigilibus deprehenduntur, & cum oppottunitas interuit, publicè detinentur, & vinculis traduntur. Haud quaquàm igitur à manutentione Vigilum, & Sacrorum. Excubitorum ceſſandum; ne hæreticę rebellionis aſſertores, qui mentito habitu nomine, profeſſione, & perſona circumuagantur, vt ſeducant, impunè euadant, & libentius peruadant: imò vt à Vigilantibus in ſpecula deprehenſi, & detecti vel effugiant, vel congruo ſupplicio plectantur.

CALCVLVS TERTIVS

Apoſtolicum Ius regnandi per Capuccinorum Euangelicas Miſsiones neceſſario in Eccleſia Subalpina continuandum ex infida, & perfida Alpigenarum Sectariorum rebellioni propendentium conditione, ſimul & ex finitimorum Antiregnorum Seditionibus fauentium, Seditioſoſque ope, & opera fouentium antiqua profeſsione ſuputat.

ITalicæ hæ portæ licèt in Alpium ſublimitate poſitæ: Heſpericæ hæ fores quàm uis Montium intra altitudinem ſitę: Interalpinæ hæ Valles etſi per Alpium, & Montium ſinuoſos antractus ſerpentes, cautius nihilominùs, & diligentius veniunt cuſtodiendæ, & Cuſtodialibus Præſidijs præmuniendæ. Quoniam inter ſaxa, & ſilices, inter rupes, & voragines, inter aſperrima collium culmina, cacumina, & ſublimiora iuga in inacceſſibilibus receſſibus, & tuteſſibus remotioribus colloeantur cubilia Draconum, laribula Pardorum, receptacula leonum: In antris enutriuntur ſerpentes, in ſpeluncis aluntur reguli, in cauernis creſcunt Hydræ, in obſcurioribus ſpecubus fouentur angues, genimina viperarum, & coluborum. Vnde ex huiuſcemodi petrarum ſciſſuris, & terræ hiatibus tandem erumpunt ferarum hæreſum, ſiuè hæreliarcharum terrentium mugitus, ſinè dilacerantium rugitus: iterumpunt peſtiferi Sectatiorum inficientes, & interficientes halitus, infernalis Cerberi venenati anhelitus, & ſtygię Paludis fœtentis, purioris Fidei ſalubriorem aerem in vniuerſali Eccleſia corrumpentes vapores putridi, & maligni. Quinimmò inde de Religionarij Erebi cauernolis receptaculis, & ergaſtulis ſolutę, & diſſolutę ſacrilegæ, & abominabiles Aquilonares exhalationes, & Boreales venti, tanquàm aduenientes ſpiritus luciferiani vehementes, imò violenti magno impetu ruentes pias Ædes, templa, & Ædificia Sacra euertunt, & integros populos, & olim Catholicas gentes ſubuertunt: Prouincias, Regna & hæreticali epydemia, & carnali inguinaria lue depranantes, atque ſanctantes. Horum autẽ conatus, & viperina genimina, nec non recenter pullulantia germina ad huc imbecillia, & infirma nullo, aut modico labore ad Montium petras elidunt, in ortu ſuffocantur, de vtero facilè transferuntur ad tumulum: ſin verò adoleuerint errorum aſpides, aut ad perfectum, hoc eſt conſummatam malitiam increuerit impietatis, & perfidiæ Basiliscus, fętidi, & grauolentis Infernalis Orcis peſtiferi halitu, & elatorum oculorum pernicioſiori, & mortaliori contactu feriens, percutiens, & perimens; haud ſine ſanguine, ferro, & igne exterminari valebit. Non igitur reuocandi in Chriſto abiecti, & paruuli Patris Francisci Alumni Minores Fratres, qui in Monte Domini, hoc eſt in Eccleſia ſupra, & intra Montes, & Alpes Auſonias commorantes, fideliterq; Apoſtolicum Miniſterium exercentes, illud Diuina operante dexterа præſtare, & efficere nituntur, quod vaticinans ſcripſerat Iſaias: *Habitabit lupus cum Agno, & Pardus cum Hedo accubabit: Vi-*

Neceſſitas exſcatebus in montibus hæreticalibus monſtris.

Isaiæ cap. 11

calas, & leo, & quis simul morabuntur, & puer parvulus minabit eos: Vitulus, & Vrsus pascentur, simul requiescent Catuli eorum, & leo quasi Bos comedet paleas: & delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauernam Reguli, qui abductus fuerit manum suam mittet: non nocebunt, & non occident in vniuerso Monte Sancto meo, quia repleta est Terra scientia Domini.

Necessitas ex difficultate puniendi iuris exercendi.

II. Quò longiùs habitant, remotiùs latitant, & rutius intra accessu difficillima, asperrima Interalpina receptacula diuertantur, & commorantur; eò sollicitius, & accuratius Alpigenę hi Lunitanei Populi sunt obseruandi, & custodiendi per distributas Stationes, & Ecclesiasticas Excubias, non minus quam per constructas in liminibus Arces. Quia cum difficulter ad eos sæcularis Principatus coercitiua iura perueniant; difficiliùs quoq; aduersus illos punitiuæ Magistratuum, etiam supremorum sanctiones, & ordinationes executioni mandentur; per consequens difficillimè Ecclesiastici Canones, & Ecclesiarũ Præsulum, atq; Antistitũ Canonicæ prouisiones, inquisitiones, & punitiones exequi valebũt Sacri Tribunales rã Episcorũ, quàm Inquisitorũ; eoq; magis, quò inter plures ex illis impunè errores, & hereses debacchantur. Nequaquam igitur deficiendum, aut recedendum ab Apostolicis Vigilibus Exploratoribus conseruandis, & sustentandis; vt Ius Ecclesiasticum, Ecclesiarumque ipsi sustentent, tutentur & conseruent: obseruando quomodo, & quo pacto vtriusque Dominationis supremum ius melius conseruetur, & custodiatur: de regiminis statu admonendo, & de lapsus, & ruinæ proditionis discrimine inquirendo, & indicando Magistratibus, prævaricatores peruicaciores denunciando, docibiliores vero arguendo, increpando, & corrigendo, sedulò pro Ecclesiastico Spirituali Regno enitendo, & instistendo; vt statuta, leges & sancita seruentur, vel saltem inobseruantes mulctentur.

Necessitas ex proclivitate ad rebellion.

III. Desiplentes hi Alpigenę, & Subalpini Religionarij & asperioris, ideò tutioris regionis, & loci opportunitate freti, Ecclesiastici Dominij penitus excusso iugo, à Temporalis Principatus subiectione, & obedientia facilius, & frequentius deficiunt, recedunt, & rebellant sub emendicatis honestis titulis. Christianissimi namque Galliarum Regis, & Serenissimi Regalis Sabaudiæ Ducis legitimam, & naturalem sibi Dominationem in merè Politicis, & Ciuilibus, dum resistendi non suppetunt vires, sustinent, aliàs verò contemnunt: imò in Regnum, ac Reges conspirant, & coniurant, vt Regum Galliæ, ac Germaniæ Regnorum peruetusta scripta monumenta concremant, simul & Caroli Angliæ Regis subditorum sententia, & decreto publicè præcisum caput mortuum proclamat: Tumq; insolentius in Naturales Principes insaniunt, cum pro Fide, & Catholica Religione aduersus illorum perfidiam potestatiuum sceptrum extendunt, & exercere contendunt. Tunc enim fucatis primò, & dolosis verbosis supplicationibus postulantes subiectionem simulant, obedientiam mentiuntur, & ad excusandas excutationes in peccatis futilia plura, & commentitia prætexant; vt latarũ legum contemptus, & inobseruantia vel sibi liceat, vel impunita permaneat: quæ cum sibi denegata prospiciunt, fidelissimi (vti se ipsos falsò vocitant) subditi aduersus legitimum Principem nullo negotio arma præripiunt, vicinorum Concaluinicolarum & suasionibus impulsi, & adducti subsidio, atque patrocinio freti: qui Pseudoctores Seditionis sollicitatores, & rebellionis promotores, simul & Auctores ad eos conciendos emittunt, asserentes propter Sacrilegam, & profanam Religionem à legitima Dominatione deficere, & rebellare licere. Non ergo cessandum a continua emissione vera dicentium, & iusta prædicantium Catholicorum Doctorum, qui iugiter populis reductis pacifica, atque legitima vtriusque Principatus legalia præscripta Iure Diuino seruanda prædicent, doceant, & demonstrent.

Necessitas ex violentia cohortorum.

IV. Nec solis verbis Pseudodominationes & Caluinianæ, & Lutheranæ ab Ecclesia, & Religione Apostatrices, atque à Temporali Regno Apostaticas reductas turbas, & turmas deterrorum instruunt, & seducunt; sed & ope, & opera, & opibus pecuniarum per tempora suppeditatis, etiam largioribus subsidijs præstitis in rebellione confirmare studeat: quinimmo vt vsurpatum Ius si non iure, saltem iniuria retineant, tueantur, & promoueant; cum opus fuerit, & opportunitas permiserit, armis, ac potentia iniqua in deterrione stabilire tatagunt, etiam armatas acies manifestè, vel occultè in suppetias rebellantibus proprio ære publico destinantes. Quibus prælidijs illi seditioni insolentiores effecti, & sceleratiores pariter, ac scelestiores, non minus quam effræniores euadentes, non modo contra Apostolicum Edictum, quibus debentur Diuino Decreto, vectigalia, tributa, & subiectionem denegant; sed & in Conterraneos Conualicolas, & proximos Catholicos crudeliores, & immaniores insurgentes quantum valent, hoc vnicum propositum perpetuò apud se retinentes, & agitantes; qualiter tandem aliquando vnica die fideles cunctos trucidare, & affatim ferro consumere, & de medio auferre prævaleant: interim Catholica exercitia prohibere, vel impedire; Templa vsurpare, vel claudere: Campanas surripere, Leuiticam supellectilem furtiuari

Sacer-

Sacerdotes iugulare: Laicos credentes ad Pseudomagistris deceptoribus stipendium ex proprio ære præstandum cogere: Decimas retinere, Apostolicorum Ministrorum exercitia impedire, vel ab his audiendis retrahere: Reduces minis, & verberibus à resipiscendo reuocare, ferri, ignis, & exterminij intentato supplicio. Non igitur deficiendum, aut cessandum à continua Missione Euangelicorum Pugilum, & Antagonistarum, qui intrepidè inter Desertorum seditiosas turbas persistentes; vt miseros diuexatos fideles in medio Babylonis nascentes, & necessariò conuersantes solentur, consolentur, & pro virili tueantur: oppressis patrocinentur, Laicis, & Sacerdotibus præsto adsint. Ecclesiarum Iura custodiant: Sæculatibus Regibus, ac Principibus Tributa, & Vectigalia persoluenda demonstrent, seditiones, & defectiones damnent, & damnãdos declarent, ac persuadeant.

V. Quoniam Turris Libani stat contra Damascum, ideò aduersus Montem Syon pugnat Iebusæus de vsurpata Arce, quod est dicere: quoniam Romani Pontifices supremi Ecclesiastici Regiminis, & Vniuersalis Hierarchiæ primaria, & Summa Potestas Monarchica aduersus populares sectarias, & Religionarias factiones, & rebellantes seditiones stat, Hæreticos eos, & sacrilegos declarando, damnando, & anathematizando; ideo hæreticantes Vniuersi Sectarij, licet diuersarum, atque inter se aliàs acerbius aduersantium sectarum professores, vnanimi tamen sensu, non ratione, & brutali, non rationali consensu astiterunt, & conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, nempè Christi Vicarium Romanæ Vrbis Antistitem, & Catholici Orbis Parentem. Conuenerunt in vnum, hoc est in vnam præ cæteris bestialiorem, magis deliram, insanam, sacrilegam, & anathematis fulmine de cælo percussam Ciuitatem Gebennensem, quæ in Romanæ Sedis, & Ecclesiastici Regni Italiæ Regiæ odium, atque propriè indutatæ obstinationis, & peruicaciæ, imò irreconciliabilis hostilitatis apertum testimonium, è carceribus, triremibus, ergastulis, & supplicijs pro enormioribus infligendis delictis euadentes, bis Apostatas, Sacrorum violatores, Sacerdotalis Apostolicæ Ecclesiasticæ militiæ desertores, Sacrosanctæ Monachalis Castimoniæ Deo promissæ cingulum turpitet, inhonestè, aliquando etiam nefandè abijcientes, Religiosæ disciplinæ & osores perpetuos, & pessimos perturbatores, blasphemos in Deũ, & in diuos iniuriosos pariter, & in Hierarchici regiminis Maximum Directorem hostes infensissimos, & nunquam reconciliabiles, quia grauiter punibiles, refugas, perduelliones ambabus manibus, & obuijs vlnis excipit, amplectitur, complectitur, atque ad Magistrales Scribarum, & Phatisæorum Cathedras eleuat: ideo huiusmodi non farinæ, sed furfuris Nebulones, Helluones, & Ganeones ventris ingluuiei, & libidinis insatiabilitati vt indulgeant ab Arca Noe effugientes Corui vt Cadaueraceis in fœtoribus delitiari contingat; Vulturis, non Columbæ alas assumentes ad has Italicas plagas peruenientes, per Custodiales nostras Interalpinas Conualles Lucernæ, Petruxiæ, Prati Iallati, Castrique Delphini ad Delphinensem Galliam, siuè ad Gebennene Asylum penetrare festinant. Nequaquam igitur ab his Excubijs, & Custodialibus Oris auferendi sunt Vigiles, & speculatores, qui insanos, & fascinatos hos Desertores ad barathrum per prostibulum properantes à longè deprehendentes, eorumque libidinosam phrenesim comprehendentes congruo, & efficaci appositò Antidoto, imo appositò retinaculo & repagulis obligatos sistant, & consistere à fuga efficiant; resistentes pro virili desipientium insipienti, imò præcipitanti, & præcipiti proposito: consistentes autem legitimæ Matris Ecclesiæ gremio, & sinu restituant sicuti tam toties à Capuccinis Stationarijs præstitum fuisse suis locis recensemus. Quoniam tutelatis impietatis, & iniquitatis Gebennæ Ciuitatis patrocinio, & protectione, correspondentia, & conniuentia confidentes Subalpini hi nostri Alpigenę Religionarij, Cottias Alpes non refugij Ciuitates, sed impuritatis, seù impudicitiæ refugium parietes, & impudicorum, seù scortantium confugium constituerunt. Clusonia namque Vallis, veluti inter hæreticas circumstantes Conualles staas tutissimum Vallum, Caluinisticis aggeribus circumuallarum, facta est Apostatantium commune, & publicum Asylum à Catholica Religione deficientium Virorum, simul & Mulierum: Quamobrem in Perruxina præ Clusonię foribus persistante Custodia perpetuò Capuccinis speculatoribus contemplandum, & inuigilandum; vt desperatis & desperationis ad laqueum currentibus vltrò ictos progressus prohibeant, & à Christo, Christianaque pietate deficiendi ab impio voto reuocent, simul & præpediant delictos, & insanos Fidefragos.

VI. Tandem Antichegnorum, Schismaticorum, Antichristi scilicèt Clientium, & Assectarum perpetuum, stabile, fixum, commune, immobileque Decretum, placitum, & propositum illud perpetuò à priscis Ecclesiæ temporibus, à primæuaq; origine extitit; vt Catholicæ vnitatis nexum soluant, & fidelium communionis vinculum dissoluant, hoc est dicere, vt Monarchicum regimen, & Ecclesiasticum Regnum in Oligarchicam confusionem resoluant: quò à à præcipibus, aratris,

Necessitas, ex infidiosa hominum vicinorum Antiregnorum malitia.

Ma-

Macellis, ac caponis venientes Capones, Tabernarij, Agasones, & Bubulci, Pistores, Focarij, & Fabrillum Opifices, atque ad Cathedras Ministeriales, Diaconales, & antianas peruenientes, de stercore non surgentes, sed insurgentes, superbire, & prædominari valerent Pseudoapostolantes. Quorum quia remeare mi ambitum, & Luciferianam Superbiam, insanamque ambitionem Prorex Ecclesiasticus Christi Vicarias vices gerens Romanus Hierarcha perpetuò compescuit, & suppeditauit: Vnicum Dei Regnum, Vnam Orthodoxam Fidem, Vnam Catholicam Ecclesiam prædicans, & propugnans: Insaniens Atheorum rabies, iubò furens hæresiarcharum, simul & hæreticorum debacchantium phrenetica Insania, cum sectariorum Vniuersa armata, & effetata Schismaticorum acie aduersus Romanam Sedem, Vrbem, & Monarchiam iniqua, noxia, & perniciola molliri non cessat apertè, & manifestè, vel subdolè, & latenter per Ministros detestabiles insidias struendo, & illius subuersionem inhianter machinando, & procurando: qui iniquarum cogitationum facti opifices, & hæreticarum machinationum effecti artifices latentes, & sedentes in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiant innocentes, si armis non valent, dolis, & technis Ecclesiastico Regno derrahere, & nocere volunt, seu saltem nituntur: in angulis enim, & anfractibus, in Pagis, & Villis alpestribus prædones hæreticales, imò Manes Auernales latibula sua statuerunt; vt captata opportunitate, Importunè, Imò hostiliter, Immaniter, & barbaricè de insidijs insurgentes in hactenùs illæsum, apertum, & complanum Italicum Ecclesiasticum Regnum irruant, & violentius quàm armis, dolis, & inlidijs corruere faciant, & deficere curent. Sicuti ergo Arphaxad Medorum Rex Ecbatanæ Ciuitatis sui Regni famosissimę Regiæ Turres posuit in altitudinem cubitorum centum, posuitq; portas eius in altitudinem Turrium, Tutesque, & Portæ à Præsidiarijs stationarijs, & ordinarijs Militibus custodiebantur; ita Romanus Hierarcha Italicæ Ecclesiæ Regiæ portas in altitudinē Alpium positas Sacris Excubitoribus, & Capuccinis Vigilibus custodiendas iam olim consignauit, consignataque, & commissas ad præsens vsque fideliter illi custodierunt, & asseruarunt: Vel fraudulentos Pseudodoctores dolosos inuasores repellendo, & reijciendo: Vel violentos insidiatores, & aggressores Potestatibus, & Catholicis Principatibus annunciando. Non ergo remouendi iam stabiles, imò mobiles, & expediti Curiores Apostolici superaddendi; vt insidias malignantium eludant, & elidant.

Iudith. c. 1.

Verùm enimuerò si quis obijciat, & veridicè asserat: quod Subalpinæ nostræ Capuccinorum Missiones diuersæ sunt rationis, duplicisque indifferentia constitutæ cernuntur: Primæ Complanæ, seù Domesticæ, secundæ Alpestres, harum in tribus Castridelphini, Petruxiæ, & Perretij impunè grassantur hæreses, & libere debacchabantur Hæretici; Cæteris verò in octo Missionibus Draconerij, Aecelij, Verzolij, Demontij, Padusanæ, Panealerij, Cadralij, Vallis Soanę nec hæreses publicè apparent, nec hæresum professores manifestè comparent; sed vniuersi saltem extrinsecè Catholicè conuersantur, & Catholici vocitantur: ideo in his saltem continuandę Missionis in posterum nulla necessitas. Ad satisfaciendum obiectis adequatè sufficeret illud D. Leonis Papę sapientissimum assertum: *Et plus plerumque periculi est in insidiatore occulto, quàm in hoste manifesto.* Manifestè in Sacris litteris id apparet: Abner enim, & Amasa validissimi Israelitici Populi Duces prò apertò Marte nunquam mortis in falcem incidерunt, sed bene doloso blandiente Mercurio à Ioab interfecti cecidерunt sub pacis osculo, & titulo. Constans apud prędictorum Pagorum Contribules existimatio viget, & inrer eos familiari assertione circumfertur, quod quò semel est imbuta recens seruabit odorem testa diù: Quamdiù viuunt qui olim Caluinistico liquore, seù potius fœtore imbuti fuerant, perpetuò Caluinismum In moribus, vel in elicitis actibus, aut in inremeditatis verbis redolebunt, Caluinistica fragmenta diu seruantes in corde: & omnia omnis tes de facili reuertitur in suam naturam; cum vitium pro natura inoleuit, haud facilè delebitur. Nullum violentum perpetuum, cum quid violenter tetinetur, vbi primum facultas adest, expeditè in pristinam libertatem se asserere accelerat. Vnde Reuerendissimus quidam Diœcesanus Prętul; qui Capuccinorum Missiones quasi inutiles prędictis in locis tamquam Catholicorum incolarum publicè reprobabat tui regiminis in ingressu; vix vno, aut altero expleto anno in progressu palam & quosdam præmemorarorum Oppidotum optimates hæreticos asserebat, & Apostolicorum Operariorum operam perneccessariam prędicabat: sicuti & propriį ipsi Coopidani contestantur asserentes: Quod cessante Capuccinorum Vigilum Custodia, & Excubijs, cessaret paritet Catholicę Fidei candor, & integritas suis in propriis latibus.

Aduersus prędicta obiectio diluitur.

VII

D. Leo Pap. ser. 9. de Quadragesi. 2. a. reg. c. 3.

Verumtamen quàmuis hactenus coaeruata abundanter sufficiant; fortius nihilominùs ad hominem satis obiectis facimus sic: Vbi non impune grassantur hereses, nec necessarię perstant Religiosorum Vigilum stationes. Admitto: sicque submitto, & subsumo: sed in hac Pedemontana tota regione, in qua, ob perpetuo

VIII.

Necessitas ex eo quod vbique locis sota grassetur hæresis.

inter

inter Europęos tres maiores Principatus, & Potestates vigentes, furentes, & recrudescentes Martiales incursus, & occursus, assidue vel pertranseuntes diuertunt, vel decertantes, & stantes commorantur Germanorum, Galiorum, & Hispanorum armatæ acies, numerosa castra, & castramentantes exercitus, perque lustra, olympiades, & ętates prolixiores hostiles moras trahunt, impunè semper grassantur hæreles, quia Milites pitres, imò plurimi, & aliquando poriores Galli, Germani Occidui, & Septentrionales Lutherani, & Caluinistæ computantur: qui vbiq; cunctis temporibus coram populo, publicè & priuatè Hæretica dogmata proponunt, defendunt, & suadent: sacrilegos ritus, & ministeria exercent: hæreticè viuunt, conuersantur, loquuntur, & operantur, nullius q; Canonico Pontificio, aut Episcopali Iuri locus inuenitur: Sanctæ Inquisitionis Officium inquirere, sedere, aut iudicare non admittunt: Ius deniq; est in armis, non in Tribunalibus: imò nullibi Ius, vbique viget iniuria. Cum igitur inter armata agmina, & armatorum strepitus non satis audiantur, & obaudiantur Leges; Pontificalis, & Episcopalis auctoritas congrua & reuerentia, & obedientia careant, & ptiuentur; cum prædominante irreligiositate, & sectarum libidine taceri ferientur Magistratus: quia furentibus Marte, & Bellona (ne dicam Parcis, & Plutone) Cererem, atq; Vestam in solitudine lugere contingit, & conuenit ab exordio nascentis Ecclesiæ, & per sequentia sæcula Cisalpina in hac nostra Gallia, in qua Alienigenæ ex legis efferam concupiscentiæ libidinem pro regula, & norma prosequuntur: Indigenæ etiam bellicis tympanis, & tubis excitantibus, incirantibus, & fauentibus, Honesti, & Iusti habenis effractis, Ecclesiastici Regni iugum detestantur, renuunt, & respuunt imò nonnulli iam proiecerunt: Nequaquam ergo minuendæ censentur Apostolicorum Vigilum Stationes, imò Euangelicorum Custodum Excubiæ sunt multiplicandæ, vt continuata vigilantia, solicitudine, solertia, cooperatione, & incessanti fatigatione, etiam vbique debacchantibus agminibus, & depopulationibus, deprædationibus, atque inuasionibus incumbentibus, occurrant illi, & pro viriii Apostolando nitantur; ne Religio, & Catholicę Religionis cultus succumbant, deficiant fideles, depraueturFides, & hæretica prauitas, atq; impietas prævaleat, ac triumphet.

Necessitas, ex innumerabilibus exurgentibus laboribus.

Ex prælibatis ergo, & delibatis rationibus hactenus breuiter indigitatis, li quido satis constare autumo manifestam, & perurgentem continuandi Apostolatus In Cisalpina Gallia, necessitatem, ob euidens Ecclesiastici spiritualis Regni his in Italicis Oris discrimen, & Catholicæ Fidei periculum, quibus pro coronide, seù corollario addendum censeo: Non cessandum à Capuccinorum continuata Missione ad Interalpinas Valles, & Ecclesias; ne tot Operariorum hactenus emissorum labores, & sudores, vsq; ad sanguinem fatigationes, & ad inreritum vsq; diuexationes; ne tot Præsulum, Prælatorumq; solicitudines, & diligentiæ; ne Serenissimorum Allobrogum Ducum tot prouidentiæ, sanctiones, ordinationes, tot ædificata Castra, & emissa agmina aduersus Religionis impugnatores; ne tot liberalissimæ elargiriones, & pecuniariæ propugnantibus Fidem exhibitæ subuentiones; ne tot Purpuratorum Patrum curæ, & vigilantiæ; ne tandem sex Summorum Pontificum studia, vota, & desideria, imò efficaciora opera, opitulationes, fauores, concessiones, prouisiones, Apostolica auctoritate edita Oracula, promulgata Edicta, imò Apostolico ære suppedirata stipendia Missionarijs; ne Institutiones, Constitutiones, & Continuationes, septemdecim Missionum hactenus conseruatarum pia molimina, & perutilia, proficua, & necessaria emolumenta simul depereant.

INDEX MISSIONIS ACTIVAE,

HOC EST

Summorum Pontificum, & aliorum, qui Ecclesiasticas Religiosorum Missiones coluisse calculantur, Ante Legem Sub Lege, Sub Euangelio, Alphabetico ordine digestus.

A

Aaron misit Religiosos filios Prophetarum, atque Essenos. Par. 1. Sectio 2. Cal. 6. num. 1. fol. 31.

Adam misit diuersos viros religiosos aduersus Cainitas primos hæreticos. par. 2. sect 1. cal. 4. nu. 1. fol. 28.

Agapitus Sum. Pontifex misit Episcopos vndecim, præcipuè ad Danos, postulante eorum Rege Frorone, religiosisq; doctores. par. 1. sect. 1. cal. 7. fo. 40.

Agathon Pontifex Monachos misit ad Monothelitas hæreticos in Græciam. par. 1. Sect. 1. cal. 7. fol. 41.

Alexander Secundus Beatum Petrum Damianum Cardinalem Legatum misit ad Cisalpinæ Galliæ Ecclesias: Doctosque viros destinauit in Daniam. par. 1. Sect. 1. cal. 7. fol. 44.

Alexander IV. multos Minoritas misit ad hæreticos, schismaticos, & ad infideles. par. 1. Sect. 1. cal. 8. fol. 49.

Alexander VI. misit ad Indos Occiduos, & ad Orientales, ad Mauros in Hispaniam, atque aduersus Vualdenses hæreticos in Cisalpinam Galliam, simulq; contra Turcas ad prædicandam Cruciatam religiosos ex Ordine Minorum. par. 1. Sect. 1. cal. 8. fol. 52.

Alexander Septimus Capuccinorum Missionem instituit in Portis Italiæ, nempè oppido Portarum in Cisalpina Gallia. par. 1. sect. 2 Præamb. num. 1. fol. 57.

Amram misit ad prædicandum infidelibus Israelitis. par. 1. Sect. 1. c. 3. n. 4. fo. 31.

B

Benedictus VII. semel, & iterum misit ad Ecclesiam Pragensem, & ad Bohemos. par. 1 Sect. 1. cal. 7. fol. 44.

Benedictus IX. ad Lugdunensem Ecclesiam Episcopum misit B. Odilonem Monachum Cluniacensem. par. 1. Sect. 1. cal 7. fol. 44.

Bonifacius ad diuersas Ecclesias misit Episcopos triginta sex; nonumq; Episcopatum in Arabia per Euthymium Monachum fundauit. par. 1. sect. 1. cal. 7. f. 39.

Bonifacius III. ex Ordinibus religiosis operarios multos destinauit. par. 1. Sect. 1. cal 7. fol. 41.

Bonifacius IV. ad diuersa loca Episcopos viginti quinque misit: & Italis Beat. Columbanum Monachum. par. 1. Sect. 1. cal 7. fol. 41.

Bonifacius VIII ex Minoritana familia Inquisitores, & Oratores misit. par. 1. Sect. 1. cal 8. fol. 50.

Bonifacius IX. Fratres Minores ad Tartaros misit, & ad prædicandam Cruciatam. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.

C

Caath Pontif. Cinezæos, Hebræos, & Iaphetitas per Ægyptum misit. par. 1. sect. 1. cal. 5. nu. 4. fol. 31.

Calixtus III. per religiosos Minoritas Missionem ad Septentrionales continuauit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.

Cœlestinus ad Regna Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fo. 39.

Clemens I. D. Dyonisium cum Rustico, & Eleutherio in Galliam, quindecimq; Episcopos ad loca diuersa misit. par. 1. sect. 1. cal. 7 fol 37
Clemens IV. plures Missiones Fratrum Minorum instituit ad Infideles, Hæreticos, & Schismaticos. par. 1. sect. 1. cal 8 fol 4.
Clemens V. ex Minorum familia Missiones multiplicauit. par. 1. sect. 1. c 8. f. 50.
Clemens VI Minoritas Missionarios misit ad Tartaros: Itemque Inquisitores aduersus Galliæ Viennensis Hæreticos destinauit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fo. 50.
Clemens VII. ad remotiores Occiduos Indos plures misit Fratres Minores, inter quos B. Patrem Matthæum de Bascio Congregationis Capuccinorum institutorem emisit per Italiam. par. 1. sect. 2. Præamb num. 1. fol. 55.
Clemens VIII. Capuccinos Minoritas transmisit ad Tornacensem Ciuitatem Gallo-Belgicam, atq; ad Cisalpinas Connalles: item ad Regnum Bohemicum, & Ciuitatem Pragensem; rursus ad Allobroges, & Ciuitatem Tononj aduersus Gebennenses; necnon ad expeditionem Hungaricam aduersus Turcas: tandem in Africam, & in Angliam misit parites & in Græciam. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 2. fol. 56.

D

DAmasus Pontifex ad Orientales fideles: ad Gothos: ad Sarracenos Infideles fideles Monachos misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 39.

DEVS MISIT.

Aaronem Sum. Pontificem. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 10. fol. 12.
Abachuc Prophetam ad Iudæos Reges, & populum. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 15. fol. 14.
Abraham Patriarcham aduersus Idololatras. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu 7. fo. 11.
Adam Protoparentem prima Mundi ætate. par. 1. sect. 1. cal. 1 nu. 2 fol. 9.
Ahias Prophetam ad Reges, & populos Iudæos. par. 1. sect. 1. c. 1. nu. 15. fo. 14.
Aggæum Prophetam ad Pontifices, Reges, & Duces Iudæorum. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 16. fol. 15
Amos Prophetam ad Damascenos, Philistæos, Tyrios, Idumæos, Ammonitas, & Iudææ regionis populos. par. 1. sect. 1. cal. 1 num. 15. fol 1.
Amos Prophetam Isaiæ patrem semel & iterum ad Amasiam Regem Iuda idololatram. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14 15 fol. 14.
Amos alterum Prophetam ex Minoribus ad decem Tribus Israel in Bethel. par. 1. sect. 1. cal. . num. 14 fol. 4.
Danielem Prophetam ad Babylonios, ad Persas, & ad reliquias populi in Babylone. par. 1 sect. 1. cal. 1. nu. 13. 15. fol. 14.
Eliam magnum Prophetam ad Regnum Israel, & Reges Achab, & Ochoziam, ac Reginam Iezabelem: item ad Syrios, & Sidonios. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 14. 15. fol. 14.
Elisæum Prophetam ad Samariam, & Israel. par. 1. sect. 1. cal 1. nu. 15. fol. 14.
Ezechielem Prophetam, & Sacerdotem ad captiuum Israeliticum populum apud Babylonios idololatrantem. par. 1. sect. 1. cal 1. nu. 14. 15 fol. 14.
Gad Prophetam semel & iterum ad Regem Dauid. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 15. fo. 14.
Hieremiam Propheram, & Sacerdotem ad Hierusalem, & populum Iuda. par. 1. sect. 1 cal. 1. nu. 14. 15. fol. 14.
Iacob Patriarcham. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 8. fol. 11.
Iaddonem Prophetam ad Israelitas. par. 1. sect. 1. cal 1. num. 14 fol. 14.
Iared, siue Lamech, Sum. Antistitem ad deprauatos Filios Dei. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 4. fol. 9.
Iehù Prophetam ad Basam Regem Israel. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. f. 14.
Iehù alterum Prophetam ad Iosaphat Regem. par 1. sect. 1. c. 1. nu. 15. f 14.
Iesum Christum Mundi Saluatorem ad genus humanum. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 13. fol. 16. 17.
Iethronem ad illustrandos Madianitas. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 11. f. 13.
Ioannem Baptistam Prophetam, Patriarcham, & Martyrem. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 17. f. 15.
Iob Sacerdotem, & Pontificem ad Idumæos. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 11. f. 13.
Iohelem Prophetam, & Pontificem ad populum Iuda. par. 1. sect 1. cal 1. n. 15 f 14
Ioiadam Propheram, & Pontificem ad regnum Iuda. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 14. fol. 14.
Ionam Prophetam ad Niniuitas. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 13. fol. 14.

Ioseph Præconem iustitiæ in Ægyptum. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 9. fol. 52.
Isaac Patriarcham. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 8. fo. 11.
Isaiam magnum Prophetam ad Assyrios, Æthyopes, & Ægyptios, & ad populum Iuda idololatrantem. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 13. 14. 15. fol. 14.
Malachiam Prophetam ad Reges, Pontifices, & Duces Iudæorum. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 16. fol. 15.
Michæam Prophetam Morasthithen ad Samaritanos Israelitas idola colentes. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Michæam alterum Prophetam ad Achab Regem, & Israelitas. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 15. fol. 14.
Moysem Prophetam ad Regem Pharaonem, & populum Hebræorum. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 10. fol. 12.
Nahum Prophetam ad Niniuitas. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 13. fol. 14.
Nathan Prophetam semel, & iterum ad Regem Dauid. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 15. 16. fol. 14. 15.
Noè Patriarcham, & Pontificem misit Deus prima, & secunda Mundi ætate. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 5. fol. 10.
Obed, siue Obedelam Prophetam ad Phacæe Regem Israel, & ad Razim Regem Syriæ par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 15. fol. 14.
Oseam Prophetam ad populum Iuda. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 15. fol. 14.
Pedaiam Prophetam filium Ioiadæ Sacerdotis ad Regnum Iuda, & Ioas Regem in Hierusalem. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Samuelem Prophetam ad Heli Pontificem, & Saul Regem Israel. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Sem, idest Melchisedech Sum. Pontif. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 6. fol. 10.
Semeiam Prophetam ad Roboamum Regem Iuda, & ad Optimates, & populos. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Seth Magnum Sacerdotem adue rsus priores hæreticos. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 3. fol. 9.
Sophoniam Prophetam ad Iudæos. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 14. fol. 14.
Spiritum Sanctum Deus Pater, & Filius misit ad Ecclesiasticum Regnum. par. 1. sect. 1. cal. 2. nu. 7. fol. 21.
Vriam Prophetam filium Semei aduersus impietatem Regis Ioachim, & Ciuitatis. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Zachariam Prophetam filium Ioiadæ Sacerdotis ad Regnum Israel, & Ioas Regem. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Zachariam alterum Prophetam ad Iesum Pontificem filium Iosedech. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 16. fol. 15.

E

Eleazarus Sum. Pontifex misit prædicatores pro Israelitica Ecclesia. par. 1. sect. 1 cal. 6. nu. 2. fol. 31.
Eleutherius in Britanniam misit Fugatium, & Damianum. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 38.
Eugenius II. misit ad Danos, Suedos, & Gothos. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Eugenius III. Sanctum Bernardum Monachum, & Abbatem per prouincias Europæ misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 45.
Eugenius IV. plures Missiones instituit ex Minoritana familia ad varias Mundi partes. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.
Eusebius Pontifex misit in Galliam Cisalpinam Eusebium Sardum Episcopum Vercellarum. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 38.

G

Gregorius Magnus misit Monachos ad Theodelindam Reginam Longobardorum: ad insulam Sardiniam: ad Anglos: in Siciliam: & ad Ecclesias Galliarũ, & Hispaniarũ. par. 1. sec. 1. c. 7. f. 40. Irẽ & in Pedemontiũ par. 2. c. 17. n. 2. f. 17.
Gregorius II. ordinatos Episcopos centum quadraginta octo ad varias Ecclesias delegauit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 42.
Gregorius III. misit ad diuersas regiones Episcopos octoginta. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 42.
Gregorius IV. Archiepiscopum ad Amaburgensem Ecclesiam misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.

Gregorius V. misit ad Conuertendam Gentem Prussorum. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.

Gregorius VII. Monachos misit visitatores diuersarum Ecclesiarum. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.

Gregorius IX. ad diuersa Orbis Regna religiosos ex Prædicatorum, & Minorum Ordinibus misit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 49.

Gregorius X. misit solemnes Nuntios ex Prædicatorum, & Minorum familijs pro concilianda Græcana Ecclesia cum Latina: item & ad Lugdunense Concilium Sanctos Doctores Thomam Angelicum, & Bonauenturam Seraphicum delegauit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 49.

Gregorius XI. ad Tartaros, Aquilonares præcipuè, & ad Hungaros Fratres Minores Missionarios continuauit: vti & ad Græcos, Hæreticosq; in Syriam, & Gallias Viennensem, & Narbonensem Inquisitores misit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 50.

Gregorius XIII. Capuccinos Minoritas destinauit in Italiam, in Heluetiam, & in Algerium. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 55.

Gregorius XIV. in Gallias misit Fratres Minores Capuccinos. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 56.

Gregorius XV. Missiones Capuccinorum in Gallia Cisalpina ampliauit, & in Heluetia nouas fundauit. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 56.

H

HAdrianus Pontifex centum quinquaginta Ecclesiis, in Saxonia præcipuè, prouidit Sactos Antistites. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 42.

Hadrianus II. ad Bulgaros Missionem continuauit, & ad Slauos misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.

Helcias Pontifex misit Hieremiam Prophetam ad prædicandum. par. 1. sect. 1. cal. 6. num. 2. fol. 31.

Honorius Pontifex misit ad Gentes, ad Britannos, & ad Longobardos, & Anglos. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 41.

Honorius II. in Hiberniam misit, & ad Albaniam. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 45.

Honorius III. religiosos Sanctorum Augustini, Francisci, Dominici, & alios ad vniuersas Mundi partes destinauit: ipsum Seraphicum Patrem ad Orientales regiones delegando in Syriam, in Egyptum, postea in Hesperiam aduersus Hæreticos, & Schismaticos. par 1. sect. 1. cal. 8. fol. 48. 49.

Hormisdas Pontifex plures ad Græcos Imperatores, & Patriarchas religiosos viros misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 40.

I

IAcob duodecim suos filios ad varias Terras, Ægyptumq; præcipuè misit. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 8. fol. 11. & cap. 5. nu. 3. fol. 30.

Iared, siue Lamech, misit Enoch ad diuersas regiones. par. 1. sect. 1. cal. 4. num. 3. fol. 29.

Iesus Christus Mundi Saluator, & Redemptor misit duodecim Apostolos ad quatuor Orbis partes: deinde etiam septuaginta duos Discipulos, plureſq; alios. par. 1. sect. 1. Cal. 2. nu. 2. 3. 4. fol 18. 19 & cal. 7. nu. 1. fol. 36.

Innocentius II. misit Sanct. Bernardum Monachum, & Abbatem ad Mediolanensem Ecclesiam: ad Aquitaniam, & aduersus Schismaticos, præcipuè Italos par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 45.

Innocentius III. Sanct. Dominicum misit Tolosam: Diuumque Franciscum, & socios ad Saracenos, & Tartaros Infideles par. 1. Sect. 1. cal. 8. fol. 48.

Innocentius IV. Minoritas plures Missionarios misit ad Saracenos, & Paganos Asiam, & Europam inuadentes: ad Tartaros Nuntios: & ad omnes Græcos Patriarcham: & Imperatorem: aduersus autem hæreticos, Inquisitores plures per regiones instituit: par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 49.

Innocentius VI. Minores Fratres Missionarios fecit in Tartaria & Rascia: aduersus hæreticos fraticellos in Italia per eos processit: Hispanorum Hæbreorum perfidiam repressit, Græcosq; Ecclesiasticę vnioni restituere tentauit. par. 1. sect. 1. cal. 8 fol. 50.

Innocentius X. Minorum Capuccinorum Missiones diuersas instituit. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 57.

Ioannes II. aduersus Origenistas Sanct. Quiriacum Anachoretam destinauit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 40.
Ioannes III. misit ad Suenos, Hibernos, Anglos, & Pictos. par. 1. sect. 1. cal. 7. f. 40.
Ioannes VIII. Monachos plures ad diuersos misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Ioannes IX. Monachorum Missiones approbauit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Ioannes XII. misit ad Turcas, & ad Cretensem Insulam. par. 1 sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Ioannes XIII. misit ad Polonos, Slauos, Vuandalos, & Lechitas. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.
Ioannes XIX. ex Monachis creatos Episcopos ad Prussios delegauit: Dlnumq; Romualdum Abbatem cum viginti quatuor ex suis Monachis in Hungariam misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.
Ioannes XXII. ex Ordine Minorum religiosos plures destinauit Belgium, & allò. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 50.
Ioannes XXIII. perseueranit mittere Fratres Minores, quos & Inquisitores aduersus hæreses delegauit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.
Isaac Patriarcha plures religiosorũ Missiones instituit. par. 1. sect. 1. cal. 5. n. 3. f. 30.
Iulius Pontifex nouem Episcopos amandauit: ordinatum præcipuè Abrahamium Anachoretam Episcopum ad prædicandam Christi fidem idololatris. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 39.
Iulius II. huius Pontificis tempore, missi fuerunt in Indiam Fratres Minores Sacri Euangelij prædicatores. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 52.
Iulius III. per Fratrem Bernardinum Astensem Ordinis Minorum Capuccinorum Generalem misit Fr. Fr. Ioannem à Metymna, & Ioannem Apulum ad annuntiandum Christum Constantiopolitanæ Ciuitati. par. 1. sect. 2. Præamb. n. 1. fol. 55.

L

Leo I. misit plures Legatos ad Ecclesias Orientis, & Occidẽtis aduersus varios Hæreticos. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 40.
Leo IX. ad catholicam religionem propagandam Monachos misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. f. 44.
Leo X. ad Indos remotiores misit Fratres Minores, vt inibi Euangelium prædicarent. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 52.
Liberius Pontifex multiplices Legatos misit ad Orientales, & Occidentales Ecclesias aduersus excitatas hæreses. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 39.

M

Marcellus Romanus Pontifex misit in Persiã ad Saporẽ Regem cum familia baptizandum Cyriacum Diaconum Romanum. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 38.
Martinus I. misit religiosos ad Christi Fidem Gentibus prædicandam. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 41.
Martinus V. Fratrum Minorum opera vsus est in Ausonia aduersus Fraticellos, & ad Græcæ Europę remotiores partes, & insulas. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.

N

Nicolaus I. ad Schismaticos, alioſq; Ecclesiæ hostes misit insignes Monachos Euangelij Prædicatores. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Nicolaus II. ad Mediolanensem Ecclesiam destinauit Legatum B. Petrum Damianum: variisq; indigentibus Ecclesijs Monachos creatos Episcopos prouidit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.
Nicolaus III. Minoritas destinauit in Galliam, & Hispaniam ad concilianda ciullia dissidia, & ad confirmandum contractum Ecclesiasticum fędus in Græcia: misit quoq; ad Imperatorem, & Regem Tartarorum viros religiosos, & Euangelicos Nuntios. par 1. sect. 1. cal. 8. fol. 49.
Nicolaus IV. Missiones Minorum ad Tartaros roborauit: per eos docuit Armenos, & Palęstinos; expeditionemq; in Terra Sancta procurauit. par. 1. sect. 1. cal 8. fol. 50.
Nicolaus V. misit aduersus Septentrionales hæreticos, Minoritas: per eosdem Sanctam Inquisitionem in Neapolitano Regno erexit: Cruciatamq; aduersus

Turcas prædicari mandauit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.
Noe ante diluuium misit Enoicæos, & Cinæos religiosos: Post diluuium verò ex Cinæis, & Hebræis religiosis instituit per Vniuersum Missiones. par. 1 sect. 1. cal. 5. n. 1. fol. 29. 30.

P

Paulus II. pro serenda, & propaganda Fide in Æthyopia, & Tartaria Fr. Fr Minores Missionarios emisit: & adnectius hæreticos Gebennenses, & Fraticellos Inquisitores statuit. par. 1. sect. 2. cal 8. fol. 52.
Paulus V. Minorum Capuccinorum Missiones & instaurauit, & in Gallia Cisalpina de nouo fundauit. par. 1. sect. 2. Præamb. nu. 1. fol. 56.
D. Petrus Apostolus, & Sum. Pontifex ad diuersas Mundi partes Africæ, & Europæ misit plures, signanter discipulos suos. par. 1. sect. 1. cal. 2. num. 3. 4. fol. 19. & cal. 3. fol. 36.
Phinees, & ceteri Summi Sacerdotes vsq; ad Caypham numero circumcirca sexaginta quinque, Missiones frequentarunt religiosorum, & Prophetarum. par. 1. sect. 1. cal. 6. nu. 2. fol. 31. 32.
Pius II. Minores Fratres misit in Æthyopiam, & Tartariam, & Inquisitores fecit aduersus Gebennenses, & Fraticellos hæreticos. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 52.
Pius IV. per Fr. Franciscum Æsinum Capuccinorum Generalem Ministrum misit religiosos ad purgandam Ausoniam ab hæresibus. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 55.
Pius V. in instruenda classe aduersus Turcas in Insula Cretensi triginta religiosorum vitorum Capuccinorum opera vtilis est. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 55. Ecclesiæ Montisregalensi Vincentium Laureum Cardinalem Episcopum præfecit. par. 2. cal. 39. num. 2. fol. 31. & ad extinguendam pullulantem hæresim in Vallem Ponti Fr. Cyprianum misit. par. 2. cal. 40. num. 2. fol. 31.

S

Sabinianus Pontifex religiosos multos operarios ad Dominî vineam excolendam misit. par. 1. sect. 2. cal. 7. fol. 41.
Sem, dictus Melchisedech, misit Cenezæos, siue Raphaim. par. 1. sect. 1. cal. 5. num. 2. fol. 40.
Sergius Rom. Pontifex delegauit nonaginta septem Episcopos indigentibus Ecclesiis: finisitq; ad prædicandum Christi Euangelium. par. 1. sect. 2. cal. 7. fol. 42.
Seth misit filios suos, signanter Enos, & Caynam Patriarchas religiosorum. par. 1. sect. 1. cal. 4. nu. 2. fol 28.
Siluester I. per D. Athanasium Episcopum, & Patriarcham Alexandrinum ordinatos Episcopos Sanctissimos Monachos misit aduersus Arium, & Meletium hæretiarchas. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 38.
Siluester II. dedit Hungaris doctorem, & Strigoniensi Ecclesiæ Archiepiscopum. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.
Sixtus misit Peregrinum, & Saxellum ad confirmandos in fide Subalpinos. par. 2. Append. ad cal 7. nu 1. fol. 9.
Sixtus IV. misit Minores Fratres ad docendos, & conuertendos Indos, & Æthyopes. par. 1. sect. 2. cal. 8. fol. 52.
Sixtus V. Minoritas Capuccinos plurimos ad Constantinopolitanam Missionem destinauit. par. 1. sect. 2. Præamb num. 1. fol. 56.
Spiritus Sanctus misit Apostolos. par. 1. sect. 1. cal. 3. num. 3. 4. fol. 23. 24.
Stephanus III. Monachos Missionarios delegauit in Germaniam. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 42.
Stephanus X. ad reducendam Orientalem Constantinopolitanam Ecclesiam Monachos emisit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.
Syricius Rom. Pontif. misit Legatos ad congregandum Concilium Vercellense pro indigentijs Ecclesiarum Galliæ. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 39.

V

Victor Rom. Pontifex ad Regem Scotorum misit religiosos viros. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 38.
Vitalianus Pontifex misit eruditissimos Monachos ad propagandam Catholicam

tes apud quos hospitantur, & diuersantur blando alloquio, Hæreticaque versutia, & fraudulentia inficere, subuertere, & peruertere student, & sathanicæ plurimos incautos decipiunt; idque quotidie fieri haud mediocri eum Religionis detrimento cernunt Præsules; serpentem, & ingiter subrepentem Hæreticorum morbum apertè perspiciunt, nec aliter prospicere prævalent; quàm Apostolicorum Antagonistarum oppositò muro, ideſt Missionibus opportunis in Custodijs appositis. Ideò tantum abeſt, vt à constitutis, & iam olim fixis in peculiaribus Excubijs statutis Missionibus antiquis, & ordinarijs sit cessandum; quinimmo mobiles, & veloces sint superaddendæ nouæ, & extraordinariæ Emissiones Euangelicorum Operationum, qui fraudulentorum subuertorum malitiam, & nequitiam detegant, inteitiam, & imperitiam confundant, dolos, & technas dissoluant. Multiplicanda sunt igitur Religiosorum Ecclesiastica Castra aduersus Impostorum Sathanicas Cohortes; vt per vniuersas regiones quasi Emissarij Equites circumcurrantes quocúq; opus fuerit, & postulauerit necessitas Fidei, currant, accurrant, & succurrant periclitanti Ecclesiastico Spirituali Regno in Sæcularium Regnorum, & Regum Christianorum mutua inuasione.

VII.

Necessitatem perpetuandæ Missionis regionis conditio, & situs positio eandem declarant ex eo, quòd Cisalpina hæc Gallia limitanea Italiæ plaga existat superueni entibusque Transalpinis Occiduis, vel Septentrionalibus populis (vt supra explicauimus) duodecim circiter perpetuò patentia ostia pandat: Vnde legitimus huius Pedemontanę Prouinciæ Dominus Marchio Italiæ, ideſt Custos iure merito nuncupatur. Perpetuum autem, atque à Politicis receptum, & seruatum placitum esse conspicitur; vt Regnorum, & Prouinciarum Marchias, ideſt, limitaneas, siue limitaneas Custodias statutis munitionibus, comportatis aggeribus, & constructis Areibus, adhibitis Prætidiarijs & Castris, & Custodibus muniant, seruent, & custodiant, etiam pacis tempore; ne quis iniuriosus, & perniciosus imperator hostis supergrediatur, & inuadat. Supremus igitur Ecclesiastici Regni Hierarcha Custodiales has Italiæ Oras Prædiarijs Euangelicis Copijs, & Religiosis Custodibus, aliquibus ab hinc annis, asseruandas, & obseruandas assignauerat, & consignauerat, nempè Capuecinis: qui duodecim his in partibus famuis Autonię, & Vallaribus foribus, sicuti Serenissimus Sabaudus Dux, & Marchio pluribus Martiales munitiones, & Arces, sic & ipsi Ecclesiasticas plures stationes constituerint; nempè firma Domicilia, & stabiles habitationes in Vallium vertice, centro, vel faucibus acquisiuerunt; vt arctiùs Sacras obseruent Excubias, perpetuò in speculà contemplando, & in periculosis conterminis eniendo pro Ecclesiastico Regno propugnando. Nunquam igitur pariter, & nunquam à Vigilum, & Excubitorum Missionibus cessandum, vt superuenientium insidiantium perduellium Sectariorum hostiles incursus deprehendere, reprimere, & reijcere valeant, vel saltem ad validiores, & violentiores inuadentium impetus compescendos, valentes subliuiores potestates, & Principatus Catholicos, & Ecclesiasticos vt admoneant, interpellant, excitent, incitent, & soliciteur.

V.

IV.

VI. Necessitas ex eo Subalpina, cur sit limitanea Marchia.

CALCVLVS SECVNDVS.

Apostolicum Ius regnandi per Capuccinorum Euangelicas Missiones necessariò in Ecclesia Subalpina continuandum, ex Vaferrima, & dolosa circumuenientium Circuitorum, nempe Pseudoministrorum Religionariorum circuitione, & circumuentione demonstrat.

I.

QVoniam portentosa viderat; ideò monstruosa describebat sua in Apocalypsi D. Ioannes Apostolus, Euangelista, & Propheta quando scribebat: *Et vidi Mulierem sedentem super bestiam coccineam, habentem capita septem, & cornua decem.* Quis hic non videat Monstri similem? immò Monstris cunctis dissimilem, & monstruosiorem bestiam? quæ septena dumtaxat cum capita gestaret; dena tamen cornua circumferebat, prodigioso adeò modo; vt belloam quis prospiciens, ignoraret an singulū caput singulū, aut multiplex cornu haberet, an verò decem cornua singulari capiti inhærerent: fabulosæ siquidem Lernææ Hidræ instar pro vno non capita septem, sed cornua decem progignere, & ex singulis capi-

Apocalyps. 17.

tibus

ribus multiplicare videbatur. Verùm enimuerò omnis prorsus cessabit admiratio, cum Monstruosæ huius figuræ apparebit, & manifesta fiet significatio. Mulier igitur portentosa illa pernicioſæ Hæresis typum gerebat, & ideo poculum plenum abominatione cunctis populis porrigendo circumferebat; deferebat verò mulierem animal septem capitibus perpetuò decem, & piura cornua progignentibus armatum, quia Pseudodoctores Hæresiarchæ singuli septem capita, ideſt Capitalia crimina pro capite gestantes ex his singularibus multiplicia belluina, immò bestialia cornua, ideſt dogmata, & hæreses brutales perpetuò parturiunt, vt brutali, ac bestiali proprio, & sequacium carnalium appetitui, & effreni concupiscentiæ satisfaciant: Vnde & poculum extrinsecus auro fulgens, intrinsecus verò abominationibus pariter, & fornicationibus redundans deliris populis circumfundo, vel potius circumuoeniendo propinant. Et hanc nouissimam inter vniuersas hactenus coacertatas, & allatas continuandæ Capuocinorum Missionis rationem, immò demonstrationem comparamus in Cisalpinis Ecclesijs: ex eò quod in Transalpinis proximioribus Synagogis nouæ in dies multiplices pullulant hæreſes. Quoniam in monstruosis capitibus bestialium hominum, nempè Pseudoministrorum, more pecudum ventri deseruientium assiduè, & perenniter germinant; sed quid dico germinant? immò ebulliunt, & indesinenter scaturiunt aduersus rectam Fidem, & Catholicam Ecclesiam peruersæ, sacrilegæ, & brutales opiniones, insanabilia placita, & intolerabiles errores, ad quos libentiùs pariter, & ad fœcem vsque ebibendos, atque eporandos vetum vicinas, tum longè distantes gentes inducat Babylon Metetrix, nempè Gebennensis Ciuitas, Mater Fornicationum, Circunitores, atque Circumforaneos Præstigiatores, nempè falsos Prophetas, & Impostores solicitè, & assiduè mittere nunquam, & nusquam cessat: quos ex impuro, & immundo Sectario prostibulo, & lupanari progredientes, & aduenientes lupos rapaces gratanter excipiunt, & menstruo præsertim conducunt mulieri, & deliri Alpigenæ nostrarum Alpium; quibus lasciuientibus dum secundum carnẽ iucunda, immanda omnia sentiũ blandientia indulgent callidi deceptores, deceptarum animarum cruore saginati pinguescunt adeò, & insolescunt, vt & apios solos Videntes in foro coram turba, & in canpona inter dapes, & vina concrepantibus buccis, & eructantibus rictibus iactare, & venditare, & præsumant, & perpetuò consuescant, simul & assuescant stultitiis nostris his in Hetpericis Ostijs, & Conualibus. Et hic necessariò perennis, & perpetuus existit, & existet Hæresiarcharum, & Hæresum indeficiens egressus, progressus, & consuetus processus. Cum enim, iuxta Philosophum, veritas sit vna, falsitates autem sint plures; vna, vnica, & sola sempiterna permanente, stante, & perstante in legitima Ecclesia Orthodoxa fide, multiformes, & deformes continuò circumeunt perfidiæ, sibi inuicem per tempora, & impiorum hominum sacrilega placita succedentes, vti experientia patet in Subalpina hac nostra peruetusta Ecclesia, in qua Primi (nempè circa Quartum seculũ) desipuerunt Ariani: quibus succesſerunt Iconoclaſtę circa Nonũ; circa Vndecimũ verò Berengariani: 12. circiter Vualdẽses, & Albigenses: in Quartodecimo Gazari, & Libertini: intra sextumdecimũ Lutherani, & Caluinistę: in sta septimumdecimum Neoterici Heretici plures de recenti excogitatas Phanaticas Sectas inuexere, sed præcipuè Ianseniſtæ in Gallia Belgica desipuero, nec etiam illorũ à Romana Sede damnatis erroribus hactenus resipiscere voluerunt. Sicq; patet qualiter singulis, & omnibus seculis zizaniorum ad instar in Dominico Agro disseminatæ à nequiori spiritù pernicioſiores hæreſes assiduè pullulantes; recolligentes, & eas in fasciculos alligantes ad comburendum Magni Patris familias seruos sedulos, & solicitos requirant, & postulent: non dormientes, dormitantes, aut oscitantes; sed Vigilaces pariter, & ex proposito operi incumbentes: neque in communi de nouo emergentium Ecclesiæ indigentiarum curam habentes; sed in speciali singularum Alpigenarum, immo Subalpinarum Ecclesiarum singularium solicitudinem gerentes. Quia etiam quiescentibus, & silentibus reliquis doctrinis erroneis, & damnatis erroribus. Atheismus ipse nunquam quieſcere, aut deficere consueuit. Conuenientibus siquidem, atque ad parentes has Italicas fores concurrentibus Occiduis populis, & Septentrionalibus gentibus Polonis, Vngharis, Bohemis, Saxonibus, Theutonibus, Anglis, Scotijs, Ibernis, Holandis, Belgis, Gallis, Rheticis, Heluetijs, & similibus promiscuę credulitatis, & Religionis tum Militibus, tum Mercatoribus, tum Viatoribus, qui familiaribus saltem congressionibus suas ineptias Hereticas iactare, & venditare non erubeſcunt, immò assueſcunt: Pluſquam necessaria semper & erit, & apparebit continuata Apostolicorum Vigilum, & Ecclesiaſticorum Excubitorum prouisio, qui in Custodijs, & Stationibus Euangelicis inuigilent, & per posticũ irruentes hostes deprehẽdant, & hostiles quotidianas nouarum hæresum irreptiones comprehendant, & reprimant, atque vlteriores, pernicioſioresque assiduè germinantium Sectarum progreſſus impediant.

Necessitas præcipua continuandę Missionis frequens inuẽtio nouarum Sectarum.

In cir-

Psalm. 11. Necessitas ex circumeuntium ac circumuenientium circuitorum hæreticorum astutia. Iob. c. 1.

In circuitu impij ambulant (admonebat Psalmista) Qui in circuitu perambulat, neque vadit, neq; venit, dum semper circumuadit, vt semper circumueniat. Quàm appositè, quàm instè præmisse Psalmidicæ notæ Pseudopræd icantium circuitorũ notant infestam, molestam, temerariam, impudentemque conditionem: hi enim veluti circumforanei, & circulatores in foro, diuertorio, & cauponis, ne dicam lupanarijs circumeuntes frigis, strophis, imò dolis, & fraudibus quæstum captant. Apud Iob de suis egressibus, & progressibus fatebatur Sathanas: *Circuiui terram, & perambulaui eam*. Scilicèt vt Orbem circumeundò; habitatores Orbis circumuenire: cuius adamussim Sarhanicis vestigijs inhærentes Infernales Cursores, hoc est dicere Hæreticales Impostores, vere Circuitores, Illusores, & Præstigiatores circuunt has finitimas Italiæ Terras, & Subalpinas plagas; vt circumueniant, illudant, & fascinent. primò infantes inexpertos, postmodum Mulierculas ignaras, & peccatis onustas, nempè adulteras, fornicarias, & mercenarias: inde ganeones, fures, & latrones, ficarios, gladiatores, eiectos, proscripros, & infames: hinc ad simplices idiotas, rudesque Montanos, Alpigenas, Vallicolas, & Ruricolas, Armentarios, Bubulcos, & Agatones deinceps demerandos procedunt. Tandem ad Optimates inconuinentes, lasciuos, delitiosos, irreligiosos, & Atheos perueniunt. Sicque Circuitores, Fraudatores isti Pseudomagistri plebem fidelem vniuersam circumuenire, Hæretica libusque carnalibus nugis, & præstigijs dementare & nituntur. & prosequuntur, quod aliquando assequuntur, si fortè fortuna conringat? Incontinentes, pedicones Cynedos aliquos, Spurios Clericos, aut Religiosos, liberiùs vt luxuriæ, laxatis habenis concupiscentiæ, immunditijs se se ingurgitent; errorum in foueam præcipites sponte se dedentes. Apostaticis his delectionis auctoribus associari: quod nec raro, nec frequentiùs, sed aliquando accidere cognouimus. Non igitur cessandum à legitimorum Doctorum, & Prædicatorum Missione Italpinis his in plagis, vt circumcursantes & ipsi, Christique Saluatoris qui (iuxta Euangelicum testimonium) *circuibat per Vicos, & Castella, Ciuitates, & Regiones prædicando, & sanando omnes oppressos à Diabolo* Gressus imitantes, egressus, progressusque prosequentes circumeant non in Impietatis circuitu, sed in charitatis circuito à Patre per Filium in Spiritum Sanctum, Fide, Spe, & Amore populos peruenire docentes: nunquàm quiescentes; vt errantes reducant, deceptos reducent, dementatos à fascino eripiant, & insanientes sanè sentire moneant, & faciant: Impostorum nugas, Nugacium fallacias, Fallentium asturias, Astutorum malitiam, malitiosorum nequitiam, & perfidiam detegant, & dissoluant.

Mar. c. 6.

Necessitas ex Pseudoludimagistris deceptoribus.

Hæreticæ Impietatis Ministri, filij perditionis, deceptionis Protoparentes sapiètes sunt, vt faciant malum, bonum nescierunt facere neticerunt, nec benè cæteros sentire, aut operari patiuntur: solicitiores namque conspiciuntur; vt in perditionis, & proditionis laqueos inducant, & pelliceant, immò impellant: adhoc enim non vnico Ipsi fungi Ministerio Pseudopredicantis acquiescunt; sed adolescentiæ præcipuè deprauandæ Magisterium assumere, & exercere ambiunt, & gestiunt. licet gesticularoris potius quam præceptoris mores, eruditionem, & professionem redoleant, & speciem, atque idoneitatem præseferant. His ergo in Cisalpinis Connallibus recollectis, & latitantes in caulis, immò fornicario in stercore computrescentes Apostatæ, vt Mercenarijs sibi associatis mulierculis, & spuriæ familiæ, immò dilectæ lasciuiæ vectigalia aucupentur; aperto ludo vt natis illudant simul; & parentibus, puerulos instruendos, immò destruendos suscipiunt conductitia mercede, qua tota die in nugis otiari liceat. Immò si quando quis de Ministerialibus Cathedra ob manifestam imprudentiam, & notam libidinem degradatur; à Pseudoministri gradu depositus ad Ludimagistri tenuiorem accurrit, vt quotidianis propriis necessitatibus succurrat. In Schola igitur interadhuc innocentes Tyrones non Ministerium perdidisse, sed Magisterium se se addidisse, vt ostentent; & Prædicatoris, & Præceptoris officium vsurpant, & Maleficium exercent: Hæretica magis dogmata iam olim sibi nota, quàm grammaticalia documenta ab antiquo sibi ignota explicando, proponendo, & adolescentibus tradendo. Nequaquàm ergo à perenni prouisione Emissorum Doctorum, & Catholicorum Institutorum, & Præceptorum feriandum, aut cessandum: vt illi quoque incessanter, immò diligentius, & solertius & legitimorum Ministrorum Verbi Ministerium, & insipientium, ac parvulorum Doctoris Magisterium opportunè, & importunè exerceant, Virtutum Scholam, & Christianæ Disciplinæ, atque Doctrinæ Catecheseos instituant, constituant, aperiant, & excolant.

Necessitas ex diuersorum artificum assumpta persona.

Quos dolos, quas technas, quas fraudes non excogitat confirmata malitia, & callida perfidorum vafrities? Nam vt Domum Dei, id est Ecclesiam Cisalpinis his in Prouincijs commodiùs, & intrinsecus perfodiant grassatores, fures, & latrones Pseudodoctores; non Ministri solummodo, & Magistri personas assumunt, sed & diuersarum personarum habitum, & professionem, icù artes mentiuntur; vt vel sic Fideles supergredianrur, & per vniuersas regiones liberè diuagentur, & de-

II.

III.

IV.

cipiendo

cipiendo perambulent. Supernenlunt igitur Caluiniſtę preſtigiatores, & illuſores in veſte, & aſpectù Mercatorum, Negotiatorum tritici, vini, & variarum merciù, imo in Operariorum Mechanicorum lanæ, lini, ferri, lignorum exercitio, paſtorù ouium, ſeù in teuienitium mancipiorum, huiuſcemodi q; ſubementitis honeſtis, & vtilibus titulis, ſtrato ſibi cauilloio itinere, & aperto adeùt domos penetrant, per popnlationes vadunt, maleficlentes ſecuri ineedunt, Prouincias inuadunt nefaria dogmata diſſeminantes, ſimplicia, ſed doloſa verba ad intima cordis penetrantia balbucinantes. Hæreticos peſtiferos libellos pemicioſiſſimos diſtribuentes, & quod intolerabilius quia execrabilius eſt, Sacramentariam Caluiniſticam Cœnã buccellam occultis Caluiniſtis per regionis Oppida diſpérſis, quibuldam Anni temporibus, circumferunt ſicuti in dies ab excubantibus Vigilibus deprehenduntur, & cum opportunitas inſeruit, publicè detinentur, & vinculis traduntur. Haud quaquàm igitur à manutentione Vigilum, & Sacrorum. Excubitorum ceſſandum; ne hæreticę rebellionis aſſertores, qui mentito habitu nomine, profeſſione, & perſona circumuagantur, ve ſeducant, impunè euadant, & libentius peruadant: imò vt à Vigilantibus in ſpecula deprehenſi, & detecti vel effugiant, vel congruo ſupplicio plectantur.

CALCVLVS TERTIVS

Apoſtolicum Ius regnandi per Capuccinorum Euangelicas Miſiones neceſſario in Eccleſia Subalpina continuandum ex infida, & perfida Alpigenarum Sectariorum rebellioni propendentium conditione, ſimul & ex finitimorum Antiregnorum Seditionibus fauentium, Seditioſoſque ope, & opera fouentium antiqua profeſſione ſuputat.

ITalicæ hæ portæ licèt in Alpium ſublimitate poſitæ: Heſpericæ hæ fores quàm uis Montium intra altitudinem ſitę: Interalpinæ hæ Valles etſi per Alpium, & Montium ſinuoſos antractus ſerpentes, cautius nihilominùs, & diligentius veniunt cuſtodiendæ, & Cuſtodialibus Præſidijs præmuniendæ. Quoniam Inter ſaxa, & ſilices, inter rupes, & voragines, inter aſperrima collium culmina, cacumina, & ſublimiora iuga in inacceſſibilibus receſſibus, & ſuceeſſibus remotioribus collocantur cubilia Draconum, laribula Pardorum, recepiacula leonum: In antris enutriuntur ſerpentes, in ſpeluncis aluntur reguli, in cauernis creſcunt Hydræ, in obſcurioribus ſpecubus fouentur angues, genimina vipera rum, & coluborum. Vnde ex huiuſcemodi perrarum ſciſſuris, & terræ hiatibus tandem erumpunt ferarum hæreſum, ſiuè hæreſiarcharum terrentium mugitus, ſinè dilaceran tium rugitus: Irrumpunt peſtiferi Sectariorum inficientes, & interficientes halitus, infernalis Cerberi venenati anhelitus, & ſtygię Paludis fœrentis, purioris Fidei ſalubriorem aerem in vniuerſali Eccleſia corrumpentes vapores putridi, & maligni. Qui nimmò inde de Religionarij Erebi cauernoſis receptaculis, & ergaſtulis ſoluti, & diſſoluti ſacrilegæ, & abominabiles Aquilonares exhalationes, & Borçales venti, tanquàm aduenientes ſpiritus luciferiani vehementes, imò violenti magno impetù ruentes pias Ædes, templa, & Æ lificia Sacra euertunt, & integros populos, & olim Catholicas gentes ſubuertunt: Prouincias, Regna & hęreticalis epydemia, & carnali inguinaria lue depranantes, atque ſauciantes. Horum autè conatus, & viperina genimina, nec non recenter pullulantia germina ad huc imbecillia, & infirma nullo, aut modico labore ad Montium petras elidnntur, in ortu ſuffocantur, de vtero facilè transferuntur ad tumulum: ſin verò adoleuerint errorum aſpides, aut ad perfectum, hoc eſt conſummatam malitiam inereuerit impietatis, & perfidiæ Babiloneus, fętidi, & grane olentis Infernalis Orci peſtilentialis halitu, & elatorum oculorum peruicaciori, & mortaliori contuitu ferieus, percutiens, & petimens; haud ſine ſanguine, ferro, & igne exterminari valebit. Non igitur reuocandi in Chriſto abiecti, & parunli Patris Francilci Ahimni Minores Fratres, qui in Monte Domini, hoc eſt in Eccleſia ſupra, & intra Montes, & Alpes Auſonias commorantes, fideliterq; Apoſtolicum Miniſterium exercentes, illud Diuina operante dextera prætare, & efficere nituntur, quod vaticinans ſcripſerat Iſaias: *Habitabit lupus cum Agno, & Pardus cum Hedo accubabit: Vi-*

Neceſſitas ex latentibus in montibus hæreticalibus monſtris.

Isaiæ cap. 11

tulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer parvulus minabit eos: Vitulus, & Vrsus pascentur, simul requiescent Catuli eorum, & leo quasi Bos comedet paleas: & delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauernam Reguli, qui ablactatus fuerit manum suam mittet: non nocebunt, & non occident in vniuerso Monte Sancto meo, quia repleta est Terra scientia Domini.

II.

Quò longiùs habitant, remotiùs latitant, & tutius intra accessu difficillima, asperrima Interalpina receptacula diuertantur, & commorantur: eò sollicitius, & accuratius Alpigenę hi Limitanei Populi sunt obseruandi, & custodiendi per distributas Stationes, & Ecclesiasticas Excubias, non minus quam per constructas in liminaribus Arces. Quia eum difficulter ad eos sæcularis Principatus coercitiua iura perueniant; difficiliùs quoq; aduersus illos punitiuæ Magistratuum, etiam supremorum sanctiones, & ordinationes executioni mandentur; per consequens difficillimè Ecclesiastici Canones, & Ecclesiarũ Præsalum, atq; Antistitũ Canonicæ prouisiones, inquisitiones, & punitiones exequi valebũt Sacri Tribunales rã Episcoporũ, quàm Inquisitorũ; eoq; magis, quò inter plures ex illis impunè errores, & hereses debacchantur. Nequaquam igitur deficiendum, aut recedendum ab Apostolicis Vigilibus Exploratoribus conseruandis, & sustentandis; vt Ius Ecclesiasticum, Ecclesiarumque ipsi sustentent, tutentur & conseruent: obseruando quomodo, & quo pacto vtriusque Dominationis supremum ius melius conseruetur, & custodiatur: de regiminis statu admonendo, & delapsus, & ruinæ proditionis discrimine inquirendo, & indicando Magistratibus, præuaricatores peruicaciores denunciando, docibiliores vero arguendo, increpando, & corrigendo, sedulò pro Ecclesiastico Spirituali Regno enitendo, & insistendo; vt statuta, leges & sancita seruentur, vel saltem inobseruantes mulctentur.

Necessitas ex difficultate puniendi iuris exercendi.

Desipientes hi Alpigenę, & Subalpini Religionarij & asperioris, ideò tutioris regionis, & loci opportunitate freti, Ecclesiastici Dominij penitus excussio ingo, à Temporalis Principatus subiectione, & obedientia facilius, & frequentius desiciunt, recedunt, & rebellant sub emendicatis honestis titulis. Christianissimi namque Galliarum Regis, & Serenissimi Regalis Sabaudiæ Ducis legitimam, & naturalem sibi Dominationem in merè Politicis, & Ciuilibus, dum resistendi non suppetunt vires, sustinent, aliàs verò contemnunt: imò in Regnum, ac Reges conspirant, & coniurant, vt Regum Galliæ, ac Germaniæ Regnorum peruetusta scripta monumenta conclamant, simul & Caroli Angliæ Regis subditorum sententia, & decreto publicè præcisum caput mortuum proclamat: Tumq; insolentius in Naturales Principes intaniunt, cum pro Fide, & Catholica Religione aduersus illorum perfidiam potestatiuum sceptrum extendunt, & exercere contendunt. Tunc enim fucatis ptinò, & dolosis verbolis supplicationibus postulantes subiectionem simulant, obedientiam mentiuntur, & ad excusandas executiones in peccatis futilia plura, & commentitia prætexant; vt latarũ legum contemptus, & inobseruantia vel sibi liceat, vel impunita permaneat: quæ cum sibi denegata prospicinnt, fidelissimi (vti se ipsos falsò vocitant) subditi aduersus legitimum Principem nullo negotio arma præripiunt, vicinorum Concaluinicolarum & suasionibus impulsi, & adducti subsidio, atque parrocinio freti: qui Pseudoctores Seditionis sollicitatores, & rebellionis promotores, simul & Auctores ad eos concitandos emittunt, asserentes propter Sacrilegam, & profanam Religionem à legitima Dominatione deficere, & rebellare licere. Non ergo cessandum a continua emissione vera dicentium, & iusta prædicantium Catholicorum Doctorum, qui iugiter populis reductis pacifica, atque legitima vtriusque Principatus legalia præscripta Iure Diuino seruanda prædicent, doceant, & demonstrent.

III.

Necessitas ex proclinitate ad rebellion.

Nec solis verbis Pseudodominationes & Caluinianæ, & Lutetanæ ab Ecclesia, & Religione Apostatrices, atque à Temporali Regno Apostaticas reductas turbas, & turmas deterrorum instruunt, & seducunt; sed & ope, & opera, & opibus pecuniarum per tempora suppediratis, etiam largioribus subsidijs præstitis in rebellione confirmare studeat: quinimmo vt vturpatum Ius si non iure, saltem iniuria retineant, tueantur, & promoueant; cum opus fuerit, & opportunitas permiserit, armis, ac potentia iniqua in defertione stabilire satagnnt, etiam armatas acies manifestè, vel occultè in suppetias rebellantibus proprio ære publico destinantes. Quibus præsidijs illi seditiosi insolentiores effecti, & sceleratiores pariter, ac celestiores, non minus quàm effræniores euadentes, non modo contra Apostolicum Edictum, quibus debentur Diuino Decreto, vectigalia, tributa, & subiectionem denegant; sed & in Conterraneos Conuallicolas, & proximos Catholicos crudeliores, & immaniores insurgentes quantum valent, hoc vnicum propositum perpetuò apud se reuinentes, & agitantes; qualiter tandem aliquando vnica die fideles cunctos trucidare, & affatim ferro consumere, & de medio auferre prævaleant: Interim Catholica exercitia prohibere, vel impedire: Templa vsurpare, vel claudere: Campanas surripere, Leuiticam supellectilem suffurari

IV.

Necessitas ex vindenti is defertorum.

Sacer-

Sacerdotes iugulare: Laicos credentes ad Pseudomagistris deceptoribus stipendium ex proprio ere præstandum cogere: Decimas retinere, Apostolicorum Ministrorum exercitia impedire, vel ab his audiendis retrahere: Reduces minis, & verberibus à resipiscendo reuocare, ferri, ignis, & exterminij intentaro supplicio. Non igitur defeiciendum, aut cessandum à continua Missione Euangelicorum Pugilum, & Antagonistarum, qui intrepidè inter Desertorum seditiosas turbas persistentes, vt miseros diuexaros fideles in medio Babylonis nascentes, & necessariò conuersantes solentur, consolentur, & pro virili tueantur: oppressis patrocinentur, Laicis, & Sacerdotibus præsto adsint. Ecclesiarum Iura custodiant: Secularibus Regibus, ac Principibus Tributa, & Vectigalia persoluenda demonstrent, seditiones, & defectiones damnent, & damnãdos declarent, ac persuadeant.

V. Quoniam Turris Libani stat contra Damascum, ideò aduertus Montem Syon pugnat Iebusæus de vsurpata Arce, quod est dicere: quoniam Romani Pontifices supremi Ecclesiastici Regiminis, & Vniuersalis Hierarchiæ primaria, & Summa Potestas Monarchica aduersus populares sectarias, & Religionarias factiones, & rebellantes seditiones stat, Hæreticos eos, & sacrilegos declarando, damnando, & anathematizando; ideo hæreticantes Vniuersi Sectarij, licet diuersarum, atque inter se aliàs acerbius aduersantium sectarum professores, vnanimi tamen sentiu, non ratione, & brutali, non rationali consensu astiterunt, & conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, nempè Christi Vicarium Romanæ Vrbis Antistitem, & Catholici Orbis Parentem. Conuenerunt in vnum, hoc est in vnam præ ceteris bestialiorem, magis deliram, insanam, sacrilegam, & anathematis fulmine de cælo percussam Ciuitatem Gebennensem, quæ in Romanæ Sedis, & Ecclesiastici Regni Italiæ Regiæ odium, atque propriè induratæ obstinationis, & peruicaciæ, imò irreconciliabilis hostilitatis apertum testimonium, è carceribus, triremibus, ergastulis, & supplicijs pro enormioribus infligendis delictis euadentes, bis Apostatas, Sacrorum violatores, Sacerdotalis Apostolicæ Ecclesiasticæ militiæ desertores, Sacrosanctæ Monachalis Castimoniæ Deo promissæ cingulum turpiter, inhonestè, aliquando etiam nefandè abijcientes, Religiosæ disciplinæ & osores perpetuos, & pessimos perturbatores, blasphemos in Deũ, & in diuos iniuriosos pariter, & in Hierarchici regiminis Maximum Directorem hostes infensissimos, & nunquam reconciliabiles, quia grauiter punibiles, refugas, perduelliones ambabus manibus, & obuijs vlnis excipit, amplectitur, complectitur, atque ad Magistrales Scribarum, & Pharisæorum Cathedras eleuat: ideo huiusmodi non farinæ, sed furfuris Nebulones, Helluones, & Ganeones ventris ingluuiei, & libidinis iniariabilitati vt indulgeant; ab Area Noe effugientes Corui vt Cadaueraceis in fœtoribus deliriari contingat; Vulturis, non Columbæ alas assumentes ad has Italicas plagas peruenientes, per Custodiales nostras Interalpinas Conualles Lucernæ, Petruxiæ, Prati Iallati, Castrique Delphini ad Delphinensem Galliam, siuè ad Gebennene Asylum penetrare festinant. Nequaquam igitur ab his Excubijs, & Custodialibus Oris auferendi sunt Vigiles, & speculatores, qui insanos, & fascinatos hos Desertores ad barathrum per prostibulum properantes à longè deprehendentes, eorumque libidinosam phtenesim comprehendentes congruo, & efficaci apposito Antidoto, imo appositio retinaculo & repagulis obligatos sistant, & consistere à fuga efficiant; resistentes pro virili desipientium insipienti, imò præcipitanti, & præcipiti proposito: consistentes autem legitimæ Matris Ecclesiæ gremio, & sinui restituant sicuti iam toties à Capuceinis Stationarijs præstitum fuisse suis locis recensemus. Quoniam tutelaris impietatis, & iniquitatis Gebennæ Ciuitatis patrocinio, & protectione, correspondentia, & conniuentia confidentes Subalpini hi nostri Alpigenę Religionarij, Cottias Alpes non refugij Ciuitates, sed impuritatis, seù impudicitiæ refugium pariter, & impudicorum, seù scortantium confugium constituerunt. Clutonia namque Vallis, veluti inter hæreticas circumstantes Conualles staus tutissimum Vallum, Caluinisticis aggeribus circumuallarum, facta est Apostatantium commune, & publicum Asylum à Catholica Religione desciscentium Virorum, simul & Mulierum: Quamobrem in Petruxina præ Clutonię foribus perstante Custodia perpetuò Capuceinis speculatoribus contemplandum, & inuigilandum; vt desperatis & desperationis ad laqueum currentibus vlteriores progressus prohibeant, & à Christo, Christiana que pietate deficiendi ab impio voto reuocent, simul & præpediant delitos, & insanos Fidefragos.

VI. Tandem Antiregnorum, Schismaticorum, Antichristi scilicèt Clientium, & Assectarum perpetuum, stabile, fixum, commune, immobileque Decretum, placitum, & propositum illud perpetuò à priscis Ecclesiæ temporibus, à primæuaq; origine extitit, vt Catholicæ vnitatis nexum soluant, & fidelium communionis vinculum disloluant, hoc est dicere, vt Monarchicum regimen, & Ecclesiasticum Regnum in Oligarchicam confusionem resoluant: quò à à præcipibus, aratris,

Necessitas ex infidelium contra victoriosos antiregnorum malitia.

Ma-

inter Eutopeos tres maiores Principatus, & Potestates vigentes, furentes, & recrudescentes Martiales incursus, & occursus, assiduè vel perrari euntes diuertunt, vel decertantes, & stantes commorantur Germanorum, Gallorum, & Hispanorum armatæ acies, numerosa castra, & castramentantes exercitus, perque lustra, olympiades, & etates prolixiores hostiles moras trahunt, Impunè semper grassantur hæretes, quia Milites plures, imò plurimi, & aliquando potiores Galli, Germani Occidui, & Septentrionales Lutherani, & Caluinistæ computantur: qui vbiq; cunctis temporibus coram populo, publicè & priuatè Hæretica dogmata proponunt, defendunt, & suadent: sacrilegos ritus, & ministeria exercent: hæreticè viuunt, conuersantur, loquuntur, & operantur, nulliusq; Canonico Pontificio, aut Episcopali Iuri locus inuenitur: Sanctæ Inquisitionis Officium inquirere, sedere, aut iudicare non admittunt: Ius deniq; est in armis, non in Tribunalibus: imò nullibi Ius, vbique viget iniuria. Cum igitur inter armata agmina, & armatorum strepitus non satis audiantur, & obaudiantur Leges; Pontificalis, & Episcopalis auctoritas congrua & reuerentia, & obedientia careant, & priuentur; cum prædominante irreligiositate, & sectarum libidine iaceri sentiantur Magistratus: quia furentibus Marte, & Bellona (ne dicam Parcis, & Plutone) Cererem, atq; Vestam in solitudine lugere contingit, & conuenit ab exordio nascentis Ecclesiæ, & per sequentia sæcula Cisalpina in hac nostra Gallia, in qua Alienigenæ ex legis efferam concupiscentiæ libidinem pro regula, & norma prosequuntur: Indigenæ etiam bellicis tympanis, & tubis excitantibus, incirantibus, & fauentibus, Honesti, & Iusti habenis effractis, Ecclesiastici Regni iugum detestantur, renuunt, & respuunt imò nonnulli iam proiecerunt: Neqnaquam ergo minuendæ censentur Apostolicorum Vigilum Stationes, imò Euangelicorum Custodum Excubiæ sunt multiplicandæ, vt continuata vigilantia, sollicitudine, solertia, cooperatione, & incessanti fatigatione, etiam vbique debacchantibus agminibus, & depopulationibus, depræda tionibus, atque inuasionibus incumbentibus, occurrant illi, & pro virili Apostolando nitantur; ne Religio, & Catholicæ Religionis cultus succumbant, deficiant fideles, deprauetur Fides, & hærerica prauitas, atq; impietas prævaleat, ac triumphet.

Ex prælibatis ergo, & dictis rationibus hactenus breuiter indigitatis, liquido satis constare autumo manifestam, & perurgentem continuandi Apostolatus in Cisalpina Gallia, necessitatem, ob cuidens Ecclesiastici spiritualis Regni his in italicis Oris discrimen, & Catholicæ Fidei periculum, quibus pro coronide, seù corollario addendum censeo: Non cessandum à Capuccinorum continuata Missione ad Interalpinas Valles, & Ecclesias; ne tot Operariorum hactenus emissorum labores, & sudores, vsq; ad sanguinem fatigationes, & ad interitum vsq; diuexationes; ne tot Præsulum, Prælatorumq; solicitudines, & diligentiæ; ne Serenissimorum Allobrogum Ducum tot prouidentiæ, sanctiones, ordinationes, tot ædificata Castra, & emissa agmina aduersus Religionis impugnatores; ne tot liberalissimæ elargitiones, & pecuniariæ propugnantibus Fidem exhibitæ subuentiones; ne tot Purpurarorum Patrum curæ, & vigilantiæ; ne tandem sex Summorum Pontificum studia, vota, & desideria, imò efficaciora opera, opitulationes, fauores, concessiones, prouisiones, Apostolica auctoritate edita Oracula, promulgata Edicta, Imò Apostolico ære suppeditata stipendia Missionariis; ne Institutiones, Constitutiones, & Continuationes, septendecim Missionum hactenus conseruatarum pia molimina, & perutilia, proficua, & necessaria emolumenta simul depereant.

Necessitas, ex innumerabilibus exantlatis laboribus.

INDEX MISSIONIS ACTIVAE, HOC EST

Summorum Pontificum, & aliorum, qui Ecclesiasticas Religiosorum Missiones coluisse calculantur, Ante Legem Sub Lege, Sub Euangelio, Alphabetico ordine digestus.

A

Aaron misit Religiosos filios Prophetarum, atque Essenos. Par. 1. Sectio 5. Cal. 6. num. 1. fol. 31.

Adam misit diuersos viros religiosos aduersus Cainitas primos hæreticos. par. 1. sect. 1. cal. 4. nu. 1. fol. 28.

Agapitus Sum. Pontifex misit Episcopos vndecim, præcipuè ad Danos, postulante eorum Regc Frotonc, religiosoiq; doctores. par. 1. sect. 1. cal. 7. fo. 40.

Agathon Pontifex Monachos misit ad Monothelitas hæreticos in Græciam. par. 1. Sect. 1. cal. 7. fol. 41.

Alexander Secundus Beatum Petrum Damianum Cardinalem Legatum misit ad Cisalpinæ Galliæ Ecclesias: Doctosque viros destinauit in Daniam. par. 1. Sect. 1. cal. 7. fol. 44.

Alexandet IV. multos Minoritas misit ad hæreticos, schismaticos, & ad infideles. par. 1. Sect. 1. cal. 8. fol. 49.

Alexander VI. misit ad Indos Occiduos, & ad Orientales, ad Mauros in Hispaniam, atque aduersus Vualdenses hæreticos in Cisalpinam Galliam, simulq; contra Turcas ad prædicandam Cruciatam religiosos ex Ordine Minorum. par. 1. Sect. 1. cal. 8. fol. 52.

Alexander Septimus Capuccinorum Missionem instituit in Portis Italiæ, nempè oppido Portarum in Cisalpina Gallia. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 57.

Amram misit ad prædicandum infidelibus Israelitis. par. 1. Sect. 1. c. 5. n. 4. fo. 31.

B

Benedictus VII. semel, & iterum misit ad Ecclesiam Pragensem, & ad Bohemos. par. 1 Sect. 1. cal. 7. fol. 44.

Benedictus IX. ad Lugdunensem Ecclesiam Episcopum misit B. Odilonem Monachum Cluniacensem. par. 1. Sect. 1. cal 7. fol. 44.

Bonifacius ad diuersas Ecclesias misit Episcopos triginta sex; nonumq; Episcopatum in Arabia per Euthymium Monachum fundauit. par. 1. sect. 1. cal. 7. f. 39.

Bonifacius III. ex Ordinibus religiosis operarios multos destinauit. par. 1. Sect. 1. cal 7. fol. 41.

Bonifacius IV. ad diuersa loca Episcopos viginti quinque misit: & Italis Beat. Columbanum Monachum. par. 1. Sect. 1. cal 7 fol. 41.

Bonifacius VIII ex Minoritana familia Inquisitores, & Oratores misit. par. 1. Sect. 1. cal 8. fol. 50.

Bonifacius IX. Fratres Minores ad Tartaros misit, & ad prædicandam Cruciatam. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.

C

Caath Pontif. Cinezæos, Hebræos, & Iapheritas per Ægyptum misit. par. 1. sect. 1. cal. 5. nu. 4. fol. 31.

Calixtus III. per religiosos Minoritas Missionem ad Septentrionales continuauit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.

Cœlestinus ad Regna Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fo. 39.

Clemens I. D. Dyonisium cum Rustico, & Eleutherio in Galliam, quindecimq; Episcopos ad loca diuersa misit. par. 1. sect. 1. cal. 7 fol 37
Clemens IV. plures Missiones Fratrum Minorum instituit ad Infideles, Hæreticos, & Schismaticos. par. 1. sect. 1. cal 8 fol 4 .
Clemens V. ex Minorum familia Missiones multiplicauit. par. 1. sect. 1. c 8. f. 50.
Clemens VI Minoritas Missionarios misit ad Tartaros: itemque Inquisitores aduersus Galliæ Viennensis Hæreticos destinauit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fo. 50.
Clemens VII. ad remotiores Occiduos Indos plures misit Fratres Minores, Inter quos B. Patrem Matthæum de Bascio Congregationis Capuccinorum institutorem emisit per Italiam. par. 1. sect. 2. Præamb num. 1. fol. 55.
Clemens VIII. Capuccinos Minoritas transmisit ad Tornacensem Ciuitatem Gallo-Belgicam, atq; ad Cisalpinas Connalles: Item ad Regnum Bohemicum, & Ciuitatem Pragensem; rursus ad Allobroges, & Ciuitatem Tononj aduersus Gebennenses; necnon ad expeditionem Hungaricam aduersus Turcas: tandem in Africam, & in Angliam misit pariter & in Græciam. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 2. fol. 56.

D

DAmasus Pontifex ad Orientales fideles: ad Gothos: ad Sarracenos Infideles fideles Monachos misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 59.

DEVS MISIT.

Aaronem Sum. Pontificem. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 10. fol. 12.
Abachuc Prophetam ad Iudæos Reges, & populum. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 13. fol. 14.
Abraham Patriarcham aduersus idololatras. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 7. fo. 11.
Adam Protoparentem prima Mundi ætate. par. 1. sect. 1. cal. 1 nu. 2 fol. 9.
Ahiæ Prophetam ad Reges, & populos Iudæos. par. 1. sect. 1. c. 1. nu. 5. fo. 14.
Aggæum Prophetam ad Pontifices, Reges, & Duces Iudæorum. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 16. fol. 15
Amos Prophetam ad Damascenos, Philistæos, Tyrios, Idumæos, Ammonitas, & Iudææ regionis populos. par. 1. sect. 1. cal. 1 num. 13. fol 1 .
Amos Prophetam Iaræ patrem semel & iterum ad Amasiam Regem Iuda idololatram. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14 15 fol. 14.
Amos alterum Prophetam ex Minoribus ad decem Tribus Israel in Bethel. par. 1. sect. 1. cal. .. num. 14 fol. 4.
Danielem Prophetam ad Babylonios, ad Persas, & ad reliquias populi in Babylone. par. 1 sect. 1. cal. 1. nu. 13. 15. fol. 14.
Eliam magnum Prophetam ad Regnum Israel, & Reges Achab, & Ochoziam, ac Reginam Iezabelem: item ad Syrios, & Sidonios. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 14. 15. fol. 14.
Elisæum Propheram ad Samariam, & Israel. par. 1. sect. 1. cal 1. nu. 15. fol. 14.
Ezechielem Prophetam, & Sacerdotem ad captiuum Israeliticum populum apud Babylonios idololatrantem. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14 15 fol. 14.
Gad Propheram semel & iterum ad Regem Dauid. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 15. fo. 14.
Hieremiam Propheram, & Sacerdotem ad Hierusalem, & populum Iuda. par. 1. sect. 1 cal. 1. nu. 14. 15. fol. 14.
Iacob Patriarcham. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 8. fol. 11.
Iaddonem Prophetam ad Israelitas. par. 1. sect. 1. cal 1. num. 14 fol. 14.
Iared, siue Lamech, Sum. Antistitem ad deprauatos Filios Dei. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 4. fol. 9.
Iehù Prophetam ad Basam Regem Israel. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. f. 14.
Iehù alterum Prophetam ad Iosaphat Regem. par 1. sect. 1. c. 1. nu. 15. f 14.
Iesum Christum Mundi Saluatorem ad genus humanum. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 11. fol. 16. 17.
Iethronem ad illustrandos Madianitas. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 11. f. 13.
Ioannem Baptistam Prophetam, Patriarcham, & Martyrem. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 17. f. 15.
Iob Sacerdotem, & Pontificem ad Idumæos. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 11. f. 13.
Ioheiem Prophetam, & Pontificem ad populum Iuda par. 1. sect. 1. cal 1. n. 15 f 14
Ioiadam Prophetam, & Pontificem ad regnum Iuda. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 14. fol. 14.
Ionam Prophetam ad Niniuitas. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 13. fol. 14.

Ioseph Præconem Iustitiæ In Ægypto. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 9. fol. 52.
Isaac Patriarcham, par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 8. fo. 11.
Isaiam magnum Prophetam ad Assyrios, Æthyopes, & Ægyptios; & ad populum Iuda idololatrantem. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 13. 14. 15. fol. 14.
Malachiam Prophetam ad Reges, Pontifices, & Duces Indæorum. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 16. fol. 15.
Michæam Prophetam Morasthithen ad Samaritanos Israelitas idola colentes. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Michæam alterum Prophetam ad Achab Regem, & Israelitas. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 15. fol. 14.
Moysem Prophetam ad Regem Pharaonem, & populum Hebræorum. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 10. fol. 12.
Nahum Prophetam ad Ninivitas. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 13. fol. 14.
Nathan Prophetam semel, & iterum ad Regem Danid. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 15. 16. fol. 14. 15.
Noè Patriarcham, & Pontificem misit Deus prima, & secunda Mundi ætate. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 5. fol. 10.
Obed, siue Obedelam Prophetam ad Phacæe Regem Israel, & ad Razim Regem Syriæ. par. 1. sect. 1. cal. 1. nn. 15. fol. 14.
Oseam Prophetam ad populum Iuda. par. 1. sect. 1. cal. 1. nn. 15. fol. 14.
Pedaiam Prophetam filium Ioiadæ Sacerdotis ad Regnum Iuda, & Ioas Regem in Hierusalem. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Samuelem Prophetam ad Heli Pontificem, & Saul Regem Israel. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Sem, idest Melchisedech Sum. Pontif. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 6. fol. 10.
Semeiam Prophetam ad Roboamum Regem Iuda, & ad Optimates, & populos. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Seth Magnum Sacerdotem adue rsus priores hæretieos. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 3. fol. 9.
Sophoniam Prophetam ad Iudæos. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 14. fol. 14.
Spiritum Sanctum Deus Pater, & Filius misit ad Ecclesiasticum Regnum. par. 1. sect. 1. cal. 2. nu. 7. fol. 21.
Vriam Prophetam filium Semei aduersus impietatem Regis Ioachim, & Ciuitatis. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Zachariam Prophetam filium Ioiadæ Sacerdotis ad Regnum Israel, & Ioai Regem. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 14. fol. 14.
Zachariam alterum Prophetam ad Iesum Pontificem filium Iosedech. par. 1. sect. 1. cal. 1. nu. 16. fol. 15.

E

Eleazarus Sum. Pontifex misit prædicatores pro Israelitica Ecclesia. par. 1. sect. 1 cal. 6. nu. 2. fol. 31.
Eleutherius in Britanniam misit Fugatium, & Damianum. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 38.
Eugenius II. misit ad Danos, Suedos, & Gothos. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Eugenius III. Sanctum Bernardum Monachum, & Abbatem per prouincias Europæ misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 45.
Eugenius IV. plures Missiones instituit ex Minoritana familia ad varias Mundi partes. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.
Eusebius Pontifex misit in Galliam Cisalpinam Eusebium Sardum Episcopum Vercellarum. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 38.

G

Gregorius Magnus misit Monachos ad Theodelindam Reginam Longobardorum: ad insulam Sardiniam: ad Anglos: in Siciliam: & ad Ecclesias Galliarũ, & Hispaniarũ. par. 1. sec. 1. c. 7. f. 40. Itẽ & in Pedemontiũ par. 2. c. 17. n. 2. f. 17.
Gregorius II. ordinatos Episcopos centum quadraginta octo ad varias Ecclesias delegauit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 42.
Gregorius III. misit ad diuersas regiones Episcopos octoginta. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 42.
Gregorius IV. Archiepiscopum ad Amaburgensem Ecclesiam misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.

Gregorius V. misit ad Conuertendam Gentem Prussorum: par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.
Gregorius VII. Monachos misit visitatores diuersarum Ecclesiarum: par. 1. sect. 1 cal. 7. fol. 44.
Gregorius IX. ad diuersa Orbis Regna religiosos ex Prædicatorum, & Minorum Ordinibus misit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 49.
Gregorius X. misit solemnes Nuntios ex Prædicatorum, & Minorum familijs pro concilianda Græcana Ecclesia cum Latina: item & ad Lugdunense Concilium Sanctos Doctores Thomam Angelicum, & Bonauenturam Seraphicum delegauit. par 1. sect. 1. cal. 8. fol. 49.
Gregorius XI. ad Tartaros, Aquilonares præcipuè, & ad Hungaros Fratres Minores Missionarios continuauit: vti & ad Græcos, Hæreticosq; in Syriam, & Gallias Viennensem, & Narbonensem Inquisitores misit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 50.
Gregorius XIII. Capuccinos Minoritas destinauit in Italiam, in Heluetiam, & in Algerium. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 55.
Gregorius XIV. in Gallias misit Fratres Minores Capuccinos. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 56.
Gregorius XV. Missiones Capuccinorum in Gallia Cisalpina ampliauit, & in Heluetia nouas fundauit. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 56.

H

Hadrianus Pontifex centum quinquaginta Ecclesijs, in Saxonia præcipuè, prouidit Sacros Antistites. par. 1. sect. 1. cal 7. fol. 42.
Hadrianus II. ad Bulgaros Missionem continuauit, & ad Slauos misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Helcias Pontifex misit Hieremiam Prophetam ad prædicandum. par. 1. sect. 1. cal. 6. num. 2. fol. 31.
Honorius Pontifex misit ad Gentes, ad Britannos, & ad Longobardos, & Anglos. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 41.
Honorius II. in Hiberniam misit, & ad Albaniam. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 45.
Honorius III. religiosos Sanctorum Augustini, Francisci, Dominici, & alios ad vniuersas Mundi partes destinauit: ipsum Seraphicum Patrem ad Orientales regiones delegando in Syriam, in Egyptum, postea in Hesperiam aduersus Hæreticos, & Schismaticos. par 1. sect. 1. cal. 8. fol. 48. 49.
Hormisdas Pontifex plures ad Græcos Imperatores, & Patriarchas religiosos viros misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 40.

I

Iacob duodecim suos filios ad varias Terras, Ægyptumq; præcipuè misit. par. 1. sect. 1. cal. 1. num. 8. fol. 11. & cap. 5. nu. 3. fol. 30.
Iared, siue Lamech, misit Enoch ad diuersas regiones. par. 1. sect. 1. cal. 4. num. 3. fol. 29.
Iesus Christus Mundi Saluator, & Redemptor misit duodecim Apostolos ad quatuor Orbis partes: deinde etiam septuaginta duos Discipulos, plurесq; alios. par. 1. sect. 1. Cal. 2. nu. 2. 3. 4. fol 18. 19 & cal. 7. nn. 1. fol. 36.
Innocentius II. misit Sanct. Bernardum Monachum, & Abbatem ad Mediolanensem Ecclesiam: ad Aquitaniam, & aduersus Schismaticos, præcipuè Italos par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 45.
Innocentius III. Sanct. Dominicum misit Tolosam: Diumque Franciscum, & socios ad Saracenos, & Tartaros Infideles. par. 1. Sect. 1. cal. 8. fol. 48.
Innocentius IV. Minoritas plures Missionarios misit ad Saracenos, & Paganos Asiam, & Europam inuadentes ad Tartaros Nuntios: & ad omnes Græcos Patriarchas; & Imperatorem: aduersus autem hæreticos, Inquisitores plures per regiones instituit. par. 1. sect. 1. cal 8. fol. 49.
Innocentius VI. Minores Fratres Missionarios fecit in Tartaria & Rascia: aduersus hereticos fraticellos in Italia pereos processit: Hispanorum Hæreorum perfidiam repressit; Græcosq; Ecclesiasticę vnioni restituere tentauit. par. 1. sect. 1. cal. 8 fol. 50.
Innocentius X. Minorum Capuccinorum Missiones diuersas instituit. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 57.

Ioannes II. aduersus Origenistas Sanct. Quiriacum Anachoretam destinauit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 40.
Ioannes III. misit ad Suenos, Hibernos, Anglos, & Pictos. par. 1. sect. 1. cal. 7. f 40.
Ioannes VIII. Monachos plures ad diuersos misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Ioannes IX. Monachorum Missiones approbauit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Ioannes XII. misit ad Turcas, & ad Cretensem Insulam. par. 1 sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Ioannes XIII. misit ad Polonos, Slauos, Vuandalos, & Lechitas. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.
Ioannes XIX. ex Monachis creatos Episcopos ad Prussios delegauit: Diuumq; Romualdum Abbatem cum viginti quatuor ex suis Monachis in Hungariam misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol 44.
Ioannes XXII. ex Ordine Minorum religiosos plures destinauit Belgium, & allò. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 50.
Ioannes XXIII. perseuerauit mittere Fratres Minores, quos & Inquisitores aduersus hæreses delegauit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.
Isaac Patriarcha plures religiosorũ Missiones instituit. par. 1. sect. 1. cal. 5. n. 3. f. 30.
Iulius Pontifex nouem Episcopos amandauit: ordinatum præcipuè Abrahamium Anachoretam Episcopum ad prædicandam Christi fidem idololatris, par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 39.
Iulius II. huius Pontificis tempore, missi fuerunt in Indiam Fratres Minores Sacri Euangelij prædicatores. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 52.
Iulius III. per Fratrem Bernardinum Astensem Ordinis Minorum Capuccinorum Generalem misit Fr. Fi. Ioannem à Metymna, & Ioannem Apulum ad annuntiandum Christum Constantiopolitanæ Ciuitati. par. 1. sect. 2. Præamb. n. 1. fol. 55.

L

Leo I. misit plures Legatos ad Ecclesias Orientis, & Occidẽtis aduersus varios Hæreticos. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 40.
Leo IX. ad catholicam religionem propagandam Monachos misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. f. 44.
Leo X. ad Indos remotiores misit Fratres Minores, vt inibi Euangelium prædicarent. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 52.
Liberius Pontifex multiplices Legatos misit ad Orientales, & Occidentales Ecclesias aduersus excitatas hæreses. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 39.

M

Marcellus Romanus Pontifex misit in Persiã ad Saporẽ Regem cum familia baptizandum Cyriacum Diaconum Romanum. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 38.
Martinus I. misit religiosos ad Christi Fidem Gentibus prædicandam. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 41.
Martinus V. Fratrum Minorum opera vsus est in Ausonia aduersus Fraticellos, & ad Græcæ Europę remotiores partes, & insulas. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.

N

Nicolaus I. ad Schismaticos, alios q; Ecclesiæ hostes misit insignes Monachos Euangelij Prædicatores. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 43.
Nicolaus II. ad Mediolanensem Ecclesiam destinauit Legatum B. Petrum Damianum: variisq; indigentibus Ecclesijs Monachos creatos Episcopos prouidit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.
Nicolaus III. Minoritas destinauit in Galliam, & Hispaniam ad concilianda ciuilia dissidia, & ad confirmandum contractum Ecclesiasticum fœdus in Græcia: misit quoq; ad Imperatorem, & Regem Tartarorum viros religiosos, & Euangelicos Nuntios. par 1. sect. 1. cal. 8. fol. 49.
Nicolaus IV. Missiones Minorum ad Tartaros roborauit: per eos docuit Armenos, & Palestinos; expeditionemq; in Terra Sancta procurauit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 50.
Nicolaus V. misit aduersus Septentrionales hæreticos, Minoritas: per eosdem Sanctam Inquisitionem in Neapolitano Regno erexit: Cruciatamq; aduersus

Turcas prædicari mandauit. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 51.
Noe ante diluuium misit Enoicæos, & Cioços religiosos: Post diluuium verò ex Cinais, & Hebræis religiosis instituit per Vniuersum Missionem. par. 1 sect. 1. cal. 5. n. 1. fol. 29. 30.

P

Paulus II. pro ferenda, & propaganda Fide in Æthyopia, & Tartaria Fr. Fr Minores Missionarios emisit: & aduersus hæreticos Gebennenses, & Fraticellos Inquisitores stamit. par. 1. sect. cal 8. fol. 52.
Paulus V. Minorum Capuccinorum Missiones & instaurault, & in Gallia Cisalpina de nouo fundauit. par. 1. sect. 2. Præamb. nu. 1. fol. 56.
D. Petrus Apostolus, & Sum. Pontifex ad diuersas Mundi partes Africæ, & Europæ misit plures, signanter discipulos suos. par. 1. sect. 1. cal. 2. num. 3. 4. fol. 19. & cal. 7. fol. 36.
Phinees, & ceteri Summi Sacerdotes vsq; ad Caypham numero circumcirca sexaginta quinque, Missiones frequentarunt religiosorum, & Propheratum. par. 1. sect. 1. cal. 6. num. 2. fol. 31. 32.
Pius II. Minores Fratres mittit in Æthyopiam, & Tartariam, & Inquisitores fecit aduersus Gebennenses, & Fraticellos hæreticos. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 52.
Pius IV. per Fr. Franciscum Æsinum Capuccinorum Generalem Ministrum misit religiosos ad purgandam Aufoniam ab hæresibus. par. 1. sect. 2. Præamb. num. 1. fol. 55.
Pius V. in instruenda classe aduersus Turcas in Insula Cretensi triginta religiosorum virorum Capuccinorum opera vtilis est. par. 1. sect. 2. Præamb. num. fol. 55. Ecclesiæ Montregalensi Vincentium Laureum Cardinalem Episcopum præfecit. par. 2. cal. 39. num. 2. fol. 31. & ad extinguendam pullulantem hæresim in Vallem Ponti Fr. Cyprianum misit. par. 2. cal. 40. num. 2. fol. 31.

S

Sabinianus Pontifex religiosos multos operarios ad Domini vineam excolendam misit. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 41.
Sem, dictus Melchisedech, misit Cenezæos, siue Raphaim. par. 1. sect. 1. cal. 5. num. 2. fol. 40.
Sergius Rom Pontifex delegauit nonaginta septem Episcopos indigentibus Ecclesijs: misitq; ad prædicandum Christi Euangelium. par. 1. sect. cal. 7. fol. 42.
Seth misit filios tuos, signanter Enos, & Caynam Patriarchas religiosorum. par. 1. sect. 1. cal. 4. nu. 2. fol 28.
Siluester I. per D. Athanasium Episcopum, & Patriarcham Alexandrinum ordinatos Episcopos Sanctissimos Monachos, misit aduersus Arium, & Melcium hæresiarchas. par. sect. 1. cal. 7. fol. 38.
Siluester II. dedit Hungaris doctorem, & Strigoniensi Ecclesiæ Archiepiscopum. par. 1. sect. 1. cal. 7. fol. 44.
Sixtus misit Peregrinum, & Sauellum ad confirmandos in fide Subalpinos. par. 2. Append. ad cal. 7. nu 1. fol. 9.
Sixtus IV. mittit Minores Fratres ad docendos, & conuertendos Iudos, & Æthyopes. par. 1. sect. 1. cal. 8. fol. 52.
